HEINRICI Linckens/ D.

Sereniſs. Duc. Palatin. Solisbac. nec non inclytæ Reip. Norib. Conſil.& Pandect. in Univerſitate Altdorſina Prof. Publ. p. m.

TRACTATUS
DE
JURIBUS TEMPLORUM

Cum
DISCURSU PRÆLIMINARI
DE
JURIS CANONICI ORIGINE ET AUTORITATE,

Editio ſecunda,
Summariis Capitum & copioſo rerum indice auctior.

FRANCOFURTI & LIPSIÆ,
Impenſis PAUL GÜNTH. Pfotenhauer / Bibliop. Coburg.
Literis viduæ ANDREÆ GÖBELII, Typogr. Duc. Sax. Hilperth.

M DC IIC.

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRIS

MAXIME REVERENDIS, AMPLISSIMIS ATQUE EXCELLENTISSIMIS

DN. JOHANNI CHRISTOPHORO MEELFÜHRERO,

SS. Theolog. Licent. Eccleſiæ Svobacenſis in inferiori Burggraviatu Norico Paſtori Vigilantisſimo & Diœceſeos vicinæ Decano Gravisſimo,

nec non

DN. CHRISTOPHORO LAURENTIO MEELFÜHRERO,

SS. Theol. Licent. Eccleſiæ Oeringenſis Antiſtiti & Superintendenti Fidelisſimo ac Spectatisſimo, Illuſtriſſ. Comiti Hohenloh. à Concionibus Aulicis & Confesſionibus Sacris,

FRATRIBUS GERMANIS,

DOMINIS, PATRONIS, EVERGETIS AC AFFINIBUS

meis pia mente ad urnam usque venerandis.

Tot

Digitized by Google

TOt tantisque à VOBIS, VIRI MAXIME REVERENDI, cumulatus ſum beneficiis, ut, licet nulla unquam diuturnitas gratam illorum apud me memoriam deletura ſit; vix tamen, ſi vel maxime me VOBIS totum tribuerem, aliquam eorundem partem aſſequendi ſpem mihi facere poſſem. Ex quo enim tempore me cognitum inter veſtros recepiſtis, paterno me affectu complexi nullum officium, nullumque Studium erga me meosque in VOBIS deſiderari paſſi eſtis, quin etiam tam ſolicite commodis invigilaſtis meis, ut poſt DEUM O. M. plurimum benignitati Veſtræ me debere fatear. Ac licet aliquod ab hinc annis longius mea mihi fortuna ab oris veſtris diſcedere juſſerit, eadem tamen benevolentia ac favore usque adeo me abſentem perſecuti eſtis, conſiliisque adjuviſtis, ut ſummam in VOBIS fidem atque humanitatem admirer. Quamvis vero hactenus in quasvis occaſiones intentus omni conatu laborarim, ut aliquam ſaltim referrem gratiam, de ſpe tamen adhuc omni ſum dejectus. Proinde cum ſatis

ſu-

Digitized by Google

ſuperque intelligerem, fruſtra me debitas meditari grates, nec fieri poſſe, ut tanto me ære liberem, ingrati tamen notam me ſubiturum, Veſtraque benevolentia indignum fore putabam, niſi publice eam deprædicarem. Neutiquam enim ingenui hominis eſſe arbitrabar, beneficia diſſimulare vel in angulo pro iis gratias agere velle. Namque hoc genus inficiandi potius eſt, nec verecundia dici meretur, quippe quæ petentem quidem comitari ſolet, accepta vero celantem neutiquam excuſat. Itaque nihil magis curæ cordique mihi erat, niſi ut aliqua ſaltim ratione palam facerem grati erga VOS animi affectum: anſamque præbere videbatur B. LINKII de Juribus Templorum Tractatus altera jam vice publicam in lucem edendus. Hunc ergo VOBIS, Templorum & ædificiorum DEI Antiſtitibus & Architectis Vigilantiſſimis ac Prudentiſſimis in gratæ mentis pignus ſolenni formula DO, DICO, CONSECRO. Equidem, fateor, meum non eſt, quod offero, hoc tamen non impedit, quo minus de indelebili beneficiorum Veſtrorum apud me memoria & ſincera ac ſolicita rependendi voluntate teſtari publice queat. Nec quicquam ſupereſt, niſi ut, quod etiam atque etiam rogo; hunc grati animi conatum benevolentia Veſtra comprobetis. Ego interim ipſam meritorum Veſtrorum remunerationem DEO commendo, eundem ar-

Digitized by Google

dentiſſimis ſolicitans precibus, ut VOS Eccleſiæ ſuæ, rei literariæ, familiis Veſtris Splendidiſſimis, meis denique mihique quam diutiſſime præſtet incolumes.

Ampliſſimorum atq; Excell.
NOMINUM VESTR.

Coburgi 15. Martii
Anno 1698.

obſervantiſſimus Cultor.
Paulus Günth. Pfotenhauer.
Bibliop.

INDEX

Digitized by Google

INDEX CAPITUM.

Diſcurſus Præliminaris
De Incrementis & autoritate Juris Canonici, ejusq́ cognitione JCto competente.

CAPUT I.
De Nominalibus Templorum.

CAPUT II.
De *Diviſionibus Templorum.*

CAPUT III.
De *Origine Templorum.*

CAPUT IV.
De *Protectione & Cura Templorum.*

CAPUT V.
De *Juribus circa Templum ædificandum occurrentibus.*

CAPUT VI.
De *Conſecratione Templorum.*

CAPUT VII.
De *Encaniis Templorum quotannis celebrandis.*

CAPUT VIII.
De *Juribus Templum jam ædificatum, præcipue vero cultum divinum concernentibus.*

CA-

CAPUT IX.
De *Cenſura Eccleſiaſtica in Templis peragenda.*
CAPUT X.
De *Inviolabilitate, aliisq; Templorum privilegiis.*
CAPUT XI.
De *Differentia bonorum ad Templa ſpectantium, eorumque origine & reditibus papalibus.*
CAPUT XII. & ULT.
De *Juribus bonorum ad Templa ſpectantium.*

DIS.

Digitized by Google

DISCURSUS PRÆLIMINARIS

de incrementis & auctoritate Juris Canonici ejusque cognitione JCto competenti.

Summaria.

1. *Quæ poteſtas olim Epiſcopis competierit?*
2. *Qualem habuerint ſub Francorum Regibus?*
3. *Secularis poteſtas Epiſcopis conceſſa non fuit.*
4. *Nec diſpoſitio ſacrorum ipſis ſolis competiit.*
5. *Autoritate hoc confirmatur.*
6. *Semper ad Superiores in Republ. ſacrorum ſpectavit cura.*
7. *Exemplis hoc illuſtratur.*
8. *Tandem Epiſcopi ſecularem ſibi vindicarunt poteſtatem.*
9. *Quando hoc contigerit?*
10. *Sic Epiſcopi Adminiſtratores Reipublicæ facti ſunt.*
11. *Expenditur ratio translatæ poteſtatis ſecularis.*
12. *Exinde multa orta ſunt incommoda.*
13. *Incrementum Epiſcopalis poteſtatis ad jus Canonicum applicantur.*
14. *Initium Juris Canonici refertur.*
15. *De cauſis ſolummodo Eccleſiaſticis conceptum erat.*
16. *Illuſtratur autoritatibus.*
17. *Aucta potentia Epiſcopali auctum quoque eſt jus Canonicum.*
18. *Ulterior juris Canonici extenſio.*
19. *Cauſæ propter quas jus Canonicum in ſcholis & foro receptum, referuntur.*
20. *Præ jure Civili Canonicum jus autoritatem obtinuit.*
21. *Hoc modo magis magisque jus Canonicum auctum eſt.*
22. *Ipſi complures ſe ſubjecerunt populi.*
23. *Hæc autoritas inviolabilis fuit usque ad ſeculum XV.*
24. *Eccleſia Galliæ non indiſtincte jus Canonicum recepit.*
25. *In Germania quando & quomodo receptum fuerit jus Canonicum.*
26. *Hanc in rem facit Conſtitutio Friderici II.*

Digitized by Google

27. *Succeſſive autoritas juris Canonici in dubium vocata eſt.*
28. *Lutherus Wittebergæ jus Canonicum combuſſit.*
29. *Hoc JCti Wittebergenſes impugnarunt.*
30. *Lutherus tamen defendit.*
31. *Lutheri invectiones in jus Canonicum de abuſu intelligendæ ſunt.*
32. *Quatenus Jus Canonicum in terris Proteſtantium obtineat.*
33. *Jus Canonicum penes Nos valet ex autoritate recipientium.*
34. *Recenſentur Cauſæ, in quibus jus Canonicum penes Proteſtantes obtinet.*
35. *Nonnulla ex Carpzov. de tempore Nuptiarum monentur.*
36. *Ex Magn. Dn. Strauch. Diſſert. Canon. prim. exhibentur duæ regulæ generales ad prævalentiam jur. Can. pertinentes.*
37. *Juris Canonici cognitio JCtis æque ac Theologis neceſſaria eſt.*
38. *Noſtri Superiores obſervantiam juris Canonici abrogare poſſunt.*
39. *Privati uſum Juris Canon. tollere nequeunt.*
40. *JCti juxta jus Canonicum receptum pronunciare debent.*
41. *Prælectio juris Canonici in Academiis Proteſtantium locum habet, ut & promotio Doctorum in jure Canonico.*
42. *Mareſius JCtis tractationem juris Canonici denegat. Contraria tamen ſententia approbatur & rationibus confirmatur.*
43. *Licet non in Decretis, tamen in Decretalibus mere forenſia continentur.*
44. *Jurisprudentia circa res quoque divinas verſatur.*
45. *Objectio movetur.*
46. *Ac reſolvitur.*
47. *Juſtinianus de re Eccleſiaſtica multas tulit leges.*
48. *JCti res divinas conſiderare debent.*
49. *JCti ſacra ſolummodo quoad externa conſiderant.*
50. *Studioſis Juris Canonum cognitio neceſſaria eſt.*
51. *Juris Canonici cognitio Politicis conducit.*
52. *Tranſitio ad materiam de juribus Templorum.*
53. *Diſpoſitio hujus Materiæ.*

1. PRiſcam Eccleſiam Epiſcopis præter ſolam ſacrorum curam nihil amplius commiſiſſe, teſtis eſt ſufficiens hiſtoria; Hocque adeo ſanctum fuit, ut inter *Canones*, qui *Apoſtolici* meruerunt vocari, receptus ſit ſequens numero ſextus: *Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus ſeculares curas non ſuſcipito; alioqui deponitor.* Cui ſuffragatur *Chalcedo-*

cedonenſis Oecumenici Concilii Canon quartus. Quamvis enim ſub Francorum regno non ſolum in Clericos & Monachos ſuam Epiſcopi exercuerint poteſtatem, ut patet ex capitul. Anſegiſ. *lib. 5. cap. 30.* Sed etiam in vitam & mores Chriſtianorum adverterint, ſontesque, cum aliis canonicis, tum etiam Excommunicationis coërcuerint pœna, quæ excommunicatio tunc temporis graviſſimum ſortita eſt effectum, juxta capit. Anſegiſi 42. *lib. 5.* in verbis: *ut ſciatis, qualis ſit modus iſtius excommunicationis: In Eccleſiam non debet intrare, nec cum ullo Chriſtiano cibum vel potum ſumere, nec ejus munera quisquam accipere debet, nec ei oſculum porrigere, nec ei oratione ſe jungere, nec ſalutare, antequam ab Epiſcopo ſuo ſit reconciliatus*, adeo ut hancce duram excommunicationis pœnam cum excommunicato in illum quoque, qui contra legem quid commune cum ipſo habuit, ſtatuerint, juxta *cit. cap. 42. l. 5.* Tamen ne minimum quidem hoc tempore tributæ poteſtatis ſecularis extat veſtigium, ceu ex illis, quæ incomparabilis Dn. Conring. *de judic. reipubl. German. th. 39. & ſeq.* exhibet, liquido conſtat. Quare nec illa quidem ſacrorum diſpoſitio ſolis Epiſcopis data eſt; Sed etiam in partem curæ vocati fuerunt Presbyteri & Diaconi. *Vid. illuſtris noſter STRAUCH. Patronus meus ad cineres usque colendus, Diſſert. Jur. Publ. Exot. 5. §. 2.* Imò plebs Chriſtiana, quæ aliàs multa cum Clero habuit communia per ea, quæ in *libell. de jure pleb. in regim. Eccleſiaſtic.* exhibet Blondell. *qui ſibi in hiſtoria Eccleſiaſtica*, juxta Dn. Boeccler. effatum, *immortalem acquiſivit gloriam.* Jungatur Dionyſius Petavius *lib. 1. de Hierarchia Eccleſiaſtica, quem tomo tertio dogmatum Theologicorum* inſeruit, ubi teſtimoniis infallibilibus demonſtrat, quod præter alia ad populum quoque jus Epiſcopum cum clero eligendi pertinuerit. Imò antiquorum temporum teſtatur hiſtoria, per omnem invaluiſſe Chriſtianum orbem, ut qui reipublicæ ſumma cum auctoritate præeſſent, ſui juris merito exiſtimaverint, ſacrorum ſibi vindicare inſpectionem. Hinc non incongruè Socrates *Eccleſ. hiſtor. lib. 5.* fatetur: *Ex quo Chriſtianiſmum profiteri cæperunt Imperatores, res Eccleſiæ ab ipſis pependerunt.* Confirmant hoc Francorum & Germanorum Reges, cùm Merovingici, tùm Carolingorum primi, qui juxta indubitata Hiſtoricorum teſtimonia regiam ſacrorum curationem non minus quàm civilium exercue-

Margin numbers: 2. (line 1), 3. (line "ne cum ipſo habuit"), 4. (line "reipubl. German."), 5. (line "Boeccler."), 6. (line "eligendi pertinuerit"), 7. (line "perunt Imperatores").

Digitized by Google

8. runt; Usque dum ſenſim magis magisque præter officium Epi-
ſcopale ad dijudicationem cauſarum & mundana negotia animum
curamque appulerunt Epiſcopi, ut in paucis verè Epiſcopale ali-
quid manſerit reliquum, ipſis Epiſcopis in principes ſeculares con-
9. verſis. Quod translatis ad Epiſcopos & Eccleſias non ſolum fun-
dis, decimis aliisque reditibus, ſed etiam integris territoriis & di-
ſtrictibus, ut Principibus ſecularibus ſucceſſivè non modo pares
vel proximi, ſed quandoque etiam potentia ſuperiores facti fue-
rint, præcipue circa tempora *Ottonis M.* occaſione *Brunonis Colent-
enſis Archi-Epiſcopi* contigit, ut hac de re *in Chronico Erffurtenſi M. S.*
emphatice ſcriptum extet: Da begunten zu erſt die Biſchöffe weltli-
che Rechte zu haben / das dauchte damahls unbillig manchen Manne /
10. referente Gryphiandr. *de Weichbild. Saxon. c. 28. num. 11. & ſeq.* Sicq;
bellatores & adminiſtratores reipublicæ in Epiſcopis ſuis experta
eſt noſtra Germania, quod calculo ſuo comprobat Cranzius, dum
lib. XI. Metrop. c. 36. ait: *Eò nunc perventum eſt, ut in deligendo Pontifice*
(per quem intelligit quemvis Epiſcopum Germanicum) *major ſit re-
ſpectus tuendorum Eccleſiæ bonorum, quam in ædificatione & reformatione
morum.* Jung. Sigon. *de regn. ſtat. lib. 1.* & Lehman. *Chron. Spir. lib. 2.
11. c. 15. & lib. 4. c. 3.* Marc. Anton. de Dominis, qui præclare omnia
ad Hierarchiam Eccleſiaſticam pertinentia ſuo grandi opere de Re-
publ. Eccleſ. in quo tamen duo libri adhuc deſunt, perſecutus eſt,
l. 6. c. 7. exhibet rationem, hocque Imperatores dominatus ſui fir-
mandi cauſa feciſſe aſſerit; Verùm an hæc genuina translatæ pote-
ſtatis ſecularis fuerit ratio, merito dubitamus, cum ex Lehman.
Chron. Spirenſ. *lib. 4. c. 3.* plane diverſum & quidem hoc appareat,
quod Otto potius ad æmulationem Pipini, Caroli M. & Ludovici
Pii, quorum benignitas erga Eccleſias tum temporis ab omnibus
deprædicabatur, hoc ſuſceperit, ut eandem vel majorem ſibi ac-
12. quireret laudem; Sed calamitates & turbas exinde exortas ſubſe-
quentes Imperatores plus ſimplici vice experti ſunt. Hocque
modo ad ſtatum bicipitem, ut duplicem ſuſtineant perſonam, per-
venerunt Epiſcopi. Buſch. *in tractat. de bon. Eccleſ. pag. 98. & ſeq.* Hæc
13. incrementa Epiſcoporum convenienter ad Jus Canonicum, quod
ſimili ratione à regulis Eccleſiaſticis ad alia ſecularia extenſum eſt
14. negotia, applicari poterunt. Initium quidem ſumſit à Canonibus

im

Digitized by Google

in Eccleſia, ut omnia decenter fierent, præſcriptis, ideoque objectum ejus tam diffuſum ſanè non fuit, quam hodie poſt acquiſitam Pontificum & Epiſcoporum potentiam factum eſt, quod aperte probant tituli Decretalium, quos concinnavit Dionyſius, Abbas Romanus, cognomento *Exiguus*, natione quidem Scytha, ſed moribus Romanus ac doctrina & ſanctimonia conſpicuus, ſecundum Bellarmin. *de Script. Eccleſ.* Hi de cauſis ſolummodo & perſonis Ecclesiaſticis, nequaquam verò de ordine judiciario aliiſque cauſis forenſibus, de quibus tum nequicquam erant ſolliciti Epiſcopi, concepti ſunt. Illuſtrat hoc ulterius teſtimonio ſuo Ivo Carnutenſis *Epiſt. 280.* in verbis: *Dicunt inſtituta legum novellarum, quas commendat & ſervat Romana Eccleſia &c.* & Marc. Ant. de Dominis *de Republ. Eccleſiaſt. lib. 6. cap. 6.* Mutato verò ſtatu & aucta potentia Epiſcopali, novæ conſcriptæ ſunt leges ſtatui novæ accommodatæ. Hinc Gregorius VII. in media quadrageſima, juxta Onuphrium Panvinium *in deſcript. vit. Gregorii VII.* Romæ in Baſilica Lateranenſi, quæ Conſtantiniana appellatur, circa XXX. edidit capitula, *Dictatus* nominata, quod à nemine prædeceſſorum ſuorum unquam attentatum fuit. Poſt hæc in tantam molem per diſpoſitionem de negotiis ſecularibus excrevit Jus Pontificium, aliàs Canonicum dictum, ut partes non diſſimiles Juri Civili, ad cujus imitationem & æmulationem Imperatorum proceſſit, repræſentet, tandemque in ſcholis & foro receptum ſit. Quæ receptio eò facilius propterea obtinuit, quod *quoad ordinem judiciorum & ſubtilitates Proceſſus, it. quoad pia loca, bona Eccleſiæ, matrimonium & juramentum aliasve conſcientiam hominis ſtringentes cauſas*, illa, quæ jure Canonico tradita ſunt, pro dilucidioribus, præſentibus ſeculis, æquitati & religioni magis accommodatis quondam haberentur, quàm illa, quæ jure civili continentur. Accedebat dogma de poteſtate Papæ univerſali, quaſi ductu ejus univerſus mundus legibus Pontificiis parere debeat; Quæ omnia ad hoc proficiebant, ut juri Canonico ita conſtituto in omnibus judiciis liberrimus patuerit aditus, & judices ad *Pontificium* magis, quam ad *Cæſareum* reſpexerint jus. Exinde ſecutum, quod *Decretum à Gratiano* editum, ac *Eugenii Papæ* juſſu in Scholas receptum, tantos in Foro fecerit progreſſus, ut ardentius juri canonico, ſegnius verò juri civili opera data, ac jam

15. 16. 17. 18. 19. 20.

Digitized by Google

tum temporibus Friderici I. Imperatoris Doctores, quos *Decretiſtas* appellarunt, creati fuerint, qui in foris Italicis cauſas egerunt, ceu patet ex illis, quæ narrat Arnold. Lybecenſis *lib. 3. Chron. Sclav. c.*
21. *10.* Dumque adeo rem feliciter ſuccedere viderent Pontifices, magis magisque juri ſuo augendo inſiſtebant & novis quotidie Decretalibus atque legibus fora inſtruebant, ſicque factum, quod Decretales Epiſtolæ Pontificum, veluti oracula divina, in foro receptæ fuerint, tantamque incuſſerint animis religionem, ut leges
22. Imperii longè ſuperaverint. Præcipuè verò complures populi, ardore religionis ex veneratione Pontificis, Juri Canonico ſe ſubmiſerunt, ut hodienum non modicam in variis rebuspublicis obtineat autoritatem, prout teſtantur Azeved. *ad Conſt. Reg. Hiſp. lib. 2. tit. 1. n. 18.* Egvin. Baro *ad l. 1. ff. de J. & Jur.* Alber. Gentil. *de Nupt. l. 1. c. 19.* Werbentz. *de jur. Hungar. p. 2. tit. 6.* cumprimis verò Arthur.
23. Duck. *de uſu & autor. jur. lib. 1. c. 17.* Et hæc ſumma autoritas juris Canonici inviolabiliter usque ad 15. ſeculum ſervata eſt, ſoli Reges Galliæ ſe oppoſuerunt, ut patet ex illis, quæ referente Petro Svavio *in hiſtor. Concil. Tridentin. lib. 8.* in Concilio Tridentino propoſuit Regis Galliæ Orator, Ferrerius. Hinc & libros, qui abſolutam Papæ in Reges & Principes poteſtatem propugnarunt, manu carnificis comburere non ſunt veriti, quod Marianæ, Svareſii, Sandarelli aliorumq; ejus argumenti ſcriptis contigit. Vid. Gramand. *lib.*
24. *XV.* Quinimò nec olim Eccleſia Gallicana Canones Apoſtolicos ſtatim admiſit, nec ſecundam Nicænam Synodum in Concilio Francofurtenſi recepit, eoque jure in conventu Bituricenſi à Carolo VII. Rege Francorum indicto uſa eſt, cum à Legatis Concilii Baſileenſis rogaretur, ut ſtatuta & decreta concilii reciperet. Inde eſt, quod nec Bonifacii VIII. Conſtitutiones approbarit, ob diſſidium Regis cum Pontifice, ut notat Gloſſa *ad c. 16. de Elect. in 6.* quod non ſolum in his, quæ ad Jurisdictionem ſecularem pertinent, ſed & in ſpiritualibus, quatenus libertatibus & juribus Eccleſiæ adverſatæ ſunt, factum eſt, ut teſtatur Dn. Strauch. JCtus conſummatiſſimus *Diſſert. Canon. prima §. 36.* poſt quam in antecedentibus *à §. 27.* de Canonum primitiva auctoritate, Legibus canoniſatis, quarum plures refert, confirmatione Decretorum & autoritate veterum Decretalium multa præclara exhibet, quorſum B. L. cum gratioſa hu-

jus

jus Magnifici Viri conceſſione cit. Diſſert. typis publicis exſcripta ſit, brevitatis gratia remittimus. Quamvis quoque in Germania 25. brevi temporis ſpatio poſt compoſitionem autoritatem ſuam non obtinuerit jus Canonicum, præprimis cum Germania longinquis in Palæſtinam expeditionibus & bellis Italicis pariter ac civilibus occupata fuerit, ut taceamus Clerum Germanorum magna ex parte rudem otio, armis ac venationibus potius, quam Canonum doctrinæ vacaſſe: Tamen poſtquam Gregorius IX. Decretales ſuas edidit, easque ubivis obſervari mandavit, indubiè Pontificii juris uſus etiam in Germania cœpit, & in tantum crevit, ut Autor *Speculi Svevici* ſub finem fortè 13. Seculi conſcripti *l. 1. c. 5.* dixerit: Aus den zweyen Büchern (Decret und Decretal.) nimmt man all die Recht/ der Geiſtlichen und Weltlichen Gericht bedarff. Præcipuè hoc il- 26. luſtrat Imper. Friderici II. Conſtitutio, cujus Germanica lingva promulgatæ atque à Goldaſto parte altera Conſtit. Imperial. editæ c. 15. hæc ſunt verba: Wir gebieten auch feſtiglich / daß man in allen Römiſchen Reich an Geiſtlichen Dingen nach Gebot und nach Rath der Ertz-Biſchöffe ſich halte / und jeglicher Biſchoff oder Ertz-Prieſter nach Geiſtlichen Recht richte. Quæ verba quoque in Receſſu Imperii Rudolphi I. apud Lehman. *lib. 5. Chron. Spirenſ. cap. 108.* allegata inveniuntur, per hæc verò: nach Geiſtlichen Recht / non aliud, quam Pontificium intelligi, notat Dn. Conring. *de Origin. jur. c. 26. &c.* Et ſic ſacroſancta pene juris Pontificii fuit autoritas, usque 27. dum ſucceſſivè à viris doctis ſeculis proximioribus in dubium vocata eſt. Hinc præter Waldenſes primus fermè fuit Marſilius Patavinus, qui palam de affectato Pontificis primatu quædam propoſuit & adverſus uſurpatam Romani Pontificis jurisdictionem librum ſcripſit, quem *Defenſorem pacis* nominavit, ubi multa de canonibus ſuſpectis, de Decretalium iniquitate & de ipſius Pontificis potentia ex veriore doctrina magna cum παῤῥησία tradidit. Eum poſtmodum ſecuti ſunt alii, ut Cardin. Nicol. de Cuſa, Johann. de Turrecremata, Claudius Eſpencæus & alii plures; Usque 28. dum demum ſeculo 16. hæc juris Canonici prærogativa maximè labefactata eſt per concremationem à *B. Luthero* Wittebergæ, magna hominum ſpectante & applaudente caterva, factam, vid. Sleidan. *lib. 2. de Stat. Religion.* cujus facti rationem & cauſas poſtmodum

dum edito ſcripto ipſe *B. Lutherus* expoſuit, quas in compendium
29. redegit cit. Sleidan. *d. l. 2. in fin.* Ut hac ratione apud Witteber-
genſes exequiæ quaſi juri Canonico factæ ſint. Quamvis verò
nec Wittebergæ ab omnibus æquo animo hoc factum acceptum fu-
erit, contradicentibus præprimis JCtis, Henningio à Goeden &
Hieronymo Schurffio, qui hoc præcipuè urgebant, poſſe quidem
Lutherum ea, quæ ſacris ſcripturis adverſa ſunt, eliminare; ſed
non poſſe nec debere ea, quæ ad Proceſſum faciunt judiciarium,
quibus maxima pars *Decretalium* repleta eſt, deſtruere: *Lutherus* ta-
men in opinione ſemel concepta meritò perſiſtebat, nec defenſo-
30. ribus deſtituebatur. Ex rationibus quoque hujus rei, quas Tom.
2. Oper. Latin. reddidit, ſatis apparet, quod non ſimpliciter omnia
juris Canonici damnaverit, ſed tantum ob ea, quæ ad immenſam
Papæ autoritatem & Vice-Deatum confirmandum in illo compre-
31. henduntur, combuſſerit. Hinc & illa, quibus in Sympoſ. *tit. 66.*
von Juriſten/ & paſſim in jus Canonicum graviter invehitur, dum
dicit: Das Geiſtliche Recht iſt/ wie alle Juriſten ſagen/ ein Buch
voller Unflaths/ das nach Geld ſtincket/ de abuſu, qui tum temporis
maximus erat, intelligenda ſunt. Quod improbandum non eſt,
cum & Dn. Conring. *de Origin. Jur. German. c. 26.* aſſerere non vere-
atur, plus mali ab illo Jure enatum eſſe, quàm boni, quod ſuo ta-
men relinquimus loco. Hoc ſane certum eſt, à Gratiano Canones
& dicta Patrum in multis corrupta, ac in Decretalibus plura incon-
venientia propoſita fuiſſe, quæ corruptelis & impietatibus ita ſca-
tent, ut ſatius videatur opus illud negligere ac aliunde addiſcere,
32. quæ Eccleſiæ & Reipublicæ neceſſaria ſunt. Quanquam verò per
Transactionem Paſſavienſem Jdictio Eccleſiaſtica Pontificiorum
in terris & ditionibus Statuum Imperii Auguſtanæ Confeſſioni ad-
dictorum ſuſpenſa fuerit, ut hoc modo vigor Juris Canonici quam
maxime ſuſpenſus videatur; Nihilominus tamen ejus ſemel rece-
pta autoritas in nonnullis materiis, ob aliquam, quam præ ſe fert,
religioſitatem & æquitatem ſupereſt, ut valet non ex autoritate
Romana, tanquam lex, ſed ut doctrina magnæ autoritatis Inter-
pretis vel in vim conſvetudinis. Dn. Zigl. *in Diſſert. de Orig. & increm.*
33. *jur. Canon. §. 68.* Quemadmodum itaque SCta, Plebiſcita, Re-
ſponſa prudentum & ſimilia jura in Corpus Juſtiniamum redacta
non

Digitized by Google

non ex poteſtate rogantium aut reſpondentium, ſed Juſtiniani, hocque ipſum jus Juſtinianeum hodie non ex autoritate Juſtiniani, ſed quatenus ab Imperatoribus Germanicis receptum & Statui noſtro accommodatum viſum eſt, valet; Ita quoque Jus Canonicum non ut Canonicum viget, ſed ut ſuum cujusvis ditionis, jus Epiſcopale ſibi vindicantis, jus proprium obſervatur, perinde ut autoritas Juris Saxonici non ab ipſius vi, ſed ab uſu & approbatione recipientium etiam in Saxonia dependet. Rauchb. *p. 1. q. 37. n. 28.* Quare etiam poſt concremationem B. Lutheri & ſubſecutam reformationem adhuc in Germania & foro Proteſtantium conſvetudo obtinuit, ut in materiis, ubi æquitatem & religioſitatem absque ſuperſtitione præ ſe fert, in judiciis ſæpe ad jus Canonicum provocetur, adeo ut pro re nata etiam juri civili præferatur, quod præcipue juxta Magnif. Dn. Struv. *Exerc. 2. th. 39.* Mynſing. Gail. Wurmſer. aliorumve monita (1.) *in matrimonialibus cauſis* & quæ eo pertinent, ut gradibus, ſponſalibus, conſenſu parentum, liberis & eorum alimentis, concubinatu, divortiis, eorumve cauſis, dote, arrhis, ſecundis nuptiis, earum tempore & pœnis (2.) *in pactis, ſtipulationibus & emphyteuſi*, (3) *in bonis & beneficiis Eccleſiaſticis* (4) *in piis cauſis* (5) *in quibusdam ad teſtamenta, fidei commiſſa & detractionem quartarum ſpectantibus* (6) *in præſcriptionibus* (7) *in juramentis* (8) *in uſuris & antichreſi* (9) *in decimis & tandem* (10) *in iis, quæ ad ordinem judiciarium pertinent*, obtinet Ritterhuſ. *differ. Jur. Civ. & Can. p. 19.* Quorſum referri poteſt, quod Dn. Carpz. *lib. 2. def. Eccleſ. 151.* tradat, Sanctiones Juris Canonici, ne nuptiæ tempore quadrageſimæ & die adventus celebrentur, in noſtris quoque Eccleſiis receptas eſſe, addito *def. 152. n. 3.* generali axiomate, *Jus Canonicum in vim conſvetudinis in iis rebus, quæ rationi ac pietati conveniunt, nec Juri divino adverſantur, etiam in Ditionibus Aug. Confeſſion. obtinere.* Specialiter de Saxonia teſtatur Carpzov: *cit. loc. it. p. 1. Conſt. 21. def. 2.* De Ducatu Brunſvicenſi Dauth. *in Comm. de teſtament. §. qui teſtam. fac. poſſ. n. 178.* De aliis locis teſtantur alii. Add. Stephan. *de Jurisdict. l. 3. c. 3.* & Arthur. Duck. *cit. tract.* Evolvatur quoque Dn. Strauch. *laud. Differt. §. 39. & 40.* ubi non ſolummodo materias ſpeciales, in quibus prævalentiam jus Canonicum præ Civili obtinuit, recenſet, ſed & ſequentes duas Regulas generales à Dd. traditas, quarum prima eſt:

34. (beside "Quare etiam poſt concremationem")
35. (beside "Quorſum referri")
36. (beside "Evolvatur quoque")

Digitized by Google

Quoties alterutro jure quid deciſum eſt, quod in altero eſt controverſum, toties definitio expreſſa in utroque foro ſequenda. Altera verò; *quod in caſu ubi Jus Civile & Canonicum inter ſe pugnant, jus Civile in foro Imperii, jus verò Canonicum in terris Eccleſiæ ſervari debeat*, exhibet, illasq;
37. autoritate probatorum Doctorum confirmat. Ideoque hæc receptio Juris Canonici effecit, ut *JCtis* tractatio Juris Canonici præcipuè in Germania æque ac Theologis, *ad minimum quoad illas materias, in quibus ut jus Conſvetudinarium invaluit*, conveniat. Fecit enim hæc conſvetudo, ut etiam in Scholis neceſſaria haberetur profeſſio Juris Canonici, per quam Studioſorum animi in jure iſto conſvetudinario addiſcendo imbuerentur & judiciorum ordini paulatim
38. adſvefierent. Dn. Zigl. *cit. diſſert. ſub fin.* Quamvis non diffiteamur, quod ex voluntate Superiorum & hæc obſervantia juris Canonici abrogari queat, ut tunc JCtis ſtudium Juris Canonici planè neceſſarium non ſit, quamvis ad illos aliàs quoque pertineat. Eatenus namque valet, quatenus Principes reformati Jura imperii circa ſacra potiuntes illud approbarunt & uſu fori receperunt, non ſecus atque Imper. Antonius legibus Rhodiis jubet judicare, ſed quatenus nulla Romanarum illis adverſatur, *l. ἀξίωσις pen. ff. ad*
39. *L. Rhod. de jact.* Talia itaque Juris Canonici placita unusquisque Princeps in ſuo territorio lege ſua propria præſcribere ſubditis poteſt; Quia tamen hoc ſemper & in omnibus capitibus non fit, & principes iſtum Judiciorum uſum hactenus tolerârunt, nullus ſanè privatus ſuo arbitratu eum tollere & invertere poterit. Quin
40. potius JCtorum erit, ut in materiis jam enarratis juxta recepta Juris Canonici capitula pronuncient, cauſasve in foro noſtro decidant, quod omnes Proteſtantium JCti, qui Deciſiones ac Conſilia ſcripſerunt, dum Jus Canonicum pro cauſa decidendi allegant, a-
41. pertiſſimè profitentur. Quare paſſim per Germaniam in Academiis Aug. Confeſſ. addictorum id hodieque doceret publice ac prælegitur, Doctores quoque ejus Juris ad hodiernum usque creantur diem; quamvis ille docturæ Juris Canonici honor, cum doctura Juris Civilis conjunctus ſit, quæ tamen in Academiis Pontificiis & olim fuerunt ſeparatæ dignitates & etiamnum in nonnullis diſtingvuntur. Dn. Georg. Werner. *Diſſert. 1. de Origin. ut & auctor. Jur. Canon. th. 34.* Confer. Arthur. Duck. *de aut. jur. Civil. lib. 1. c. 7.*

n.

n. 16. ubi tamen nonnulla de Luthero perperam adjecta ægris intuemur oculis. Mareſius quidem, Theologus Batavus, in *Differt.* 42.
de Jure Can. n. 24. doctrinam *Juris Canonici JCtis* denegat, ejusque ſtudium magis Theologicum quam Juridicum eſſe contendit. Verum Mareſio ſimpliciter hoc aſſerenti noſtrates Theologi & JCti merito contradicunt. Quamvis enim ab Eccleſiaſticis ſancitum ſit, ut negotia potiſſimum Eccleſiaſtica continere videatur; Tamen fatendum erit, quod pauca in Juris Canonici corpore inveniantur, quæ ad Theologicum pertinent examen & ex ſcriptura ſacra decidenda ſunt, plurima tamen inſint alia, præſertim in Decretalibus, quæ à Theologo, qua tali, explicari aut dilucidari nequeunt.
Relinquamus proinde lubentiſſime Theologis, *reſervatis pro re nata* 43.
materiis, Decretum Gratiani, attamen negari nequit, quod in *Decretalibus* mere forenſia, civile forum ſpectantia cum tali jure contineantur, ex cujus cognitione & acquiſita hinc dignitate adhuc penes nos JCti Doctores juris Canonici vocantur, ſibique hanc Decretalium potius quam Theologi vindicent partem, præcipue cum juxta ſuperius monita adhuc in multis cauſis quoad noſtrum forum jus Canonicum obſervandum ſit. Accedit, quod Jurispru- 44.
dentia circa res quoque divinas & multo magis Eccleſiaſticas, quas tamen excluſis negotiis profanis pro objecto ſolitario Jus Canonicum neutiquam habet, verſetur, prout definito à Juſtiniano & Ulpiano propoſita aperte monſtrat. Quare JCtis tractatio Juris Canonici neutiquam denegari poterit. Ultimum quidem Jurispru- 45.
dentiæ finem humanam tantummodò tum publicam tum etiam privatam ſalutem eſſe, nemo ſanè inficiabitur. Cum cœleſtem æternam & beatam ſalutem non in humanis, ſed divinis legibus, non in foro ſoli, ſed poli, non inter JCtos, ſed Theologos inquirere debeamus; JCtorum tamen ſchola ſalutem mundanam ita 46.
deguſtare docet, ne viæ, qua ad æternam & cœleſtem progredimur beatitudinem, ulla omnino remora vel obſtaculum injiciatur, vel etiam cura ſacrorum negligatur. Hinc & veteres JCtos ſacris ceremoniisque Deorum præfuiſſe, teſtis eſt Hiſtoria, & Vaconius à Vacuna 1. *Declar. 30. n. 3.* dicit: ad hoc, ut JCtus oſtendat Civibus, quo ritu debeant colere DEUM, neceſſe eſſe, ut habeant rerum divinarum notitiam. Juſtinianum quoque innumerabiles de- 47.

Digitized by Google

re Eccleſiaſtica condidiſſe & publicaſſe leges, Corpus Juris Civilis ſufficienter monſtrat. Scatent ſiquidem Novellæ ejusmodi Conſtitutionibus de re Eccleſiaſtica, quas refert Marc. Anton. de Do-
48. min. *lib. 6. de republ. Eccleſ. c. 6. n. 27.* Quapropter cum jus circa ſacra ſit pars *τοῦ κυρίου πολιτεύματος* ut patet ex Philoſopho *7. Polit. c. 8.* JCtis conſideratio rerum divinarum & multo magis Juris Canonici neutiquam auferenda erit, præprimis ſi conſiderandi modum, qui in juſti & injuſti ſcientia conſiſtit, quem Jus Cano-
49. nicum præſupponit, non excedant. Facit denique huc, quod JCtus non quidem circa interna, ſed circa externa ſolum ſacrorum diſponat ac decernat, & quod, ſi officio Magiſtratus fungatur, cuſtos utriusque ſit tabulæ Decalogi, ut, quæ DEI, DEO, quæ hominum, hominibus tribuat. Hilliger *in Donell. Enucl. lib. 1. cap. 16.* Quare B. Himmel, Theologus inclytæ noſtræ Academiæ in tract. *de Jure Canon. c. 3. in* fine fateatur, Decretales merè cauſidica & forenſia ad forum Civile ac JCtos potius quam Theologos ſpectan-
50. tia continere. Hæc & ſimilia plenisſime ſanè demonſtrant, quod JCtorum Scholæ in tantum neceſſaria ſit juris Canonici cognitio, ut ne quidem Studioſi juris nomen mereri queat, qui nullam Canonum ſibi comparavit ſcientiam. Ex juris namque Canonici lectione id commodi profluit, quod ea, quæ legibus Civilibus comprehenſa non ſunt, vel minus explicatè, ex jure Canonico deſumantur. Ut enim ſacrorum Canonum ſtatuta Principum Conſtitutionibus adjuvantur, ita nec leges dedignantur imitari ſacros
51. Canones. *c. 1. X. de nov. oper. nunciat.* Politico quoque quantum conducat juris Canonici cognitio ex materiis de eligendo Epiſcopo, Archiepiſcopo, de præbendis & beneficiis Eccleſiaſticis conferendis & ſimilibus luculentisſimè patet. Vid. Stephan. *de Jurisdict. lib. 3. in præfat. part. prim.* Hoc tamen fatendum erit, quod ſupervacaneum videatur, ut in quæſtionibus alienis & ad rem non pertinentibus, quas Canoniſtæ ſæpius magno cum apparatu tra-
52. ctant, oleum & opera perdatur. Iſtis proinde rationibus adductis, ex ſpeciali eaque benevola Magnifici JCtorum Ordinis permisſione, binis Diſſertationibus *jura templorum* eorumque *Encænia* ex Jure Canonico & moderno Eccleſiaſtico, non quidem ea, qua debui, ſed qua potui, dexteritate conſcripta haud ita pridem publi-

blicæ diſquiſitioni in illuſtri Salana propoſui, quæ jam per modum tractatus aucta & reviſa denuo favori Eruditorum ſiſto. Omnia ſanè, fateor, pro dignitate materiæ neutiquam deducta ſunt, præcipue cum labor quotidianus ſæpius remoram injecerit; Quia tamen de candore B. Lectoris nullus dubito, ideo & hunc qualem laborem, à Typographis inſtantisſime flagitatum, Eruditorum placidæ ſubjicio Cenſuræ eorumque humanitatem fragilitatis humanæ haud immemor inſtantiſſime expoſco. Ut verò eò de- 53.
centius diſcurſus hic inſtituatur, ſubſequentibus capitibus, quorum (1) *nominalia*, (2) *diviſiones*, (3) *Originem*, (4) *Curam & Protectionem Templorum*, (5) *Jura circa ædificandum*, (6) *Jura circa conſecrandum templum occurrentia*, (7) *Encænia*, reliqua verò (8) *alia jura tum ipſum templum, tum etiam bona Eccleſiaſtica concernentia* proponent, abſolvendus erit. Faxit Dominus Templorum, Summus Jehova! ut feliciter incipiam, feliciter progrediar, & quam feliciſſime finiam! Sit itaque.

CAPUT I.

De Nominalibus Templorum.

Summaria.

1. *Proponitur Etymologia Templi.*
2. *Circa illam Scriptores diſſentiunt.*
3. *Quidam à contemplando derivant.*
4. *Contemplari potius à Templo derivatur.*
5. *Templum varias habet ſignificationes.* (1) *denotat locum altum.*
6. (2) *Locum augurum.*
7. (3) *Locum clauſum.*
8. (4) *Sepulchrum.*
9. (5) *Ædificium Deo conſecratum, quæ ſignificatio hujus loci eſt.*
10. *Synonymia Templorum evolvitur tum quoad gentiles,*
11. *Tum quoad Chriſtianos, ubi Templa vocantur* (1) *ædes ſacræ.* (2) *κυριακαί.* (3) *Dominica, unde* Dom.
12. *Walafrid. Strabonis verba de his Templorum Synonymis.*
13. *Euſebii.*

14. *Cur veteres Templa vocarint Dominica? Unde* Domkirchen *&* Domherrn.
15. *(4.) Baſilica.*
16. *In jure civili quid denotet Baſilica?*
17. *(5)* Ευτκύρια *& Oratoria.*
18. *(6) Martyria ex duplici ratione, vel quod Chriſtiani ad Martyrum loca convenerint,*
19. *vel quod Templa in Martyrum memoriam erecta fuerint.*
20. *(7.) Monaſteria, unde Eccleſiæ Collegiatæ vocantur* Münſter/ *de quorum origine & autore hic agitur.*
21. *Quare Eccleſias collegiatas inſtituerit Carolus M.*
22. *Turpini fabula de Caroli M. anima.*
23. *Templum quoque (8) vocatur Eccleſia.*
24. *Ambiguitas vocabuli Eccleſiæ explicatur.*
25. *Apud Athenienſes Conventuum duplex erat genus. Unum vocarunt* ἀγοραίας.
26. *Alterum Eccleſiam.*
27. *Quare Conventus Chriſtianorum nomine Eccleſiæ veniant?*
28. *Eccleſia denotat (1) cœtum Electorum inviſibilem.*
29. *(2) Conſortium vocatorum viſibile.*
30. *(3) Ædes ſacras.*
31. *(4) Collegium Clericorum. ubi locus Matth. 18. v. 17. allegatur.*
32. *Loci illius explicatio.*
33. *Controverſia.*
34. *Quomodo vocabulum Eccleſiæ hic ſumatur.*
35. *Chriſtiani quondam ædes ſacras non templa ſed Baſilicas nominarunt.*
36. *Pagani contra Idolorum delubra templa vocarunt.*
37. *Poſtmodum Templorum nomen penes Chriſtianos quoque invaluit.*
38. *Deſcriptio Templi.*
39. *Tria ad Templorum conſtitutionem ſunt neceſſaria. (1) ut autoritate Epiſcopi exſtruantur.*
40. *(2) Ut ædificentur ad cultum divinum.*
41. *(3) Ut Deo dedicentur.*

1. CUm ſolenne Literatorum ſit, materiam à tractatione nominalium, ne illotis manibus ad ipſius rei penetralia progreſſum faciant, auſpicari; Ideoque ordinis convenientioris gratia, qui juri noſtro juxta aſſertum Cagnol. *de R. J. ſub rubr. n. 4.* convenit, in hoc noſtro Tractatu idem obſervandum, atque pro re nata vocabulum *Templum* evolvendum erit, præprimis cum ſub limine videamus, quod circa derivationem iſtius vocis

ciſScriptores inter ſe invicem non conveniant. *Alii* enim,inter- 2.
que eos juxta Donatum Carpzov. *lib. 2. Juriſpr. Conſiſt. def. 334. n. 3.* templum à tuendo dictum eſſe putant, quaſi tueatur ſacra & cultum divinum; *Alii* verò, ut Iſidorus *lib. 15. c. 4.* templa dicunt,quaſi tecta ampla. Scaliger templum dicit à τέμενος, quod eſt locus ab aliis ſejunctus & qſ. rejectus religionis cauſa. *Alii* à τέμνω, quatenus eſt ἀφορίζω aut à θέμις, Jus, Juſtitia, derivatum templum eſſe volunt, quia juſtitiæ erga Deum colendæ cauſa conditur, ſecundum Martinum *in Lexic. Philolog. Alii* aliter deducunt. Vid. 3.
Finckelthuſ. *de Jur. Patron. c. 2. n. 32.* Hinc nonnulli quoque à *contemplando* derivant, propterea, quod ex omni parte aſpici templa poſſint, teſte Dn. Gebhard. alias Weſener. Cancell. Saxo-Altenburg. *p. m. de Regimin. Eccleſ. ſub reſol. §. Eccleſia 4. n. 30.* Ex hiſce derivati- 4.
onibus omnibus, cum ſolummodo alluſionem quandam contineant, B. L. illam, quæ ipſi placere videtur, eligere poterit. Interim circa ultimam hoc obſervandum erit, quod Faber *in Lex. ſub vocab. Templum* illam potius invertat, ac verbum contemplari à templo i. e. loco undique libero & aperto, ut ab omni parte conſpici poſſit, dictum eſſe aſſerat, hocque modo vocem Templi pro primitiva agnoſcat. Sicut autem derivatio Templorum variat, ita 5.
quoque acceptio non eſt uniusmodi. Denotat enim (1) *locum* quemlibet *altum* & omnino eximium in templi modum fornicatum aut aliter factum, ideo & ipſum *Cœlum* templum vocatur penes Terent. in Eunuch. *Ad quem DEUM? qui templa cœli ſumma concutit.* Mart. *in cit. Lexic. ſub voc. Templum.* (2) *locum in aëre* vel in terra, 6.
quem *augures* captandorum auguriorum cauſa lituo ſuo deſignabant. Hinc Feſt. Pompei. *lib. 11.* ait: Minora templa fiunt ab auguribus, cum loca quædam tabulis aut linteis ſepiuntur, ne uno amplius oſtio pateant. Plures Autores in teſtimonium hujus rei allegat Roſin. *lib. 2. Antiq. Rom. c. 2.* (3) Templum quoque quili- 7.
bet locus clauſus, etiamſi profanus & augurio non conſecratus ſit, vocatur. Hinc M. Varro *lib. 6. de lingva Latin. Curia*, inquit, *Hoſtilia templum eſt, tamen ſanctum non eſt.* Et *Templum* pro *Curia Romana* ſumi, probat autoritatibus non contemnendis Barth. *lib. 3. Adverſ. c. 10.* (4) Templi quoque nomine ſignificatur *ſepulchrum*, na- 8.
ta inde ſuperſtitione, quod veteres cippos ſeu tumulos amicorum

mor-

mortuorum pro templis religioſe colerent, ut ex Clemente Alexandrino in Protreptico oſtendit Lilius Gyraldus Ferrarienſis *de Diis Gentil. Syntagm. 17.* Poſſunt huc referri illa penes Virgilium *l. 4. Æneid. v. 457.*

Præterea fuit antiquo de marmore templum
Conjugis antiqui &c.

Denique (5) *Templum eſt ædificium DEO conſecratum.* Hinc Lucta-
9. tius Placidius allegatus à Roſin. *lib. 2. Antiq. c. 2.* inquit: *Penates hominum ſunt, Deorum templa*, quæ *ſignificatio nobis* hac vice *propria* eſt, ceu ſubſequentia hujus Diſcurſus demonſtrant. Germ. vocatur Kirch à Græc. *κύριος, κυριακός, κυριακὴ*, unde quoque eſt verb. Kyriaca.
10. *Synonymice* templa *penes Gentiles* fanum, delubrum, Sacellum vocantur; ut ap. Cornel. Nep. *in Themiſt. cap. 6.* in verbis: *Quo factum eſt, ut Athenienſium muri ex ſacellis ſepulchrisq; conſtarent*, it. Sacrarium ap. Eundem *in Themiſt. c. 8.* Ædes, ædes Minervæ. Ibid. *in Pauſ. c. 5.* & Deorum habitacula. *Penes Chriſtianos* vero
11. templa vocantur (1) *ædes ſacræ*, & in Patrum ſcriptis (2) *κυριακαὶ* vel *κυριακὰ*, unde allegatum Germanicum Kirch deſcendit. Dicuntur autem *κυριακὰ*, quia Domino dicata ſunt, exinde prodiit latina denominatio, quod appellentur (3) *Dominicæ & Dominica.* Cypr. *de Eleemoſyn.* Quare Tertullian. *de Idol. c. 7.* ait: *In Dominicum ſine ſacrificio venis.* Sæpius vero Chriſtiani ædes ſacras, in quibus conventus publicos celebrarunt, *κυριακὰ* & dominica appellarunt, eo quod primitiva Eccleſia Chriſti nomine minus frequenter propter gentilium & paganorum irriſiones uteretur, ſed eum Dominum appellaret ac monumenta & ædificia in honorem ejus exſtructa Dominica vocaret. Et ex hoc vocabulo ſine dubio adhuc penes Germanos templa Epiſcopalia Dom vocantur, de
12. quibus in ſequentibus. Pertinent huc illa, quæ Walafrid. Strabo *de reb. Eccleſ. c. 7.* proponit in verbis: *Sicut Domus DEI Baſilica id eſt regia à rege, ſic etiam Kyriaca id eſt dominica à domino vocatur, quia Domino Dominantium in illa ſervitur.* Quare Euſebius quoque *lib. 9. Hi-*
13. *ſtor. Eccleſ. c. 9.* ſequentia tradit: *Primi Chriſtiani templa in honorem Chriſti erecta Dominica appellabant, in quibus precum, ſacrarum lectionum,*
14. *Euchariſtiæque cauſa conveniebant.* Erat enim apud veteres Domini vocabulum frequentius, quam Chriſti, juxta conſuetudinem Apoſtoli-

ſtolicam & ſolennem Evangelicæ hiſtoriæ modum, proinde quoniam Dominum ſemper in ore habebant, etiam ipſa loca, in quibus propter Dominum coibant, appellarunt *Dominica.* Quare Germani etiamnum Epiſcopalia & Cathedralia templa Domkirchen & Canonicos Domherrn / quaſi Dominicales ſive Dominicanos ac Dominos appellant. Add. Goldaſt. *tom. 3. Antiq. f. 1. & 125.* Joachim. Steph. *de Juriſdict. l. 4. cap. 1. n. 8. & ſeq.* & Meiſner. *Philoſ. Sobr. p. 2. ſect. 1. q. 9.* Sub Conſtantino (4) templa dicta fuerunt 15. *Baſilica*, quod in honorem Regis omnium regum exſtructa fuerint. Baſilica verò quibusdam Interpretibus dicitur à Baſilio Imperatore Græco, qui primus curavit ſe in Eccleſia ſepeliri, & à nonnullis vocatur Eccleſia non conſecrata. Lambertin. *de Jur. Patron. lib. 1. art. 10. q. 11. princ. part. 1. n. 2. & ſeq.* Rectius tamen aliis Baſilica idem eſt, quod templum, quia ibidem βασιλεῖ ſive Regi omnium DEO cultus & ſacrificia offeruntur. Iſidor. *lib. 15. Orig. c. 4.* Quamvis quoque in Jure Civili Baſilica non ſacrum, ſed publicum locum 16. denotet, in quo judicia & negotia populus Romanus exercuit, quam ſignificationem probant *l. 32. §. 4. ff. de aur. & argent. leg. l. 137. §. 6. ff. de V. O. l. 21. C. de oper. publ.* Unde ex Vitruvio refert. Anton. Bartolin. *in Opuſc. Correction. & Interpret. aliquot LL. Jur. Civil. ad d. l. 21. C. de oper. publ.* Baſilicam ita factam fuiſſe, ut ſuperius judicia, inferius negotia Romani exercuerint. Ipſe tamen Bartolin. *cit. loc.* fatetur, quod poſtmodum in Novellis Juſtiniani & in Jure Canonico verbum Baſilicæ pro templo acceptum fuerit, ut etiam majora & ſplendidiora ſolummodo, v. g. Eccleſias Cathedrales ſive Dominicas denominaverit. Finckelthuſ. *de jur. Patron. c. 2. n. 35. & ſeq.* (5) Templa quoque in Nov. 123. cap. 18. & Nov. 131. cap. 7. 17. *εὐκτήρια & Oratoria* vocantur, quamvis Canoniſtæ proprie Oratorium dicant parvum cubiculum, quandoque ab Eccleſia benedictum, in privatorum domibus conſtitutum, ubi aliquando accedente conſenſu Epiſcopi ſacra celebrantur. *C. unicuiq. 33. de conſecr. diſt. 1. & c. Clericos 34. c. ſi quis 35. diſt. 1.* Roch. de Curte *ad Jus Canon. rub. de Conſtruct. Eccleſ. n. 28.* Finckelthuſ. *de jur. Patron. cap. 2. n. 33.* Communiter quoque (6) templa *martyria* dicuntur, vel quod 18. fovendi Zeli gratia ad martyrum loca Chriſtiani convenerint. Hi ſiquidem in locis Martyrum confluebant, & apud eorum memori-

Digitized by Google

as vota DEO offerebant ac honorabant beatas animas dilectione, & honorifica recordatione, Deo de eorum victoriis gratias agentes, ſeque ad eorum imitationem exhortantes, ut teſtatur Augu-
19. ſtin. *lib. 8. de Civit. DEI c. 27.* Vel quod in memoriam martyrum fuerint erecta, qua de re inſignis eſt locus Auguſt. *lib. 22. de Civit. DEI c. 18.* ubi hæc habentur verba: *Nos martyribus noſtris non templa, ut Diis, ſed memorias, ut hominibus mortuis, quorum apud Deum vivunt Spiritus, fabricamus. Nec ibi erigimus altaria, in quibus ſacrificemus martyribus; ſed UNI DEO & martyrum & noſtrum ſacrificium immolamus.* Veni-
20. unt quoque templa (7) nomine *Monaſteriorum.* Hac namque voce priſci non monaſtica tantummodo clauſtra, ſed & *Eccleſias collegiatas,* quibus ſcholæ fuerunt adjunctæ, denotarunt. Inde Germanicè vocantur ein Münſter. Lehmann. *lib. 2. Chron. Spirenſ. cap. 53.* quibus in Saxonia condendis inſignem operam impendit glorioſiſſimus & de priſcis Saxonibus ad fidem Chriſtianam perducendis optime meritus Princeps Carolus M. qua de re videri poteſt Albert.
21. Crantzii *Saxon. una cum Metropoli ejuidem.* Cum enim Germani Ethnici ſacerdotum ſuorum imperium religioſe obſervarent, juxta Tacit. *de mor. German. c. 7. & 11.* Ideoque Carolus M. plures in Germania, cum primis in Saxonia inſtituit Epiſcopatus & Eccleſias collegiatas, ut gentes primum converſæ hoc modo in religione perficerentur, ac ſacra Epiſcoporum authoritate continerentur, ne à fide rurſus deficerent. vid. cit. Crantz. *Saxon. lib. 2. c. 22.* Conveni-
22. enter hæc illuſtrant illa, quæ Johann. Turpin. *Caroli M. Secretarius de rebus geſt. Caroli M. c. 32.* de obitu illius, licet fabuloſe, proponit, exque eo Lehmann. *in Chronic. Spirenſi lib. 3. c. 28.* hunc in modum refert: Als Er Turpinus in ſeiner Kirch in Franck-Reich dem GOttes Dienſt obgelegen und dem Pſalmen geſungen: DEUS in adjutorium meũ intende, ſey Er in Verzuckung gerathen und habe eine groſſe Menge böſer Geiſter ſehen fürüber rauſchen / denen von fern einer / in Geſtalt eines Mohren / nach gefolget / dieſen habe Er gefraget: Wo ihre Reiß hingericht? darauf der böſe Geiſt geantwortet: Sie weren in Werck / nach Aach ſich zu erheben und Keyſer Caroli Seel mit ſich in Abgrund der Höllen zu führen. Nach dem Turpinus dieſe Antwort gehöret / hat Er den Geiſt beſchworen / in Rück-Wege Bericht zu thun / wie die Sache abgangen / als Er kaum ſeinem Pſalm ausgeſungen / ſeyen die böſen Gei-

Geiſter alle in voriger Ordnung zurück kommen/ und der beſchworne ihm
dem Bericht gethan/ daß die Seele Caroli in eine Wage geſetzet und
ſeine gute Werck zu ihm auf eine Schaal/ die Böſe hingegen in die an-
dere Schaal gelegt worden/ indem habe S. Jacob ſo viel Stein und Holtz
von Kirchen/ die Carolus erbauet/ ſeinem Gewicht zugelegt/ daß die
gute Werck und milde gegen Kirchen und die Geiſtlichen die böſen Werck
weit überſchlagen/ darum hab GOtt die Seele zu ſich genommen/ und
damit ſeyen die Geiſter verſchwunden. Plures quidem citatum Tur-
pini tractatum magni æſtimant, cordatus tamen Lector illum
quamplurimis neniis anilibus repletum offendet, ut Baron. non
ſine ratione aſſerat: *Turpinum ſomniorum & fabularum vanum conte-*
xtorem eſſe. Denique etiam (8) *Eccleſia* vox non raro, licet impro- 23.
prie, pro ædibus ſacris & templis ponitur per *tot. tit. X. de Eccleſ. æ-*
diſic. & repar. & t. t. C. de ſacro ſanct. Eccleſ. l. ſancimus 46. C. de Epiſc. &
Cler. Nov. 117. c. 15. §. 1. Nov. 131. cap. 10. c. nemo 9. c. 1. c. 20. c. 34. de
Conſecr. diſtinct. 1. Aliàs vocabulum Eccleſiæ ambiguum & πολύση-
μον eſt, per ea, quæ Beſold. & Speidel. *ſub voc.* Kirch exhibent. 24.
Generaliter namque Eccleſiæ vox, à Græco verbo ἐκκαλεῖν convoca-
re deſcendens, cœtum hominum rite ac ordine collectum ſignifi-
cat differentem ab ἀγορᾳίᾳ. Nam apud Athenienſes ut & in Aſiæ 25.
Civitatibus *duplex Conventuum* frequentabatur *genus*: *Unum*, quod
ἀγορᾳίαν vocarunt, quando promiſcua hominum multitudo in
civitatibus & oppidis ſine ordinis certi obſervatione in unam co-
ibat, quo concurſu hominum ſæpe ſeditiones excitatæ ſunt, dum
ſeditioſi cives quæſtus gratia, prætextu publicæ utilitatis, plebem
convocabant, ejus acclamationibus & furoribus potentiam adepti
rempublicam inſidioſe opprimebant. *Alterum* genus Conventu- 26.
um dicebatur *Eccleſia*, quando vel omnes Cives vel illi ſaltem, qui
jus Civitatis ſeu σύνοδον τῆ πολιτ habebant, ordine juſto à Magi-
ſtratu convocabantur, in hoc & ordine & ſecundum dignitatem
vocatorum ſententiæ ac vota ferebantur. Quare cum conventu-
um hæc genera Apoſtolorum tempore ſatis nota eſſent, iidem ſa- 27.
pientiſſimo conſilio piorum congregationem non ἀγορᾳίαν ſed ἐκ-
κλησίαν vocarunt, eo quod, juxta monitum divi Pauli, omnia or-
dine & decenter in Eccleſia fieri debeant. Joach. Stephan. *lib. 3. de*
Juriſdict. c. 1. n. 5. & ſeq. Et in hoc poſteriori ſignificatu, nam in 28.

 prio-

Digitized by Google

priori cœtum quoque ad politicum uſum à Superiore convocatum denotat. Finckelthuſ. *de Jur. Patron. c. 2. n. 22.* iterum Eccleſia multifariam ſumitur (1) *pro inviſibili Electorum Cœtu.* Nam quod ſanctorum cœtus ex recta fide ac optima vivendi ratione collectus Eccleſia ſit, inter eos conſtat, qui ſapientiam deguſtarunt; ait Iſidorus Peluſiota *lib. 1. Epiſt. 247.* à Meiſner. *part. 2. Philoſoph. Sobr. quæſt.*
29. *13.* citatus. (2) Eccleſia quoque pro *conſortio vocatorum viſibili*, h. e. eorum, qui verbum DEI audiunt & ſacramentis à Chriſto Salvatore inſtitutis utuntur, eoque vel *univerſo*, quodcunque eſt per totum terrarum orbem, vel *particulari*, certi alicujus loci, accipitur, veluti Eccleſia Auguſtana &c. Duaren. *lib. 1. de Beneſic. Eccleſ. cap. 1.*
30. *circa fin.* (3) pro *ædibus ſacris* per ſuperius monita. Confirmat hanc ſignificationem cum Lambertin. per varios textus Juris Civilis & Canonici Finckelthuſ. *d. l. n. 31.* Hac ratione tamen templa potius *ἐκκλησιαστήρια* i. e. loca Eccleſiæ colligendæ deſtinata, quam Eccleſias vocari, cenſuit allegatus ſcriptor antiq. Iſidor. Peluſiota, diſcipulus Chryſoſtomi, *l. 2. Epiſt. 247.* allegatus à Meiſner. *cit. loc.* dum ait: *Certo cognoſcendum, aliud ἐκκλησίαν, Eccleſiam, aliud ἐκκλησιαστήριον, templum locum Eccleſiæ eſſe. Nam illa ex immaculatis a-*
31. *nimis conſtat, hoc lapidibus & lignis exædificatur.* (4) quodque Eccleſia non raro *pro collegio Clericorum* divinis miniſteriis mancipatorum, ut paſſim in *tit. C. de SS. Eccleſ.* item pro beneficio Eccleſiaſtico, præcipue curato & prælatura, ut *in c. 3. ne prælati vices ſuas & in c. cum non ignores. 15. X. de præbend.* quin etiam *pro Synedrio & judicio Eccleſiaſtico* accipitur juxta text. *Matth. 18. v. 17.* ubi hæc habentur verba: *Quod ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ*, B. Lutherus reddidit: So ſage es der Gemeinde. Chryſoſtomus ita interpretatur: *Dic Eccleſiæ, i. e. præſulibus & præſidentibus.* Add. Matth. Stephan. *vol. 2.*
32. *Diſc. Academ. de Jur. publ. tam Eccleſ. quam ſecul. diſc. 9.* Et quamvis Pontificii per illum locum intelligant Sacerdotes & Epiſcopos, imò per excellentiam ſolum Papam, quos omnes nomine Eccleſiæ repræſentativæ denotant, *per c. ſed illud 17. diſt. 45.* & Gloſſ. *in verb. ſi Epiſcop. quis forte q. 3. c. 4. cauſ. 11.* Hunc tamen ſenſum ipſe Bellarminus, Pontificius ſcriptor, aperte repudiat *lib. 3. de Eccleſ. cap. 17.*
33. Illuſtrationis gratia evolvendus erit, nuperrime ſub jure Eccleſiaſtico à Domino Fritſch. exhibitus tractatus, Dn. Chriſtian. Weber.

de

de jur. Conſiſtor. c. 19. per tot. ubi hunc Matthæi locum cum controverſia, quam *Emſtus & Sarævia* moverunt, latiſſime explicat, quorſum cupidum Lectorem, quia noſtræ profeſſionis limites tranſcendit, brevitatis gratia remittimus. Quoties verò in hoc noſtro di- 34.
ſcurſu vocabulum Eccleſiæ occurrit, nihil aliud, quam *ipſum templum* ſive locum congregationis fidelium ac ædes ſacras denotat; Sæpius namque templum & Eccleſia promiſcue poſita ſunt, quamvis & pro re natâ ſignificationem hanc, qua cœtum Chriſtianæ religionis cauſa convenientium vel congregationem fidelium Eccleſia deſignat, non excludamus, quod ex perlectione cuilibet patebit. Plura de vocabulo Eccleſiæ vid. apud Selden. *de Syned. l. 1. c. 9.* Nicol. Fuller. *lib. 2. Miſcell. c. 9.* David. Blondell. *in apolog. de Epiſcop. & Presbyt. p. 218.* Franciſc. à Victoria *Relect. 1. ſect. 1. n. 1. & ſeq.* Hoc
unicum verò antequam ad definitionem progreſſus fiat, adhuc mo- 35.
nendum erit, quod priſci Chriſtiani ædes ſuas ſacras *rarius templa* appellarint, ſed *Baſilicas* potius. Cum voce Templi apud Ethnicos fana Deorum fictitiorum, ipſorumque oracula denotata fuerint.
Lactantius quidem in carmine de paſſione dominica ea voce uſus 36.
eſt, dum inquit:

Quisquis ades, mediiq; ſubis in limina templi,
Siſte parum, &c.

Sed communiter iſta appellatio piis tum viventibus erat exoſa, nec ferè, niſi pro Idolorum delubro uſurpabatur. Quam in rem facit locus pulcher apud Zenonem Epiſcopum & Martyrem, *qui A. C. CC. LX. Cathedram Veronenſem tenuit, Serm. de continentia* & Hieronym. adverſus *Vigilantium*, quem ob ſpretas vigilias *Dormitantium* vocat. Ut ita tunc temporis Baſilicæ eſſent Chriſtianorum & Paganorum templa; Sed demtis paganorum templis nomen reſiduum 37.
ad Chriſtianorum baſilicas tranſiit, & præter propter ſub initio *ſeculi V.* invaluit, ut teſtatur Joſua Arnd. *in Lex. Antiq. Eccleſiaſt. ſub. voc. templum pag. m. 1087.* eoque quatenus jam ædes ſacras Chriſtianorum denotat, hac vice utimur. Hiſce præſuppoſitis cum B. Car- 38.
pzovio *lib. 2. juriſpr. Conſiſt. def. 334.* templum deſcribimus, quod ſit *Domus Domini cultui divino deſtinata*, vel etiam, quod ſit *Domus publica Epiſcopi autoritate conſtituta, ut in illa Chriſtiani ad verbum divinum audiendum & ſacramenta percipienda conveniant.* Deſcriptionem cenſi-

milem proponit Alciat. *ad rubr. C. de SS. Eccleſ. n. 1.* ſcil. quod templum ſit domus divina, ad Sacramenta adminiſtranda, preces faciendas, & divina officia celebranda DEO dicata. Ex quibus deſcriptionibus patet, quod *tria* ſequentia ad Templorum conſtitu-
39. tionem ſint neceſſaria: (1) ut *autoritate atq; conſenſu Epiſcopi exſtruantur*, vel ſecundum hodiernos mores illius, cui Superioritas territorialis, & vigore hujus jus Epiſcopale per inferius dicenda competit. *c. Nemo 9. de Conſecrat. diſt. 1. Nov. 67. c. 1. & 2.* Dn. Struv. *Exerc. 3. th. 70.* Carpzov. *Jurispr. Conſiſtor. lib. 2. Defin. 334. n. 9.* Hinc fluit ſine autoritate atque conſenſu Epiſcopi fundata & conſtructa templa libertate & immunitate Eccleſiaſtica non gaudere, ſed ad placitum ejus revocari & demoliri poſſe. *cap. cum olim 14. §. inſuper X. de*
40. *privil. c. placuit. 1. cauſ. 1. q. 2.* (2) ut ædificentur *ad cultum divinum*, & in honorem DEI, nequaquam verò in honorem Sanctorum, uti quidem fieri ſolet apud Pontificios, quod meritò taxandum venit, quicunq; etiam hujus rei allegentur à Speidel. *ſub vocab.* Kirchweihe
41. prætextus. Et tandem (3) ut DEO certis ſolemnitatibus dedicentur. *Nov. 9. Nov. 54. c. 2.* De qua dedicatione, conſecratione ejusque renovatione fuſius in ſubſequentibus dicendum erit.

CAPUT II.

De Diviſionibus Templorum.

Summaria.

1. *Prima diviſio eſt, quod Templum aliud mater, aliud filia dicatur.*
2 & 3. *Unde æſtimetur Mater.*
4. *Mater quodnam Templum dicatur?*
5. *Filia quodnam dicatur?*
6. *Differentia illa ex unione oritur. Unio Eccleſiarum quid ſit?*
7. *Unionis deſcriptio à Finckelthuſio tradita evolvitur.*
8. *Unionis duæ dantur ſpecies. Prima fit, quando una Eccleſia alteri ſubjicitur.*
9. *Secunda eſt, quando utraque Eccleſia in ſuo permanet ſtatu.*
10. *Hæ ſpecies unionum in Eccleſiis quo-*

quoq; Cathedralibus occurrunt. In dubio, quæ ſit facta Unio, ex conjecturis colligi debet.

11. *Unio alia eſt temporalis alia perpetua. Temporalis quænam dicatur?*

12. *Refertur, quid ad unionem temporalem requiratur. Miniſtri Eccleſiæ ex Canoniſtarum Monte non aliunde, quam ex reditibus Eccleſiæ vivere debent, etiamſi ſint artifices.*

13. *Certo modo hoc reſtringitur.*

14. *Referantur functiones, à quibus Miniſtri Eccleſiæ arceantur.*

15. *Perpetua unio quænam ſit. Hæc rariſſime locum habet.*

16. *Cauſæ unionis referuntur.*

17. *Ex neceſſitate quatenus unio fiat?*

18. *Propter utilitatem quando Unio inſtituatur?*

19. *Ex pietate quando fiat?*

20. *Sine juſta cauſa unio fieri non debet.*

21. & 22. *Ad Unionem Templorum certa requiruntur ſolennitates.*

23. (1) *Conſenſus Epiſcopi requiritur.*

24. (2) *Debet intervenire conſenſus eorum, quorum intereſt.*

25. & (3) *Patroni.*

26. *Aliorum conſenſus non expectandus.*

27. *Penes nos Unio Templorum dependet à Statibus jura Epiſcopalia exercentibus.*

28. *In Electoratu Saxon. pertinet Unio ad Conſiſtorium Supremum.*

29. *Effectus Unionis.*

30. *Eccleſia unita ſequitur naturam Matris.*

31. *Plures effectus relative proponuntur.*

32. *Templa Unita quandoque ſeparantur.*

33. *Ad ſeparationem requiritur juſta cauſa.*

34. *Cognitio de cauſis ſeparationum ad Epiſcopum vel Conſiſtorium ſpectat.*

35. *Separationis materia præjudicio illuſtratur.*

36. *Secunda diviſio Templorum proponitur, ubi aliud eſt.*

37. *Metropolitanum Templum.*

38. *Aliud Cathedrale. Vocatur quoq; Epiſcopale.*

39. *Aliud collegiatum.*

40. *Aliud Parochiale. Hoc alias Plebenatum vocatur, Germ.* Pfarr-Kirche.

41. *Parochia quid ſit? Ab ipſa deſcendunt jura Parochialia.*

42. *Vox Parochus explicatur.*

43. *Clerici Templi Parochialis non habent dignitatẽ ſed perſonatũ.*

44. *Dignitas & Perſonatus quid ſint & quomodo differant?*

45. *Borell. ad Parochiale Templum quatuor requirit.*

46. & 47. *Parochiale Templum ſuo modo filia vocari poteſt.*

48. *Pa-*

48. Parochiale templum ſubdividitur. Baptiſmale Templum quid ſit?
49. Parochiale templum in ſpecie ſic dictum quid ſit.
50. Apud nos Parochiale Templum etiam eſt Baptiſmale.
51. Parochiale Templum aliud (1) dicitur eſſe cum dignitate, aliud ſine dignitate.
52. Parochiale Templum (2) aliud dicitur liberum, aliud Patronatum.
53. Eccleſia titulata Oratoriis opponitur.
54. Tituli in Jure Canonico quid ſint?
55. Nemo ſine titulo de Jure Can. ordinandus.
56. Tituli non poſſunt alienari.
57. Eccleſia quædam dicitur conjugata, quædam vidua.
58. Per Eccleſiam hoc modo intelligitur cœtus fidelium.
59. A Cathedrali templo Germanice denominantur Canonici Dom Herren.
60. Ad quid reſpexerint Fundatores Collegiorum Canonicorum.
61. Canonicorum & Monachorum ordo diverſus fuit.
62. Canonici liberius vixerunt.
63. Ad inſtar Monachorum certæ quoque regulæ adſtringuntur.
64. Hinc Canonici dicti, & vita illorum Canonica.
65. Origo Canonicorum expenditur.
66. Officium Canonicorum relative ad tempora priora proponitur.
67. Canonicorum Collegia ſubſequentibus temporibus aucta ſunt.
68. In illis artes liberales cum explicatione Scripturæ ſacræ edictæ ſunt.
69. Canonicatus juxta tempora priora quid fuerit?
70. Superioribus temporibus docendi provincia extraneis concredita fuit.
71. Canonici quoque liberiorem vivere cœperunt vitam.
72. Canonici alii dicti ſunt Regulares, alii ſeculares.
73. Seculares non niſi nominetenus ſunt Canonici.
74. Bona Canonicorum olim fuerunt communia, poſtmodum ſingulis præbendæ aſſignatæ ſunt.
75. Canonica moderna deſcribitur.
76. Omnibus indiſtincte non conceditur, ſed ut plurimum Nobilibus.
77. Olim hoc non obtinuit.
78. Certo tamen modo tolerari poteſt.
79. Perſonæ Canonicorum relative proponuntur.
80. Canonici Epiſcopo quoad juriſdictionalia ſubjecti ſunt, niſi ſint Collegia Canonicorum liberæ.
81. An Canonicorum Status in noſtris Eccleſiis tolerandus ſit? Rationes pro negativa proponuntur.

82. Aſ-

Digitized by Google

82. *Affirmativa defenditur ſententia.*
83. *Judicium Dn. Conringii de Canonicis.*
84. *A Facultate Theol. Jenenſ. penes Dedek. multæ pro Collegiis Canonicorum proferuntur rationes.*
85. *Hæ rationes non excludunt ſecularisationem ex juſta cauſa factã.*
86. *Reliqua ad Canonicos ſpectantia relative proponuntur.*

PRopoſita *Definitione* templorum tam nominali, quam reali, 1.
jam in hoc capite *diviſiones ac differentiæ* evolvendæ ſunt, inter quas prima eſt, quod templum aliud *mater*, aliud verò *filia* dicatur, juxta *c. ad audientiam 3. X. de Eccleſ. ædificand.* Germ. ein Haupt und filial-Kirche. Unitis namque duabus Eccleſiis illa à Dd. æſtimari ſolet primaria ſive mater, quæ dignior eſt, altera verò erit filia. De hac dignitate verò inter alia conſtare 2.
poteſt vel ex fama communi, vel ex literis, vel ex ſeniorum teſtimoniis; Quod ſi verò hoc modo de qualitate illa non conſtet, 3.
tum primaria & mater cenſebitur, vel in qua Parochi eſt habitatio commodior, vel ad quam paſtor vocatus eſt, vel etiam in qua facta eſt prior inveſtitura. Finckelthuſ. *de jure Patron. c. 5. n. 62. ibique alleg.* Anton. Fab. *de relig. reg. lib. 2. cap. 17. num. 25.* *Primarium* itaque, circa quod Parochi eſt habitatio, quodque di- 4.
gnius judicatur, vulgo dicitur *Mater. d. c. ad audientiam 3. X. de Eccleſ. ædif.* quia alias Eccleſias minores ſeu capellas ſub ſe habet earumque quaſi mater eſt. *c. 1. ne clerici vel monachi in 6. alterum* dicitur *Filia,* 5.
quæ non habet ſub ſe alias Eccleſias, ſed matri ſubeſt, ejusdem regitur diſciplina, & hujus Parochiani dicuntur *Filialiſtæ.* Ant. Fab. *de relig. regend. dict. 2. lib. 3. c. 17. n. 25.* Et hoc diſcrimen ex unione ſi- 6.
ve incorporatione Eccleſiarum oritur, quæ ſecundum Jus Canonicum, nihil aliud eſt, *quam duarum pluriumve Eccleſiarum, divini cultus cauſa facta quædam à Superiore* Connexio. *§. 1. Inſt. Jur. Canon. lib. 2. tit. de un. Eccleſiar. 19.* Finckelthuſ. quidem *de jure Patron. c. 5. n. 57.* Unionem Eccleſiarum hanc eſſe dicit, quando duorum vel plurium 7.
cœtuum ad unam ædem ſacram divini cultus cauſa à Superiori fit connexio. Verum hoc modo non tam duo templa uniuntur, ſed ſi unum periit, vel etiam plane tollitur, Parochia alterius ſolummodo extenditur & augetur. Unio autem facit, ut unita Eccleſia

quidem maneat, mutet tamen naturam priſtinam & ſequatur illi-
8. us, cui eſt unita, ſi modo unio ita expreſſe facta ſit. Duæ namque unionis dantur ſpecies. *Prima* eſt, quando duæ Eccleſiæ ita conjunguntur, ut altera alteri ſubjiciatur, ac omnia ſua jura amittat, tunc namque filia tum quoad privilegia & commoda, tum etiam quoad onera & gravamina matris ſequitur conditionem, ejusque diſciplina regitur. Wehner. *in Obſerv. Pract. ad voc. filial.*
9. *Secunda* eſt, quando Eccleſiæ ſic uniuntur, ut utraque permaneat in ſuo ſtatu & quælibet ſuam dignitatem ſuaque jura & privilegia retineat, quam diſtinctionem pluribus poſt alios comprobat Gail.
10. *lib. 2. obſerv. 61. n. 10. 11. & 12.* Hæque duæ ſpecies unionis etiam in Eccleſiis Cathedralibus occurrunt. Sic à poſteriori ſpecie non longe diverſa videtur unio Eccleſiæ ſive Capituli Cizenſis cum Naumburgenſi, itemque Wurzenſis cum Miſnenſi, ut teſtatur Dn. Gebhard. aliàs Weſner. *in inſtit. de poteſt. Eccleſ. ſub reſol. §. 23.* Cum verò dubitatur: an una Eccleſia principaliter unita ſit alteri, an verò acceſſorie, recurritur ad conjecturas. Ancharan. *in Conſil.* quem ſequitur Menoch. *lib. 6. præſumpt. 80.* ex præeminentia, ex dotatione, ex reſidentia in altera & ex fama id conjici poſſe cenſet. Quare Menoch. *d. lib. 6. præſumpt. 72.* tredecim recenſet caſus quibus templum unum alteri ſubjectum arguitur, qui ibidem videri
11. poſſunt; Porrò *unio* alia *temporalis*, alia verò *perpetua* eſt. *Temporalis* dicitur quæ ad certum tempus v. g. ad alicujus vitam inſtituitur, ut tamdiu duret, quamdiu vel vivit is, qui univit, vel quamdiu is, cui eſt conceſſa: Sed cum unio in gratiam & favorem perſonarum facta, quandam negotiationis ſpeciem vel lucrum turpe con-
12. tinere videatur, Ideoque ad hoc vitium excludendum in hac quoque unione præcipue requiritur, ut tum parochianis, tum etiam miniſtris Eccleſiæ proſit, qui ſibi, uti Canoniſtæ volunt, victum non aliunde, quam ex reditibus Eccleſiæ aut ex oblationibus Laicorum, quibus ſerviunt, quærere debent, etiamſi inſignes alioquin artifices ſint, ut exinde commode alimenta percipere queant,
13. vid. Covarruv. *lib. 1. Reſol. 17. n. 3.* Illos tamen, qui in levamentum Eccleſiæ propria quoque induſtria, exemplo Apoſtoli *Act. 20. verſ. 33. & ſeq.* ſibi victum comparant, reprehendendos eſſe, neutiquam videmus, modo talis induſtria clericorum officio non contrarietur,

quod

quod fit, ſi rebus politicis ac forenſibus, aliisque negotiationibus ſe immiſcere velint. Hinc miniſtri Eccleſiæ ab officio Magiſtra- 14.
tus, à functione procuratoria, ab elaboratione ac ſubſcriptione literarum ſupplicum & ab exercitio tabernæ vinariæ vel cereviſiariæ meritò repelluntur, per tradita Carpzov. *lib. 1. Jurispr. Conſiſtor. def. 63. 64. & 65.* *Perpetua* verò *unio* illa vocatur, quæ ſine præfinitio- 15.
ne temporis fit & rariſſime locum habet, tutius namque eſt, ad tempus unionem facere, ut Eccleſiæ unitæ facilior detur regreſſus ad ſeparationem aut ſaltem perpetuitatem ita reſtringere, ut deſinat, ſicubi ceſſaverint cauſæ unionis. Dn. Zigler. *ad Inſt. Jur. Can. lib. 2. tit. 19. §. 1. in Not.* Cauſæ unionis ſunt aut (1) urgens *neceſſitas*, 16.
aut (2) evidens *utilitas*, aut (3) *pietas. c. expoſuiſti 33. §. ſi evidens X. de prebend.* *Neceſſitate* urgente duæ pluresve uniuntur, ſi v. g. adeo 17.
pauperes ſint, ut paſtor alimenta ſufficientia non habeat ex una Eccleſia, forſitan propter numeri populi imminutum, vel ſi ob fructuum tenuitatem aut ſoli ſterilitatem ad erogationem ſumtuum non ſufficiant *c. eam te. 4. X. de ætate & qualitate præfic.* quorſum etiam referri poterit, ſi propter hoſtilitatem frequentiſſime hodie contingentem una Eccleſia deſolata ſit, *§. velut ergo 2. lib. 2. Inſt. Jur. Canon. tit. 19.* Dn. Carpz. *lib. 1. Jur. Conſiſt. def. 156.* quo caſu tamen filia plane ceſſat. *Commoditate* ſvadente unio fit, ſi defuncto paſto- 18.
re facile abſque ſalutis æternæ detrimento coire poſſint parochiani. *c. & temporis 48. c. 16. q. 1.* Ex *pietate* denique fit, ſi conſervatio re- 19.
ligionis & ſacrorum illam ſvadeat. Köppen. *dec. 1. q. 5.* Plura de cauſis hiſce unionum proponit Petrus Gregor. *de Benef. Eccleſ. c. 20. n. 14.* ubi *n. 12.* gravem movet querelam de unionibus in Papatu vitioſe quæri ſolitis; *Sunt*, namque inquit, *Epiſcopi, qui interdum ob lucrum vel ambitionem vel invidiam Eccleſiarum uniones permittunt, Et ſunt quædam Collegia, quæ ita opipare vivere decreverunt, ut victum clericalem ſibi ſufficere non arbitrentur, niſi vocentur Rabini, & ea ratione vel per obreptionem vel ſubreptionem uniri ſibi procurant beneficia, parum poſtea de cultu illarum Eccleſiarum ſolliciti. Non enim cultum, ſed culinam augere ſatagunt.* Nunquam itaque ſine juſta & legitima cauſa ad unio- 20.
nem procedendum eſt, non ſolum, quia unio id operatur, ut Eccleſia unita, per ſuperius dicta, mutet priſtinam naturam, ſed etiam propter diminutionem ac detrimentum, quod inde Ec-

 cle-

Digitized by Google

cleſiæ unitæ accedit. Mager. à Schönb. *de advoc. armat. c.16. n.148.*
21. Neque etiam ſola ſufficit cauſa, ſed & ipſa unio accedentibus ſolennibus fieri debet, quæ in eo conſiſtunt, ut (1) *Conſenſus Epiſcopi* (2) *Conſenſus Patronorum*, (3) eorum, *quorum intereſt*, interveniat, Card. Tuſch. *pract. Conſ. lit. II. concl. 231.* Garcias *de benef. part. 12. c.*
22. *2. n. 202.* & ſeq. Quapropter licet defuncto paſtore neceſſitas pariter ac utilitas ſvadeat, paſtoratum & Eccleſiam alteri incorporari. *c. quia monaſterium. 2. X. de religioſ. dom. c. ſicut unire 8. X. de Exceſſ. præ-*
23. *lator.* Tamen num ad unionem ſufficiens ſit (1) arbitrium & cognitio Epiſcopi requiritur, præſuppoſito conſenſu capituli. *lib. 2. Inſt. Jur. Can. Tit. 19. §. nec ſolum.* Quod ſi verò Capitulum unioni ex juſta cauſa faciendæ conſentire nolit, nec juſtam contradicendi rationem habeat, compelli poterit. Petr. Gregor. *de benef.* c. 20.
24. Dn. Carpzov. *cit. lib. 1. Juriſpr. Conſiſt. def. 156.* Quamvis quoque cauſa pro juſta & ſufficienti habeatur, in facienda tamen unione caute procedendum, ne ſcil. (2) abſque conſenſu eorum fiat, quorum intereſt. Anton. Fab. *ad. Cod. lib. 6. tit. 1. def. 8. n. 2.* Unde fluit (3) quod abſque conſenſu *Patronorum* nulla Eccleſiæ unio ſuſci-
25. pienda ſit, ut monet Garc. *de benefic. part. 12. c. 2.* quia Patronis incumbit defenſio Eccleſiarum, eorumve circa adminiſtrationem
26. inſpectio. *c. filiis 31. c. 16. q. 7.* Extra enumeratas perſonas aliorum conſenſus non flagitatur, quamvis itaque Canoniſtæ Pontificiæ quamcunque unionem adſcribant poteſtati, ei tamen in Gallia nulla hac in re hactenus tributa eſt prærogativa, adeo ut annullata quoque fuerit unio à Pontifice facta, quæ jam per trecentos annos
27. ſubſtiterat, referente Paponio *lib. 10. tit. 2. arreſt. 8.* Penes Status Imperii Evangelicos, Principibus aliisve, qui locum Epiſcoporum tenent, inque provinciis ſuis jura Epiſcopalia exercent, unionis facultas reſervata eſt. Quapropter illam in *Conſiſtoriis* atque *Judiciis Eccleſiaſticis*, in quibus alias jura Epiſcopalia, pro decenti in Eccleſia ordine ſervando, tractantur, peragunt. Reinking. *de*
28. *R. S. & Eccleſ. lib. 7. claſſ. 1. c. 10. n. 7.* In provinciis Electoralibus Saxonicis hoc ſpecialiter diſpoſitum, ut in ſolo Senatu Principis Eccleſiaſtico vel Conſiſtorio Supremo, neutiquam verò in Conſiſtoriis inferioribus uniones fiant, teſte Carpzov. *lib. 1. Juriſpr. Conſiſt.*
29. *def. 155. n. 10.* *Effectus* hujus unionis ita factæ, ut altera Eccleſia-

al-

alteri ſubjiciatur, in eo conſiſtit, quod Eccleſiæ majori, primariæ,
digniori, & in qua parochi habitatio eſt commodior, vel ad quam
vocatus, vel in ea inveſtitus eſt, tanquam matri, *ratione doctrinæ*,
à minori & filia reverentia præſtetur hujusque diſciplina regatur,
filia verò omnium privilegiorum onerumve matricis fiat particeps.
Nam Eccleſia unita mutat priſtinam naturum & ſequitur naturam 30.
Eccleſiæ, cui facta eſt unio, ex quo porro omnia communicantur
onera & incommoda, perinde ut & commoda. Carpzov. *Juriſpr.*
Conſiſt. lib. 1. def. 155. & 186. & lib. 2. def. 343. Aliàs pro varietate U- 31.
nionum etiam diverſum conſtituit effectum, qua de re videri pot-
eſt Dn. Zigler. *ad Inſt. Jur. Canon. cit. tit. §. ſecuta verò & lib. 1. Inſt. jur.*
Can. tit. 5. §. 5. ubi monet, quod unio non tam καθ' ὑπεροχὴν,
ut inter dominam & ſubjectam, caput & membra, ſed κατ' ἰσότητα,
ut inter pares fiat. Quia nulla Eccleſia mater *ratione poteſtatis* dici
poteſt, quare Eccleſiam Romanam neutiquam, prout quidem à
Canoniſtis fit, pro matre omnium Eccleſiarum agnoſcit, ſive ma-
ternitatis ratione doctrinæ ex ea propagatæ, ſive ratione poteſtatis
accipiatur. *Priori* ſiquidem *modo* ſoli Eccleſiæ Hieroſolymitanæ
hoc encomium deberi aſſerit, quæ totius orbis Eccleſias ſeminavit.
Poſteriori verò *modo* matrem in Eccleſiis plane nullam admittit. Ma-
ternitas ſiquidem in plantandis Eccleſiis nil niſi miniſterium notat
& piam curam propagandi doctrinam, nullum autem dominium
conciliat. Denique etiam circa hanc unionis materiam obſervan- 32.
dum erit, quod Eccleſia unita & *filia à Matre ſeparationem* quando-
que impetrare poſſit. Sicut enim unius Eccleſiæ poteſt fieri divi-
ſio, urgente juſta cauſa, daß aus einer Pfarr zwo gemachet werden.
Reinking. *de R. Sec. & Eccleſ. lib. 3. claſſ. 1. c. 9. n. 42.* Ita quoque ex ju- 33.
ſta & neceſſaria cauſa unionis diſſolutio inſtitui poteſt, ſi ſcil. (1) ni-
mia ſit Eccleſiæ filiæ ab Eccleſia matre diſtantia, adeo, ut tempore
hyemali præſertim propter inundationem aquarum Parochiani ſi-
ne magna difficultate Eccleſiam matrem adire & congruo tempore
Eccleſiaſticis officiis intereſſe nequeant. *c. ad audientiam 3. X. de Ec-*
cleſ. ædific. (2) ſi forte multitudo fidelium excreſcat. De aliis (3) 34.
cauſis, quarum variæ contingere poſſunt, Epiſcopo vel Conſiſtorio
cognitio relinquitur; Ita tamen, ut non aliter fiat ſeparatio, quam
ſi vel periculum animarum, vel etiam ipſarum Eccleſiarum utili-

Digitized by Google

priori cœtum quoque ad politicum uſum à Superiore convocatum denotat. Finckelthuſ. *de Jur. Patron. c. 2. n. 21.* iterum Eccleſia multifariam ſumitur (1) *pro inviſibili Electorum Cœtu.* Nam quod ſanctorum cœtus ex recta fide ac optima vivendi ratione collectus Eccleſia ſit, inter eos conſtat, qui ſapientiam deguſtarunt; ait Iſidorus Peluſiota *lib. 1. Epiſt. 247.* à Meiſner. *part. 2. Philoſoph. Sobr. quæſt.*
29. *13.* citatus. (2) Eccleſia quoque pro *conſortio vocatorum viſibili*; h. e. eorum, qui verbum DEI audiunt & ſacramentis à Chriſto Salvatore inſtitutis utuntur, eoque vel *univerſo*, quodcunque eſt per totum terrarum orbem, vel *particulari*, certi alicujus loci, accipitur, veluti Eccleſia Auguſtana &c. Duaren. *lib. 1. de Benefic. Eccleſ. cap. 1.*
30. *circa fin.* (3) pro *ædibus ſacris* per ſuperius monita. Confirmat hanc ſignificationem cum Lambertin. per varios textus Juris Civilis & Canonici Finckelthuſ. *d. l. n. 31.* Hac ratione tamen templa potius *ἐκκλησιαστήρια* i. e. loca Eccleſiæ colligendæ deſtinata, quam Eccleſias vocari, cenſuit allegatus ſcriptor antiq. Iſidor. Peluſiota, diſcipulus Chryſoſtomi, *l. 2. Epiſt. 247.* allegatus à Meiſner. *cit. loc.* dum ait: *Certo cognoſcendum, aliud ἐκκλησίαν, Eccleſiam, aliud ἐκκλησιαστήριον, templum locum Eccleſiæ eſſe. Nam illa ex immaculatis a-*
31. *nimis conſtat, hoc lapidibus & lignis exædificatur.* (4) quodque Eccleſia non raro *pro collegio Clericorum* divinis miniſteriis mancipatorum, ut paſſim in *tit. C. de SS. Eccleſ.* item pro beneficio Eccleſiaſtico, præcipue curato & prælatura, ut *in c. 3. ne prælati vices ſuas & in c. cum non ignores. 15. X. de præbend.* quin etiam *pro Synedrio & judicio Eccleſiaſtico* accipitur juxta text. *Matth. 18. v. 17.* ubi hæc habentur verba: *Quod ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ*, B. Lutherus reddidit: So ſage es der Gemeinde. Chryſoſtomus ita interpretatur: *Dic Eccleſiæ, i. e. præſulibus & præſidentibus.* Add. Matth. Stephan. *vol. 2.*
32. *Diſc. Academ. de Jur. publ. tam Eccleſ. quam ſecul. diſc. 9.* Et quamvis Pontificii per illum locum intelligant Sacerdotes & Epiſcopos, imò per excellentiam ſolum Papam, quos omnes nomine Eccleſiæ repræſentativæ denotant, *per c. ſed illud 17. diſt. 45.* & Gloſſ. *in verb. ſi Epiſcop. quis forte q. 3. c. 4. cauſ. 11.* Hunc tamen ſenſum ipſe Bellarminus, Pontificius ſcriptor, aperte repudiat *lib. 3. de Eccleſ. cap. 17.*
33. Illuſtrationis gratia evolvendus erit, nuperrime ſub jure Eccleſiaſtico à Domino Fritſch. exhibitus tractatus, Dn. Chriſtian. Weber.

de

de jur. Conſiſtor. c. 19. per tot. ubi hunc Matthæi locum cum controverſia, quam *Eraſtus & Sarravia* moverunt, latiſſime explicat, quorſum cupidum Lectorem, quia noſtræ profeſſionis limites tranſcendit, brevitatis gratia remittimus. Quoties verò in hoc noſtro di- 34.
ſcurſu vocabulum Eccleſiæ occurrit, nihil aliud, quam *ipſum templum* ſive locum congregationis fidelium ac ædes ſacras denotat; Sæpius namque templum & Eccleſia promiſcue poſita ſunt, quamvis & pro re natâ ſignificationem hanc, qua cœtum Chriſtianæ religionis cauſa convenientium vel congregationem fidelium Eccleſia deſignat, non excludamus, quod ex perlectione cuilibet patebit. Plura de vocabulo Eccleſiæ vid. apud Selden. *de Synedr. l. 1. c. 9.* Nicol. Fuller. *lib. 2. Miſcell. c. 9.* David. Blondell. *in apolog. de Epiſcop. & Presbyt. p. 218.* Franciſc. à Victoria *Relect. 1. ſect. 1. n. 1. & ſeq.* Hoc unicum verò antequam ad definitionem progreſſus fiat, adhuc mo- 35.
nendum erit, quod priſci Chriſtiani ædes ſuas ſacras *rarius templa* appellarint, ſed *Baſilicas* potius. Cum voce Templi apud Ethnicos fana Deorum fictitiorum, ipſorumque oracula denotata fuerint. Lactantius quidem in carmine de paſſione dominica ea voce uſus 36.
eſt, dum inquit:

Quisquis ades, mediiq; ſubis in limina templi,
Siſte parum, &c.

Sed communiter iſta appellatio piis tum viventibus erat exoſa, nec ferè, niſi pro Idolorum delubro uſurpabatur. Quam in rem facit locus pulcher apud Zenonem Epiſcopum & Martyrem, *qui A. C. CC. LX. Cathedram Veronenſem tenuit, Serm. de continentia* & Hieronym. adverſus *Vigilantium*, quem ob ſpretas vigilias *Dormitantium* vocat. Ut ita tunc temporis Baſilicæ eſſent Chriſtianorum & Paganorum templa; Sed demtis paganorum templis nomen reſiduum 37.
ad Chriſtianorum baſilicas tranſiit, & præter propter ſub initio *ſeculi V.* invaluit, ut teſtatur Joſua Arnd. *in Lex. Antiq. Eccleſiaſt. ſub. voc. templum pag. m. 1087.* eoque quatenus jam ædes ſacras Chriſtianorum denotat, hac vice utimur. Hiſce præſuppoſitis cum B. Car- 38.
pzovio *lib. 2. juriſpr. Conſiſt. def. 334.* templum deſcribimus, quod ſit *Domus Domini cultui divino deſtinata*, vel etiam, quod ſit *Domus publica Epiſcopi autoritate conſtituta, ut in illa Chriſtiani ad verbum divinum audiendum & ſacramenta percipienda conveniant.* Deſcriptionem cenſi-

milem proponit Alciat. *ad rubr. C. de SS. Eccleſ. n. 1.* ſcil. quod templum ſit domus divina, ad Sacramenta adminiſtranda, preces faciendas, & divina officia celebranda DEO dicata. Ex quibus deſcriptionibus patet, quod *tria* ſequentia ad Templorum conſtitu-
39. tionem ſint neceſſaria: (1) ut *autoritate atq; conſenſu Epiſcopi exſtruantur*, vel ſecundum hodiernos mores illius, cui Superioritas territorialis, & vigore hujus jus Epiſcopale per inferius dicenda competit. *c. Nemo 9. de Conſecrat. diſt. 1. Nov. 67. c. 1. & 2.* Dn. Struv. *Exerc. 3. th. 70.* Carpzov. *Jurispr. Conſiſtor. lib. 2. Defin. 334. n. 9.* Hinc fluit ſine autoritate atque conſenſu Epiſcopi fundata & conſtructa templa libertate & immunitate Eccleſiaſtica non gaudere, ſed ad placitum ejus revocari & demoliri poſſe. *cap. cum olim 14. §. inſuper X. de*
40. *privil. c. placuit. 1. cauſ. 1. q. 2.* (2) ut ædificentur *ad cultum divinum* & in honorem DEI, nequaquam vero in honorem Sanctorum, uti quidem fieri ſolet apud Pontificios, quod merito taxandum venit, quicunq; etiam hujus rei allegentur à Speidel *ſub vocab.* Kirchweihe
41. prætextus. Et tandem (3) ut DEO certis ſolennitatibus dedicentur. *Nov. 9. Nov. 54. c. 2.* De qua dedicatione, conſecratione ejusque renovatione fuſius in ſubſequentibus dicendum erit.

CAPUT II.

De Diviſionibus Templorum.

Summaria.

1. *Prima diviſio eſt, quod Templum aliud mater, aliud filia dicatur.*
2 & 3. *Unde æſtimetur Mater.*
4. *Mater quodnam Templum dicatur?*
5. *Filia quodnam dicatur?*
6. *Differentia illa ex unione oritur. Unio Eccleſiarum quid ſit?*
7. *Unionis deſcriptio à Finckelthuſio tradita evolvitur.*
8. *Unionis duæ dantur ſpecies. Prima fit, quando una Eccleſia alteri ſubjicitur.*
9. *Secunda eſt, quando utraque Eccleſia in ſuo permanet ſtatu.*
10. *Hæ ſpecies unionum in Eccleſiis quo-*

quoq; Cathedralibus occurrunt. In dubio, quæ ſit facta Unio, ex conjecturis colligi debet.

11. *Unio alia eſt temporalis alia perpetua. Temporalis quænam dicatur?*

12. *Refertur, quid ad unionem temporalem requiratur. Miniſtri Eccleſiæ ex Canoniſtarum Monte non aliunde, quam ex reditibus Eccleſiæ vivere debent, etiamſi ſint artifices.*

13. *Certo modo hoc reſtringitur.*

14. *Referantur functiones, à quibus Miniſtri Eccleſiæ arcentur.*

15. *Perpetua unio quænam ſit. Hæc rariſſime locum habet.*

16. *Cauſæ unionis referuntur.*

17. *Ex neceſſitate quatenus unio fiat?*

18. *Propter utilitatem quando Unio inſtituatur?*

19. *Ex pietate quando fiat?*

20. *Sine juſta cauſâ unio fieri non debet.*

21. & 22. *Ad Unionem Templorum certa requiruntur ſolennitates.*

23. (1) *Conſenſus Epiſcopi requiritur.*

24. (2) *Debet intervenire conſenſus eorum, quorum intereſt.*

25. & (3) *Patroni.*

26. *Aliorum conſenſus non expectandus.*

27. *Penes nos Unio Templorum dependet à Statibus jura Epiſcopalia exercentibus.*

28. *In Electoratu Saxon. pertinet Unio ad Conſiſtorium Supremum.*

29. *Effectus Unionis.*

30. *Eccleſia unita ſequitur naturam Matris.*

31. *Plures effectus relative proponuntur.*

32. *Templa Unita quandoque ſeparantur.*

33. *Ad ſeparationem requiritur juſta cauſa.*

34. *Cognitio de cauſis ſeparationum ad Epiſcopum vel Conſiſtorium ſpectat.*

35. *Separationis materia præjudicio illuſtratur.*

36. *Secunda diviſio Templorum proponitur, ubi aliud eſt.*

37. *Metropolitanum Templum.*

38. *Aliud Cathedrale. Vocatur quoq; Epiſcopale.*

39. *Aliud collegiatum.*

40. *Aliud Parochiale. Hoc aliàs Plebenatum vocatur, Germ.* Pfarr-Kirche.

41. *Parochia quid ſit? Ab ipſa deſcendunt jura Parochialia.*

42. *Vox Parochus explicatur.*

43. *Clerici Templi Parochialis non habent dignitatẽ ſed perſonatũ.*

44. *Dignitas & Perſonatus quid ſint & quomodo differant?*

45. *Borell. ad Parochiale Templum quatuor requirit.*

46. & 47. *Parochiale Templum ſuo modo filia vocari poteſt.*

48. *Pa-*

48. Parochiale templum ſubdividitur. Baptiſmale Templum quid ſit?
49. Parochiale templum in ſpecie ſic dictum quid ſit.
50. Apud nos Parochiale Templum etiam eſt Baptiſmale.
51. Parochiale Templum aliud (1) dicitur eſſe cum dignitate, aliud ſine dignitate.
52. Parochiale Templum (2) aliud dicitur liberum, aliud Patronatum.
53. Eccleſia titulata Oratoriis opponitur.
54. Tituli in Jure Canonico quid ſint?
55. Nemo ſine titulo de Jure Can. ordinandus.
56. Tituli non poſſunt alienari.
57. Eccleſia quædam dicitur conjugata, quædam vidua.
58. Per Eccleſiam hoc modo intelligitur cœtus fidelium.
59. A Cathedrali templo Germanice denominantur Canonici Dom-Herren.
60. Ad quid reſpexerint Fundatores Collegiorum Canonicorum.
61. Canonicorum & Monachorum ordo diverſus fuit.
62. Canonici liberius vixerunt.
63. Ad inſtar Monachorum certa quoque regulæ adſtringuntur.
64. Hinc Canonici dicti, & vita illorum Canonica.
65. Origo Canonicorum expenditur.
66. Officium Canonicorum relative ad tempora priora proponitur.
67. Canonicorum Collegia ſubſequentibus temporibus aucta ſunt.
68. In illis artes liberales cum explicatione Scripturæ ſacræ edictæ ſunt.
69. Canonicatus juxta tempora priora quid fuerit?
70. Superioribus temporibus docendi provincia extraneis concredita fuit.
71. Canonici quoque liberiorem vivere cœperunt vitam.
72. Canonici alii dicti ſunt Regulares, alii ſeculares.
73. Seculares non niſi nominetenus ſunt Canonici.
74. Bona Canonicorum olim fuerunt communia, poſtmodum ſingulis præbendæ aſſignatæ ſunt.
75. Canonica moderna deſcribitur.
76. Omnibus indiſtincte non conceditur, ſed ut plurimum Nobilibus.
77. Olim hoc non obtinuit.
78. Certo tamen modo tolerari poteſt.
79. Perſonæ Canonicorum relative proponuntur.
80. Canonici Epiſcopo quoad juriſdictionalia ſubjecti ſunt, niſi ſint Collegia Canonicorum libera.
81. An Canonicorum Status in noſtris Eccleſiis tolerando ſit? Rationes pro negativa proponuntur.

82. Aſ-

Digitized by Google

82. Affirmativa defenditur ſententia.
83. Judicium Dn. Conringii de Canonicis.
84. A Facultate Theol. Jenenſ. penes Dedek. multa pro Collegiis Canonicorum proferuntur rationes.
85. Hæ rationes non excludunt ſecularisationem ex juſta cauſa factã.
86. Reliqua ad Canonicos ſpectantia relative proponuntur.

PRopoſita *Definitione* templorum tam nominali, quam reali, 1.
jam in hoc capite *diviſiones ac differentiæ* evolvendæ ſunt, inter quas prima eſt, quod templum aliud *mater*, aliud verò *filia* dicatur, juxta *c. ad audientiam 3. X. de Eccleſ. ædificand.* Germ. ein Haupt und filial-Kirche. Unitis namque duabus Eccleſiis illa à Dd. æſtimari ſolet primaria ſive mater, quæ dignior eſt, altera verò erit filia. De hac dignitate verò inter alia conſtare 2.
poteſt vel ex fama communi, vel ex literis, vel ex ſeniorum teſtimoniis; Quod ſi verò hoc modo de qualitate illa non conſtet, 3.
tum primaria & mater cenſebitur, vel in qua Parochi eſt habitatio commodior, vel ad quam paſtor vocatus eſt, vel etiam in qua facta eſt prior inveſtitura. Finckelthuſ. *de jure Patron. c. 5. n. 62. ibique alleg.* Anton. Fab. *de relig. reg. lib. 2. cap. 17. num. 25.* *Primarium* itaque, circa quod Parochi eſt habitatio, quodque di- 4.
gnius judicatur, vulgo dicitur *Mater. d. c. ad audientiam 3. X. de Eccleſ. ædif.* quia alias Eccleſias minores ſeu capellas ſub ſe habet earumque quaſi mater eſt. *c. 1. ne clerici vel monachi in 6. alterum* dicitur *Filia,* 5.
quæ non habet ſub ſe alias Eccleſias, ſed matri ſubeſt, ejusdem regitur diſciplina, & hujus Parochiani dicuntur *Filialiſtæ.* Ant. Fab. *de relig. regend. dict. 2. lib. 3. c. 17. n. 25.* Et hoc diſcrimen ex unione ſi- 6.
ve incorporatione Eccleſiarum oritur, quæ ſecundum Jus Canonicum, nihil aliud eſt, *quam duarum pluriumve Eccleſiarum, divini cultus cauſa facta quadam à Superiore Connexio. §. 1. Inſt. Jur. Canon. lib. 2. tit. de un. Eccleſiar. 19.* Finckelthuſ. quidem *de jure Patron. c. 5. n. 57.* UnionemEccleſiarum hanc eſſe dicit, quando duorum vel plurium 7.
cœtuum ad unam ædem ſacram divini cultus cauſa à Superiori fit connexio. Verum hoc modo non tam duo templa uniuntur, ſed ſi unum periit, vel etiam plane tollitur, Parochia alterius ſolummodo extenditur & augetur. Unio autem facit, ut unita Eccleſia

quidem maneat, mutet tamen naturam priſtinam & ſequatur illi-
8. us, cui eſt unita, ſi modo unio ita expreſſe facta ſit. Duæ namque unionis dantur ſpecies. *Prima* eſt, quando duæ Eccleſiæ ita conjunguntur, ut altera alteri ſubjiciatur, ac omnia ſua jura amittat, tunc namque filia tum quoad privilegia & commoda, tum etiam quoad onera & gravamina matris ſequitur conditionem, ejusque diſciplina regitur. Wehner. *in Obſerv. Pract. ad voc. filial.*
9. *Secunda* eſt, quando Eccleſiæ ſic uniuntur, ut utraque permaneat in ſuo ſtatu & quælibet ſuam dignitatem ſuaque jura & privilegia retineat, quam diſtinctionem pluribus poſt alios comprobat Gail.
10. *lib. 2. obſerv. 61. n. 10. 11. & 12.* Hæque duæ ſpecies unionis etiam in Eccleſiis Cathedralibus occurrunt. Sic à poſteriori ſpecie non longe diverſa videtur unio Eccleſiæ ſive Capituli Cizenſis cum Naumburgenſi, itemque Wurzenſis cum Miſnenſi, ut teſtatur Dn. Gebhard. aliàs Weſner. *in tract. de poteſt. Eccleſ. ſub reſol.* §. 23. Cum verò dubitatur: an una Eccleſia principaliter unita ſit alteri, an verò acceſſorie, recurritur ad conjecturas. Ancharan. *in Conſil.* quem ſequitur Menoch. *lib. 6. præſumpt. 80.* ex præeminentia, ex dotatione, ex reſidentia in altera & ex fama id conjici poſſe cenſet. Quare Menoch. *d. lib. 6. præſumpt. 72.* tredecim recenſet caſus quibus templum unum alteri ſubjectum arguitur, qui ibidem videri
11. poſſunt; Porrò *unio* alia *temporalis*, alia verò *perpetua* eſt. *Temporalis* dicitur quæ ad certum tempus v. g. ad alicujus vitam inſtituitur, ut tamdiu duret, quamdiu vel vivit is, qui univit, vel quamdiu is, cui eſt conceſſa: Sed cum unio in gratiam & favorem perſonarum facta, quandam negotiationis ſpeciem vel lucrum turpe con-
12. tinere videatur, Ideoque ad hoc vitium excludendum in hac quoque unione præcipue requiritur, ut tum parochianis, tum etiam miniſtris Eccleſiæ proſit, qui ſibi, uti Canoniſtæ volunt, victum non aliunde, quam ex reditibus Eccleſiæ aut ex oblationibus Laicorum, quibus ſerviunt, quærere debent, etiamſi inſignes alioquin artifices ſint, ut exinde commode alimenta percipere queant,
13. vid. Covarruv. *lib. 1. Reſol. 17. n. 3.* Illos tamen, qui in levamentum Eccleſiæ propria quoque induſtria, exemplo Apoſtoli *Act. 20. verſ. 33. & ſeq.* ſibi victum comparant, reprehendendos eſſe, neutiquam videmus, modo talis induſtria clericorum officio non contrarietur,

quod

quod ſit, ſi rebus politicis ac forenſibus, aliisque negotiationibus ſe immiſcere velint. Hinc miniſtri Eccleſiæ ab officio Magiſtra- 14.
tus, à functione procuratoria, ab elaboratione ac ſubſcriptione literarum ſupplicum & ab exercitio tabernæ vinariæ vel cereviſiariæ meritò repelluntur, per tradita Carpzov. *lib. 1. Juriſpr. Conſiſtor. def. 63. 64. & 65.* *Perpetua* verò *unio* illa vocatur, quæ ſine præfinitio- 15.
ne temporis fit & rariſſime locum habet, tutius namque eſt, ad tempus unionem facere, ut Eccleſiæ unitæ facilior detur regreſſus ad ſeparationem aut ſaltem perpetuitatem ita reſtringere, ut deſinat, ſicubi ceſſaverint cauſæ unionis. Dn. Zigler. *ad Inſt. Jur. Can. lib. 2. tit. 19. §. 1. in Not.* Cauſæ unionis ſunt aut (1) urgens *neceſſitas*, 16.
aut (2) evidens *utilitas*, aut (3) *pietas. c. expoſuiſti 33. §. ſi evidens X. de prabend.* *Neceſſitate* urgente duæ pluresve uniuntur, ſi v. g. adeo 17.
pauperes ſint, ut paſtor alimenta ſufficientia non habeat ex una Eccleſia, forſitan propter numeri populi imminutum, vel ſi ob fructuum tenuitatem aut ſoli ſterilitatem ad erogationem ſumtuum non ſufficiant *c. eam te. 4. X. de ætate & qualitate præfic.* quorſum etiam referri poterit, ſi propter hoſtilitatem frequentiſſime hodie contingentem una Eccleſia deſolata ſit, *§. velut ergo 2. lib. 2. Inſt. Jur. Canon. tit. 19.* Dn. Carpz. *lib. 1. Jur. Conſiſt. def. 156.* quo caſu tamen filia plane ceſſat. *Commoditate* ſvadente unio fit, ſi defuncto paſto- 18.
re facile absque ſalutis æternæ detrimento coire poſſint parochiani. *c. & temporis 48. c. 16. q. 1.* Ex *pietate* denique fit, ſi conſervatio re- 19.
ligionis & ſacrorum illam ſvadeat. Köppen. *dec. 1. q. 5.* Plura de cauſis hiſce unionum proponit Petrus Gregor. *de Benef. Eccleſ. c. 20. n. 14.* ubi *n. 12.* gravem movet querelam de unionibus in Papatu vitioſe quæri ſolitis; *Sunt*, namque inquit, *Epiſcopi, qui interdum ob lucrum vel ambitionem vel invidiam Eccleſiarum uniones permittunt, Et ſunt quædam Collegia, quæ ita opipare vivere decreverunt, ut victum clericalem ſibi ſufficere non arbitrentur, niſi vocentur Rabini, & ea ratione vel per obreptionem vel ſubreptionem uniri ſibi procurant beneficia, parum poſtea de cultu illarum Eccleſiarum ſolliciti. Non enim cultum, ſed culinam augere ſatagunt.* Nunquam itaque ſine juſta & legitima cauſa ad unio- 20.
nem procedendum eſt, non ſolum, quia unio id operatur, ut Eccleſia unita, per ſuperius dicta, mutet priſtinam naturam, ſed etiam propter diminutionem ac detrimentum, quod inde Ec-

Digitized by Google

alteri ſubjiciatur, in eo conſiſtit, quod Eccleſiæ majori, primariæ,
digniori, & in qua parochi habitatio eſt commodior, vel ad quam
vocatus, vel in ea inveſtitus eſt, tanquam matri, *ratione doctrinæ*,
à minori & filia reverentia præſtetur hujusque diſciplina regatur,
filia verò omnium privilegiorum onerumve matricis fiat particeps.
Nam Eccleſia unita mutat priſtinam naturum & ſequitur naturam 30.
Eccleſiæ, cui facta eſt unio, ex quo porro omnia communicantur
onera & incommoda, perinde ut & commoda. Carpzov. *Juriſpr.
Conſiſt. lib. 1. def. 155. & 186. & lib. 2. def. 343.* Aliàs pro varietate U- 31.
nionum etiam diverſum conſtituit effectum, qua de re videri pot-
eſt Dn. Zigler. *ad Inſt. Jur. Canon. cit. tit. §. ſecuta verò & lib. 1. Inſt. jur.
Can. tit. 5. §. 5.* ubi monet, quod unio non tam καθ' ὑπεροχὴν,
ut inter dominam & ſubjectam, caput & membra, ſed κατ' ἰσότητα,
ut inter pares fiat. Quia nulla Eccleſia mater *ratione poteſtatis* dici
poteſt, quare Eccleſiam Romanam neutiquam, prout quidem à
Canoniſtis fit, pro matre omnium Eccleſiarum agnoſcit, ſive ma-
ternitatis ratione doctrinæ ex ea propagatæ, ſive ratione poteſtatis
accipiatur. *Priori* ſiquidem *modo* ſoli Eccleſiæ Hieroſolymitanæ
hoc encomium deberi aſſerit, quæ totius orbis Eccleſias ſeminavit.
Poſteriori verò *modo* matrem in Eccleſiis plane nullam admittit. Ma-
ternitas ſiquidem in plantandis Eccleſiis nil niſi miniſterium notat
& piam curam propagandi doctrinam, nullum autem dominium
conciliat. Denique etiam circa hanc unionis materiam obſervan- 32.
dum erit, quod Eccleſia unita & *filia à Matre ſeparationem* quando-
que impetrare poſſit. Sicut enim unius Eccleſiæ poteſt fieri divi-
ſio, urgente juſta cauſa, daß aus einer Pfarr zwo gemachet werden.
Reinking. *de R. Sec. & Eccleſ. lib. 3. claſſ. 1. c. 9. n. 42.* Ita quoque ex ju- 33.
ſta & neceſſaria cauſa unionis diſſolutio inſtitui poteſt, ſi ſcil. (1) ni-
mia ſit Eccleſiæ filiæ ab Eccleſia matre diſtantia, adeo, ut tempore
hyemali præſertim propter inundationem aquarum Parochiani ſi-
ne magna difficultate Eccleſiam matrem adire & congruo tempore
Eccleſiaſticis officiis intereſſe nequeant. *c. ad audientiam 3. X. de Ec-
cleſ. ædific.* (2) ſi forte multitudo fidelium excreſcat. De aliis (3) 34.
cauſis, quarum variæ contingere poſſunt, Epiſcopo vel Conſiſtorio
cognitio relinquitur; Ita tamen, ut non aliter fiat ſeparatio, quam
ſi vel periculum animarum, vel etiam ipſarum Eccleſiarum utili-

Digitized by Google

tas illam expoſcat. Beſold. *in Theſaur. Pract. ſub verb.* Pfarr. O-
35. ptime hanc ſeparationem illuſtrat Facult. Jurid. Lipſienſ. *reſponſ. de ann. 1638. M. Octobr. ad requiſ. S. R.* Vunau. Verwalt. zu *F. in verbis:*

P. P. Dieweil die Auswechſelung der Kirchen / in Geiſtlichen Rechten zuläßlich / zumahl wann erhebliche und bewegliche Urſachen vorhanden ſeyn / und in gegenwärtigen Fall / eurem Bericht nach / die Gemeinde zu S. nach L. in die Kirche an Statt der Gemeinde zu N. jeder Zeit bishero gangen / und daſelbſt des Gottesdienſts und anderer Nothwendigkeit gebrauchet / jetziger Pfarrer auch auf ſolche Gewohnheit vociret und beruffen worden / und ſelbſt ſechs Jahr lang albereit es alſo gehalten und annoch halten thut / Inſonderheit der Kirch-Weg von N. nacher L. drey viertel Meilwegs weit entlegen / ſelbiger Weg auch ſonderlich in böſen Wetter ſehr ungeſchlecht und ungwegſam / und denen Einwohnern zu N. faſt unmöglich / wann Sie die Frühe-Predigt zu L. beſuchen / und zur Mahlzeit wieder heimgehen wollen / daß Sie zu rechter Zeit wiederum zur Mittags-Predigt nach L. kommen können / Jngleichen die alten Leute / ſchwangern Weiber / und Kinder / bevoraus zur Winter-Zeit in Kälte / Schnee / Wind und Regen / auch in Sommer in der Hitze ohne Gefahr ihres Lebens / oder doch mit höchſter Beſchwerligkeit / ſo weit nicht zugehen / noch fort zukommen vermögen / Uber dies zubefahren / daß jetziger Zeit / bey dem Kriegs-Weſen / die Unſicherheit uf ſo weiten Weg noch mehr Hindernis geben könne / Indem / wann das meiſte Volck aus dem Dorffe in ſolcher Ferne zu L. in der Predigt wäre / gar leicht von einer Rotte Soldaten / das Dorff immittelſt geplündert / desgleichen / da etwan eine Feuers-Brunſt entſtünde / keine Rettung von den Abweſenden Bauern geſchehen könte / zugeſchweigen / daß krancke Perſohnen an Beichten und Berichten offtermals / wegen Abweſenheit des Pfarrers / und daß er ſo bald zu Hauſe nicht anzutreffen und zu erlangen / Jnmaſſen ſich unlängſt ein

ein Exempel an M. E. Weibe zugetragen haben ſoll/ verkürtzt werden möchte/ ſonſten des Pfarrers Einwürffen/ die Accidentia, und die eingeriſſenen Unordnungen betreffende/ durch das Geiſtliche Gericht mit geringer Mühe abgeholffen werden können/ So kan aus denen jetzt-erzehlten Urſachen die Auswechſelung der Kirchen füglich und wohl ſtatt finden. Dieweil ihr aber auch nicht in Abrede ſeyn könnet/ daß das Geiſtliche Conſiſtorium ſolche Auswechſelung niemahls ratificiret und beliebet/ und gleichwohl nicht allein des Collatorn und Patroni/ ſondern auch des Epiſcopi oder Conſiſtorii Conſens und Confirmation darzu hochnöthig/ So ſeind eure Principaln dieſe Permutation und Auswechſelung vor gehöriges Conſiſtorium zu bringen/ ſolche daſelbſt aus angeführten Urſachen confirmiren/ die eingeriſſene Mißbräuche abſchaffen/ wegen der Jährlichen Einkommen/ ſo jedem Pfarrern an ſeinen Orthe zuſtehen und gebühren/ in Richtigkeit bringen zulaſſen ſchuldig/ Immittelſt aber ſeind die Unterthanen an einen andern Orth/ wann gleich ſolches mit des Superintendenten und Collatorn Vorbewuſt und Einwilligung geſchehen ſolte/ Predigt zuhören/ zu Communiciren/ Tauffen zu laſſen und anders zur Nothdurfft ſich zu erholen/ weil es bey denenſelben allein nicht beſtehet/ keines Weges befugt. V. R. W.

Et hæc data occaſione de unione Templorum dicta ſint. (2) 36.
Templum aliud eſt Metropolitanum, aliud Cathedrale, aliud Collegiatum, aliud verò Parochiale. *Metropolitanum* Canoniſtæ vocant, quod totius provinciæ præcipuum & primarium eſt, ideoq; quod in Diœceſi Cathedrale, illud in provincia Metropolitanum dicitur. *Cathedrale* à Cathedra, in qua religio Chriſtiana primò 38. tradi cœpta eſt ab Epiſcopis, vulgò Haupt- oder Dom-Kirche/ vocatur quoque Epiſcopale, quod in eo ſedem habeat Epiſcopus. vid. Beſold. *in voc.* Dom-Kirche & Speidel. *in voc.* Kirche. Hinc Cathedralis Eccleſia dicitur, in qua Epiſcopus ipſe cum Collegio ſeu Capitulo reſidet, ad differentiam Eccleſiæ Collegiatæ & Parochialis. *Collegiatum* eſt, quod collegium habet, nullum tamen apud ſe Epi- 39.

piſcopum; ſed Epiſcopo Eccleſiæ Cathedralis ſubeſt, quiqpe qui plures collegiatas Eccleſias ſub ſe habere poteſt. *Parochiale* de-
40. mum conſtat ex conventu & congregatione civium cohabitantium. Et eſt ejusmodi Eccleſia, in qua populi pars certa verbo Dei & ſacramentis divinitus inſtitutis paſcitur & rurſum ecóntra DEO Creatori, Redemptorique ſuo ac Sanctificatori debitum cultum exhibet, unde & *plebenata* dicitur, qſ. plebis cauſa inſtituta, ut ibidem SS. ſerviat Trinitati. Vernacula noſtra vocatur eine Pfarr-Kirche / & is, qui huic Eccleſiæ ſubjectus eſt, nominatur ein Pfarr-
41. Kind. Menoch. *lib. 2. præſumt. 88.* Unde quoque dicitur Parochia, quæ nihil aliud eſt, quam certus diſtrictus, in quo degit populus templo huic Parochiali deputatus autoritate Epiſcopi, vel alterius cujusdam prælati aut longa etiam conſvetudine certis limitibus definitus. *c. 3. cum duob. ſeq. X. de Paroch.* German. Ein Pfarr oder Kirchen-Spiel. A Parochia deſcendunt Jura Parochialia, inter quæ jus funerandi, jus decimandi & percipiendi primitias, oblationes & ſimilia eminent, de quibus inferius dicendum erit.
42. Add. Beſold. *in Theſaur. Pract. ſub voc.* Pfarr-Kirchen / ubi denominationem Parochialis Eccleſiæ proponit, inſimulque addit, quod Parochus, ſecundum Ciceronem ad Atticum, dicatur *παρὰ τὸ παρέχειν*; quod præbere ſignificat, quia Parochorum officium apud Romanos flagitavit, Legatis, Magiſtratibus & aliis, qui publicæ utilitati gratia aliquando mittebantur, ligna, ſalem & ſimilia præbere ac ſuppeditare. In prioribus Templis Clerici omnes ſunt in
43. dignitate, habentque annexam Jurisdictionem; In hoc poſteriori verò & parochiali nullam dignitatem, ſed perſonatum tantum habent, h. e. curam animæ & beneficia curata ſine Jurisdictione. Dn. Zigler. *ad Inſtit. Jur. Canon. lib. 2. tit. de conſtruend. Eccleſ. 38. §. con-*
44. *ſtruuntur 3. in not.* Dignitas & Perſonatus, ut data occaſione adjiciatur, ita differunt, ut dignitas Canoniſtis dicatur adminiſtratio rerum Eccleſiaſticarum cum jurisdictione; Perſonatus verò ſit quædam prærogativa in Eccleſia ſine jurisdictione. Vocabulum hoc Perſonatus barbarum eſt & ex Gallico idiomate petitum fuiſſe videtur, quod Clerici honeſtiori nomine potius perſonæ vocentur, quam homines. Ab his ergo honoratioribus Clericorum perſonis dicti Perſonatus, qui ſunt functiones Eccleſiaſticæ dignitatibus in-

ſe-

Digitized by Google

feriores, v. g. Clericorum vulgarium. Aug. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib. 1. c. 21. n. 20.* Dn. Zigler. *ad Jus Canon. lib. 3. tit. 1. §. 14.* Cæterum ad Parochiale templum Camill. Borell. *deciſ. tit. 2. n. 17.* poſt alios ſequentia requiritur (1) ut in ea adſit ſacerdos habens poteſtatem ligandi, (2) ut habeat certos fines, (3) ut curam exerceat nomine ſuo, (4) ut ſolus & non cum aliis adminiſtret, quod ultimum tamen Diaconos non excludere videtur. Et hoc Parochiale templum cum Collegiato convenienter Filia vocari poteſt, ſi Cathedrali ſubſit, nam propria & genuina ſignificatione Cathedrale templum dicitur *Matrix c. Venerabili 22. de V. Signif.* Alexand. Monett *tract. de decimis c. 7. n. 1. & ſeq.* Aliud verò templum tum demum mater dicitur, ſi ſub ſe alias Eccleſias vel Capellas habeat, earundemque quaſi mater ſit, licet non ſit Cathedrale. *c. 1. ne Cleric. vel monachi in 6.* Ut proinde abſonum non videatur, quamvis Eccleſiam per ſuperius dicta appellare matricem, quæ alias ſub ſe habet Eccleſias, quarum reſpectu ipſa mater; illæ autem filiæ dicuntur; ſive Cathedralis, ſive Parochialis in ſpecie ita dicta fuerit. Franciſc. Svarez. *de virtut. & ſtat. relig. lib. 1. c. 74. n. 12.* (3) *Parochiale* templum iterum aliud eſt *in ſpecie ſic dictum*, aliud verò *Baptiſmale. Baptiſmale* eine Tauff-Kirche / in quo baptizantur parochiani. Olim enim Chriſtiani baptiſteria & quidem ampliſſima ad fontes, in quos per gradus deſcendere ibique immerſionem peragere debebant, ædificarunt, præter unum tamen in ſingulis urbibus non extruxerunt. Poſteà verò cœperunt baptiſteria inter Eccleſiam prope veſtibulum exſtrui, unde dici cœperunt Eccleſiæ Baptiſmales. Jure tamen Canon. plures baptiſmales in una terminatione eſſe non poſſunt, *can. plures baptiſmales 54. c. 16. q. 1.* ac licet in una Parochia plures ſint Eccleſiæ parochiales, præter unam tamen Baptiſmalem habere non licet. *d. c. plures 54.* Petr. Rebuff. *tract. de decim. q. 6. n. 8.* Parochiale verò templum in ſpecie dicitur, in quo Parochiani non baptizantur, ſed verbum divinum audiunt, preces ad DEUM fundunt & ſacramenta percipiunt. Quare non omne parochiale templum baptiſmale dici ſolet, ſed tum demum illud, cui baptiſterium conjunctum eſt. Aug. Barboſ. *de Jure Eccleſ. lib. 2. c. 1. n. 26.* Apud nos hodie, cum ſingulæ Eccleſiæ ſua quoque habeant baptiſteria, quodvis parochiale templum etiam baptiſmale eſt, ut nulla ampli-

us ſubeſſe videatur differentia. Dn. Zigler. *ad Jus Canon. lib. 2. tit.*
51. *18. §. 3.* *Parochiale* templum iterum eſt vel cum dignitate, ſi certas ſub ſe habet Capellas & in illis Clericos, vel etiam ſine dignitate, ſi his deſtitutum eſt. Videatur Paul. de Citadin. *in tract. de jure patron. p. 3. c. 1. n. 75.* quæ differentia tamen penes nos non adeo magnam utilitatem habebit. Illuſtrationis gratia jungantur priora.
52. Alias quoque Templum Parochiale aliud liberum, aliud verò Patronatum conſtituit Dn. Gebhard. alias Weſner. *cit. tract. de poteſt. Eccleſ. in Reſol. §. ult.* Liberum vocat, quod Patrono caret, quando ſcilicet nemo per fundationem, dotationem aut alio juſto titulo jus Patronatus ſibi quæſitum docere poteſt, & tunc libera poteſtas nominandi vocandique Miniſtrum Eccleſiæ vel conferendi beneficium Eccleſiaſticum ad Epiſcopum, vel ad Epiſcopum & populum ſimul ſpectat. *c. 27. diſt. 63. c. 1. diſt. 67.* velut in nonnullis Imperialibus Civitatibus liberis adhuc moris eſſe experientia docet; Templum verò Patronatum nominat, quod Parochum habet ex præſentatione Patroni, cui competit jus nominandi & deſignandi Antiſtitem Eccleſiæ eumque ſiſtendi Epiſcopo, de quo jure Patronatus
53. *cap. 5.* nonnulla proponuntur. Denique etiam (4) *Eccleſiam* quandam faciunt *titulatam*, ut contra diſtingvatur *oratoriis* ad privatas tantum orationes fabricatis, quæ titulata nequeunt. Add. illa, quæ
54. de oratoriis *cap. 1. n. 16.* propoſita ſunt. *Tituli* verò in jure Canonico ſignificant bona pro titulo Clericis aſſignata, ſive ad neceſſariam Clericorum ſuſtentationem deſtinata. Non enim admittebantur in clerum, niſi in certa Eccleſia adſcripti eſſent, totque tantum in Eccleſia inſtituebantur, quot nutriri poterant, *c. 4. X. de Inſtit. c. fin. X. de V. S.* Inde ab Eccleſia, in cujus albo erant deſcripti Clerici, ejus Eccleſiæ & tituli dicebantur, adeo ut bona quoque ratione tituli aſſignata tituli vocentur. Petr. Gregor. *de benef. Eccl. c.*
55. *8.* Et hoc eſt, quod in Jure Canonico legimus, neminem ſine titulo, de quo vitæ neceſſaria percipiat, ordinandum. *c. 4. c. 16. c. 23.*
56. *X. de præbend. c. 1. & 2. diſt. 70.* Ne quoque Clericis ſubtraherentur, conſtitutione Urbani II. eorum alienatio ac in feudum datio prohibita eſt. *1. F. 6. pr.* Confer. Dav. Blondell. *apol. de Epiſc. & Cleric. p. 222.* Joh. Selden. *de Synedr. lib. 3. c. 25. n. 4.* & Dn. Struv. *Syntagm.*
57. *Jur. Feud. c. 6. aphor. 2.* Præterea Canoniſtæ Eccleſiam quandam

con-

conjugatam, quandam verò *viduam* faciunt, hancque illam vocant, quæ nullum Epiſcopum habet; Conjugium ſiquidem ſpirituale inter Epiſcopum & Eccleſiam iniri communiter docent; Verum 58.
cum per Eccleſiam hoc modo potius cœtus fidelium, quam ædificium ſacrum & templum intelligatur, Dn. Zigler. quoque variis in locis, præcipue *ad §. 2. Inſtit. Jur. Can. lib. 1. tit. 17.* ut & *ad §. 2. d. lib. 1. tit. 18.* de hoc matrimonio ſpirituali agat, ideoque cupidum Lectorem ad eundem remittimus.

Sub fine capitis monendum erit, à Cathedrali ſive Epiſcopali 59.
templo, quod hodienum vocatur ein Dom / ejus præfectos & Clericos Germanice appellari Dom-Herren / quaſi ſint Domini Domus. Goldaſt. *tom. 3. Antiq. fol. 1. & 125.* propterea procul dubio, quod in ſortem domini aſſumti videantur, dum officiis ſacris dicati ſunt, *c. cleros 1. diſt 21.*

Fundatores enim Templorum Cathedralium & collegiato- 60.
rum ad hoc reſpexerunt, ut per collegium Canonicorum conſervaretur religio vera à Clericis eò conſtitutis, ac iſtius ſtudia in his monumentis, tanquam ſacrario, quaſi depoſita perpetuo extarent, ad quod Imperatores, Reges, Principes confugerent, indeque veritatis eruendæ gratia in dubiis & controverſis quæſtionibus tam religionem, quàm politiam Chriſtianam concernentibus informarentur. Vixerunt hi Canonici ſub regula D. Auguſtini, ut Anto- 61.
nius Florentinus refert, Monachorum verò ſtatus & conditio ab iis longe ſeparata fuit licet Canonici quoque ad quandam adſtringantur regulam. Etiamſi quoq; tunc temporis, quo Canonici Monaſterium & contra Monachi canonicatum ingredi cœperunt, non levis utriusque ordinis confuſio facta ſit; Tamen Heinrici primi temporibus denuo utriusque ordinis ſeparatio inſtituta atque receptum eſt, ut Monachi ſecundum profeſſiones regularum; Canonici verò ſecundum canones h. e. modum præſcriptum ſeparatim viverent. Quinimò licet regula omnes Clericos ad pauperta- 62.
tem, caſtitatem & obedientiam obliget per *c. cum ad monaſterium 6. X. de ſtat. Monach.* Canonici tamen ad vitæ ſtrictioris regulam minus alligati fuerunt, poſtquam Pontificum indulgentia diſtinctio canonicorum in Spirituales & ſeculares introducta eſt, Dn. Gebhard. alias Weſner. *de pot. Eccleſ. in reſol. §. 22.* Quamvis itaq; 63.

Digitized by Google

juxta hactenus dicta Clericorum & Monachorum ordo primitus diverſus fuerit, tamen à religioſis ad invitationem vitæ monaſticæ etiam presbyterorum & Canonicorum collegia inſtituta ſunt, ut in his Clerici ad certam & præſcriptam regulam vitam agerent, quæ quamvis monaſtica paulo liberior fuerit, tamen etiam certis legi-
64. bus & canonibus adſtringebatur; Unde & vita illa *Canonica*, & qui eam profitebantur, *Canonici* dicti ſunt, ipſaque Collegia monaſtica quoque dicta fuerunt, quod nomen adhuc in celebrioribus nonnullis Eccleſiis retinetur. vid. Marc. Anton. de Dominis qui *lib. 2.*
65. *de Republ. Eccleſ. c. 9. & c. 12.* de hoc argumento prolixe agit. Quod primam horum Canonicorum originem attinet, plerique omnes ad tempora Auguſtini referunt. *Factus enim is presbyter* (verba ſunt Poſſidii *in vita S. Auguſtin. c. 5.*) *monaſterium intra Eccleſiam mox inſtituit, & cum DEI Servis vivere cœpit, ſecundum modum & regulam ſub ſanctis Apoſtolis conſtitutam.* Quod factum Auguſtini dum imitarentur alii Epiſcopi, increbuit paulatim Monachorum iſtud genus Epiſcopalibus ſedibus adjacentium; quos ab obſervato ſingulari vivendi ca-
66. none, ut dictum, Canonicos aut Regulares nominarunt. Illorum officium atque vivendi genus exhibet *Cap. lib. 5. c. 115. Synodus Moguntin. Ann. 813. à Carol. M. celebrat.* cujus verba refert. Lehm. *in Chron. Spirenſi lib. 2. c. 33.* ut & *Capitul. reg. Caroli ad fin. lib. 4. Addit. fol. 421. c. 16.* in verbis: *Canonici in civitate vel monaſteriis ſicut conſtitutum eſt, in dormitorio dormiant & in refectorio comedant, & in domo infirmorum neceſſaria ſubleventur, & tam ſani quam infirmi Canonice veſtiantur atque in clauſtris horis congruis degant; & ſub cuſtodia Canonica lectionis & cateris divina inſtitutionis inſiſtant officiis.* Seculis quoque ſubſequenti-
67. bus ſub temporibus Stirpis Carolinæ, nulla ferè Epiſcopalis Cathedra conſtituebatur, niſi adjuncto ſtatim Canonicorum Collegio, cui ex præſcripto S. Auguſtini erat vivendum. In hoc Collegio bonæ literæ ſimul cum ſacra ſcriptura docebantur. Hinc in *LL.*
68. *Carolin lib. 1. c. 72.* ſequentia habentur verba: *Ut non ſolum ſervilis conditionis infantes, ſed etiam ingenuorum filios aggregent ſibiq; ſocient, & ut ſchola legentium puerorum fiant, Pſalmos, notas, Cantus, Computum Grammaticum per ſingula monaſteria vel Epiſcopia* (quibus ædes vel Collegia Canonicorum denotantur, ut patet ex Epiſtol. Gregorii II. ad Bonifacium Moguntinum elaborata: *Thuringis & Germania populo*

ſcri-

ſcribere non omiſimus, inter alia ut conſtruant Epiſcopia & Eccleſias condant) diſcant, ſed & libros Catholicos emendatos habeant &c. Quapropter ex mente ſaniorum Canonicatus ratione horum temporum nihil aliud fuit, quam *jus habendi ſedem in choro ad cantandum & legendum, ac vocem in capitulo.* Barboſ. *ad rubr. tit. de prabend. n. 11.* Sequioribus tamen temporibus docendi iſta provincia non Canonicis amplius ipſis, ſed extraneis, mercede conſtituta, imponebatur, uti patet *ex t. t. X. de magiſtris & ne aliquid exigat. pro licentia docend.* Ipſi quoque Canonici, quorum licentia & exiſtimatio, poſtquam jus creandorum Epiſcoporum ad eos ſolos delatum fuit, quam maxime crevit, diſciplinæ & regulæ, cui paruerant, hactenus pertæſi ad liberiorem vitam adſpirare cœperunt, atque *Canonici ſeculares* appellari voluerunt, qua de re latius agit Albert. Crantz. *lib. 4. Metrop. c. 1.* qui *Canonicum ſecularem* vocat *monſtrum ſine exemplo, regularem ſine regula; Canonicum ſine Canone.* His autem temporibus, quibus Clericorum & Presbyterorum vita longe à regula reflexit, *Clericorum aliud* ſucceſſit *genus*, qui cum regulæ præſcriptum potius ſequerentur, *Canonici regulares* dicti ſunt; ad differentiam illorum regulæ deſertorum, qui abſurdo & monſtroſo nomine *Canones ſeculares*, id eſt regulares irregulares dici cœperunt. Caſſandr. *in Conſult. fol. 1010. de Canonicis c. 25.* Sed hi Canonici irregulares, cum non amplius ſub regulis Eccleſiaſticis vivant, neque miniſteria exerceant Eccleſiaſtica, puta Presbyterialia, Diaconalia, Subdiaconalia, ſed ſola ſeſſione in choro, dum divina officia peraguntur, ſint contenti, ut ornamenti potius externi, quam officii gratia Eccleſiam frequentent, in reliquis verò à vita clericali & Canonica alieniſſimi exiſtant, Canonici non niſi nominetenus erunt. M. Anton. de Dominis *l. 2. de R. E. c. 9. n. 7.* Bona Canonicorum olim non niſi communia fuerunt; Progreſſu tamen temporis, clauſtris Canonicorum ruptis, ſingulis prabendæ conſiſtentes in jure percipiendi certos ab Eccleſia reditus conceſſæ ſunt. Et hoc modo effectum, ut Canonicorum officium in acceptione & fruitione redituum ſolummodo conſiſtat Eccleſiaſticorum. Adeoque Canonia moderna nihil aliud erit, quam jus percipiendi fructus, reditus & obventiones rei Eccleſiaſticæ, ex electione Capituli & collatione Patronorum acquiſitum. vid. Dn. Zigler. *lib. 1. Inſt. Jur. Can. tit. de prabend.*

69. 70. 71. 72. 73. 74. 75.

76. *bend. 26. §. 2.* Quod jus tamen nec omnibus indiſtinctè hactenus conceſſum eſt. Immutata namque Canonia, in multis Eccleſiis Cathedralibus, bey hohen Dom-Stifftern/ inſimul receptum fuit, ut qui Canonicatum acquirere vult, nobilitate gaudeat, ſuosque nobiles avos duobus ad minimum teſtibus juratis itidem nobilibus doceat. Beſold. *in Theſaur. Pract. ſub vocab. Canonicat.*
77. Olim quidem non obtinuit, neque præſuppoſitum hoc ex ſacra ſcriptura vel antiquitate ullo modo demonſtrari poterit; Clericos ſiquidem illos convenit Eccleſiæ ſtipendiis ſuſtentari, quibus parentum & propinquorum nulla ſuffragantur bona. Qui verò ex bonis parentum ali poſſunt, ſi quod pauperum eſt accipiant, ſacrilegium profectò committunt & per abuſionem talium judicium ſibi manducant & bibunt, ut dicit Hieronymus *in c. 1. q. 2. c. 6. & 7.*
78. Quod ſi tamen ejusmodi Collegia ad hoc inſtituta reditibusque exornata ſint, ut præ reliquis poſteri conſtituentium, ſive nobiles ſive illuſtres ſint, hiſce ſolummodo fruantur præbendis, illi ſanè in conceſſione cæteris paribus, ſi modo digni & juſti ſint, meritò præferuntur. Quare adhuc plurimi volunt, propter illuſtres & nobiles familias hos Ordines Canonicorum in Germania ſervandos eſſe. Dn. Fritzſch. *in man. Jur. publ. vocab. Canonicatus.*
79. Principaliores inter Canonicos ac dignitate ſplendentes perſonæ ſunt: *Præpoſitus, Decanus, Cuſtos* &c. Dom Probſt / Dom Dechant / Dom Cuſtos, *&c.* de quorum & aliorum præeminentia ac officio ſigillatim agit Zamorienſis *in ſpecul. vit. human. lib. 2. à cap. 13. usq; ad 19.* Speidel. *ſub voc.* Thum Herrn.
80. Omnes verò hi Canonici cum collegio ſuo Metropolitano ſive Epiſcopo ſubjecti ſunt, coram quo tanquam ordinario judice indiſtinctè in perſonalibus convenire debent, niſi ſint Collegia Canonicorum libera, Freye Kÿſerliche Stiffter/ quæ immediate Cæſari & Imperio in Civilibus parent, atque exinde etiam in Camera rectè conveniuntur, ut oſtendit Gail. *l. 1. Obſerv. 30. n. 9.* ac Reincking. *de Reg. Secul. & Eccleſ. lib. 1. c. 5. c. 10. n. 18.* ubi nonnulla Collegia Canonicorum libera recenſet.

81. Sed an Canonicorum ſtatus quoad noſtras quoque Eccleſias tolerandus & admittendus ſit, non immerito dubitandum videtur, præprimis cum à primæva inſtitutione quam maximè receſſerint, ut eorum ſtatum multi improbent, imò plane damnent, & de otio

&

& luxu Canonicorum plures ducant querelas, in tantum ut ex ipſis Romanenſibus Hadr. Barland. *in Dialog. Anno 1524. editis* ſatis contemptim de illis loquatur, eosque tacite pungat Contzen. *lib. 6. Polit. c. 41.* Hiſce tamen non obſtantibus Canonici Auguſtanæ Con- 82.
feſſioni invariatæ addicti juxta Conſtitutiones Imperii ac Inſtrumentum Pacis Oſnabrug. penes nos tolerantur, nec profeſſio & vita eorum damnatur, modo literis operam dent & in politico aliquo ſtatu Eccleſiæ & proximo proſint, vitamque inculpatam & honeſtam coram mundo agant. Carpzov. *lib. 2. def. 312. n. 1. & 2.* Hinc 83.
Dn. Conring. *ad Lampad. p. 3. c. 11.* allegatus à Burgoldenſ. *ad Inſtrum. Pac. p. 2. diſt. 11. membr. 5.* ſequentia de Canonicis exhibet: Conſtare, nonnullos Canonicos hodieque ſtatas ſuas horas precum & laudationum divinarum obire. Alii quidem (pergit) omnem hanc curam vicariis commiſerunt, non tamen vel ſic perſonam omnem exuerunt, modo id agant, quod debent, i. e. modo diligentem curam adhibeant in ſumma ſacrorum directione & adminiſtratione. Quare ſi ſuis officiis probe fuerint functi, non utique infimum aliquod vitæ genus, ſed vere pium, honeſtum ac utile degunt. Qui verò nihil horum agunt, atque in otio degentes fruuntur bonis publicis, illi quin impie vivant, non eſt dubitandum, cum quemvis Reipubl. civem oporteat pro virili bono publico prodeſſe, præcipue verò illum, qui ex publico ſacra pecunia alitur. Prægnantes quoque ſunt rationes, quæ pro conſervandis 84.
collegiis Canonicorum apud Dedekenn. *in Conſil. Eccleſ. vol. 1. part. 3. in append. ad locum de miniſter. ſect. 2. n. 3.* à Facult. Theol. Jenenſ. *in Conſil.* **Von Stande der Thum-Herren** circa finem proponuntur, in verbis: **Daß auch die Geiſtlichen Stände in Stifften und Clöſtern ſolten ins Weltl. verwandelt und** alieniret **werden / das iſt weder zu rathen noch zu verantworten / denn hierdurch würden (1) der Chriſtl. Keyſer und Könige / Fürſten und Herren / ſo wohl anderer / denen GOttes Ehre und der Kirchen beharrliche Wohlfarth iſt angelegen geweſen /** teſtamenta **und** legata, **ſo offtermahls mit hohen betheurlichen Worten verfaſſet vernichtiget. So könten auch (2) die Stiffte mit ihren** pertinentien **nicht aufgehoben noch geändert werden** propter rei

pu-

publicæ tum Eccleſiaſticæ tum Politicæ imò totius Imperii ſtatum præſentem. Denn was in gantzen Römiſchen Reich und in manchen Fürſtenthum und Provincien ſo wohl als auf Reichs- und Creyß Tagen mit denen Seſſionibus und votis, wie auch in Jurisdictionibus, Titulis, juribus, Tributis &c. Principum für eine Perturbation angehen und erfolgen müſte/ das laſſen wir Weltverſtändige Leute pronunciren &c. So iſt auch bedencklich (3) die Stiffter über einen Hauffen zu werffen propter futura, denn &c. wer wolte künfftig Heller oder Pfennige ad pias cauſas vermachen/ So wiſſen wir auch nicht/ quid ſerus veſper vehat, und wo Univerſitäten durch Krieg oder andere Unfälle ſolten einen Stumpf leiden/ die Thümereyen und Collegia wären aufgehoben/ Fürſten und Herrn mit Land und Leuthen verderbet/ müſte in ſolchen Fall die Kirche gar bloß ſtehen &c. Sed hæ ratio-
85. nes quamvis per ſe ponderoſæ ſint, neutiquam caſum neceſſitatis & utilitatis publicæ excludunt, vigore cujus non ſolummodo ſuppreſſio Canonicatuum, daß die Anzahl derſelben verringert werde/ quæ propter neceſſitatem & egeſtatem Capituli *in Concil. Tridentino ſeſſ. 24. c. 15.* permiſſa eſt fieri poteſt, ſed etiam nonnulla Canonicorum Collegia præcipue per diſpoſitionem Inſtrumenti
86. Pacis Oſnabr. hucusque ſeculariſata vidimus. Addantur infer. de ſeculariſ. dicenda. Alia ad Canonicorum originem, vitam & officium ſpectantia exhibet Lehmann. *cit. lib. 2. c. 33.* & Speidel. *ſub voc.* Thum-Herren. Noſtras verò Eccleſias concernentia proponit Dedekenn. *cit. loc.* Dn. Carpzov. *lib. 2. Jurispr. Conſiſtor. def. 312.* & Burgold. *cit. p. 3. diſc. 11. membr. 5.* de Canonicis, ubi ſub fine aſſerit, quod Canonici Auguſtanæ Confeſſionis licite & bona Conſcientia præbendis ſuis frui poſſint, ſi legitime ſint vocati & ſalutem Eccleſiæ proximique ædificationem conſilio, precibus, aliisve pietatis officiis promovere ſtudeant, prout pia fundatorum intentio hoc ipſum deſiderat.

CA-

CAPUT III.

De Origine Templorum.

Summaria.

1. *Neceſſitas Templorum demonſtratur.*
2. *Primis temporibus nulla Templa exſtructa, ſed ſacra in montibus peracta fuerunt.*
3. & 4. *Confirmatur exemplo Gentilium.*
5. *Romani quoq; primis temporibus Templis caruerunt.*
6. *Autoritates hanc in rem adducuntur.*
7. *Idem obtinuit penes Germanos.*
8. *Contra quoq; multæ Gentes templis uſæ ſunt.*
9. *Pro diverſitate Deorum diverſimode exſtruxerunt Templa.*
10. *In ſacris literis circa primæva tempora Altarium quidem, non vero Templorum fit mentio.*
11. *Moſes tabernaculum exſtruxit.*
12. *Salomon Deo Templum ædificavit.*
13. *Hoc omnium operum celeberrimum fuit.*
14. *Poſt ejus excidium diſſoluta Babylonica captivitate aliud ædificatum.*
15. *Et hoc deſolatum eſt.*
16. *Chriſtianis primis temporibus nulla fuerunt Templa.*
17. & 18. *Quod Chriſtianis objectum fuit, ab ipſis vero defenſum.*
19. *In hoc Templorum defectu ſacra ſunt peracta in ædibus privatis.*
20. *In ſpeluncis & cryptis, quod variis probatur teſtimoniis.*
21. *In montibus.*
22. *Simili ferme modo ſacra tractarunt Huſſitæ in Bohemia.*
23. *Perſecutiones Chriſtianorum vitæ monaſticæ dederunt occaſionem.*
24. *Eremitæ ſponte loca ſolitaria elegerunt.*
25. *Inter Eremitas quinam claruerint?*
26. *Ea occaſione orta ſunt Monaſteria.*
27. *Ex monaſteriis deſumti ſunt Miniſtri Eccleſiæ.*
28. *Poſtmodum Eremitæ à Monachis diſtingui cœperunt.*
29. *Quatenus diſtinctio Monachorum & Eremitarum procedat.*
30. *In noſtris Eccleſiis Monachos & Eremitas ignoramus.*

Digitized by Google

31. *Martyrum ſepulcra veteribus inſtar Templorum fuerunt.*
32. *Chriſtiani ſacra peracturi in Cœmiteriis convenerunt.*
33. *Ibidemque Oratoria exſtruxerunt.*
34. *Diocletianus iterum delevit. Tẽpore vero Maximini & Conſtantini Baſilicæ fabrefacta ſunt.*
35. *Conſtantinus ad Templorum exſtructionem pecuniam erogavit.*
36. *In luxum ædificationis invecti ſunt nonnulli Patres.*
37. *Ipſam tamen exſtructionem non improbarunt.*
38. *Templarii quinam fuerint?*
39. *Templariorum origo.*
40. *Finis hujus Ordinis fuit defenſio peregrinorum.*
41. *Ad illam voto ſe aſtrinxerunt.*
42. *Templariorum habitatio, amictus & vitæ ſuſtentatio qualis fuerit?*
43. *Quousque ea in conditione perſeverarint, & qualem illis amictum Pontifices & Patriarchæ poſtmodum aſſignarint?*
44. *Mutatio Templariorum.*
45. *Interitus Templariorum.*

1. PErluſtratis diviſionibus ac differentiis, jam ad templorum originem progredimur. Quamvis verò in aprico ſit, ſanctum & maxime neceſſarium eſſe, deſtinari loca publica, in quibus DEUS rectè colatur. Rerum enim divinarum in bene conſtitutis Rebuspubl. potiorem exiſtere debere curam, ipſe atteſtatur Ariſt. *2. Polit. 6. & 7.* ut laudabiliter Imperator noſter glorioſiſſimus in *Nov. 3. ſub fin.* afferat; Piorum Magiſtratuum eſt, non minorem Eccleſiæ, quam vitæ curam habere. Hinc & ejus ſummam in templis exſtruendis liberalitatem Zonar. *tom. 3. hiſt.* laudat. Et Plutarchus recto rationis lumine ductus dicit; *Si terras obeas, invenire poſſis urbes, muris, literis, Regibus, domibus, opibus, Numiſmate*
2. *carentes: Urbem Templis Diisq; carentem nemo uſpiam vidit.* Nihilominus tamen hiſtoriæ & antiquitates Gentilium teſtantur, quod primis temporibus nulla templa extructa, ſed ſacra cum Chriſtiana, *Gen. c. 22. v. 2. & ſeq. 1. Reg. 3. v. 2.* tum Ethnica in montibus ac lucis ſub diu peracta fuerint, ut apud Virgil. *Æneid. 6.* Lares ajunt:

Nulli certa domus, lucis habitamus opacis,
Riparumque toros & prata recentia rivis
Incolimus.

Quam

Quam ob cauſam Sicyonii nullum fanum nullamque ſtatuam
Coronidi Deæ ſuæ erigebant. Exemplum hoc ſecuti ſunt Atheni- 3.
enſes, qui Clementiæ, cui lucus in media urbe, nullum ſimula-
crum fieri volebant. Perſæ itidem nulla fana admittebant, quod 4.
majeſtatem ſolis, quem venerabantur, putarent nullis tectorum
anguſtiis coërcendam. Quod inſtitutum ex doctrina Magorum
profectum penes illos receptum eſt; Quare in Græciam cum in-
genti & numeroſo exercitu irrumpentes, omnia DEORUM Tem-
pla vaſtârunt. Jacob. Vager. *in orb. habitab. fol. 180.* ut ob id Diis
hominibusque inviſos dicat Aſconius Pædianus allegatus à Roſin.
lib. 2. Antiq. Rom. c. 2. Romani quoque centum & ſeptuaginta pri- 5.
mis annis, ritu Perſico, templis, ſimulachris Deorumque ſtatuis
caruerunt, ſi fides M. Varroni eſt adhibenda ex Divi Auguſt. tra-
ditis *lib. 4. de Civit. DEI c. 36.* Quapropter templorum loco aut in
Sylvis ac lucis aut in editis montibus culta ab antiquis ſunt Numi-
na. Et hoc eſt, quod non ſolum Strabo Amaſianus *lib. 7. Geogr.* 6.
dicat:
*παρὰ καὶ τοῖς γέταις ὁ ἱερεὺς ὀνομάζεται θεός, καὶ τὸ ὄρος ὑπε-
λήφθη ἱερόν, καὶ προσαγορεύουσιν οὕτως.* i. e. Apud Getas Sacerdos
DEUS dicitur, & mons ſacer exiſtimatur & ita appellatur; Sed et-
iam Cicero *lib. 2. de Leg.* notanter aſſerat: *Non eſſe parietibus in-
cludendos DEOS, quibus omnia deberent eſſe patentia & libera,
quorum hic mundus omnis templum eſſet ac domus.* Similis 7.
erat veterum Germanorum mos, qui ſecundum Tacit. *de
morib. Germ.* non ſimulacris templisve aut aliis habitaculis Diis ſuis
cultum exhibuerunt. Ædiculis enim includi aut parietibus cohi-
beri non poſſe cenſebant, magnitudinem cœleſtium ſpectantes.
Ita lucos & nemora conſecrabant; Deorumque nominibus ſecre-
tum illud appellabant, quod ſola factum videtur reverentia, ar-
boribus, frondibus ac ramuſculis formoſioribus & proceris illorum
honori exornatis. Præter has tamen gentes multos populos, præ- 8.
primis Græcos, templis uſos fuiſſe hiſtorica fides teſtatur. Hinc
Diis Ethnicis delubra Epimenidem Cretenſem primum ædificaſſe,
auctor eſt Diogenes Laërtius *lib. 1.* Vitruvius, Pythium architectum
primum omnium Priene Ædem Minervæ feciſſe, tradit. Hero-
dotus vero *lib. 2.* Ægyptios primos Diis delubra ſtatuiſſe prodidit.

Præcipue verò Romani ſuos Divos religioſe colebant , quare iis
maximis ſumtibus templa, fana & delubra, de quorum differentiis
9. Roſin. *lib. 2. antiq. c. 2.* agit, conſtituebant. Non tamen omnibus
Diis promiſcue omni loco templa ædificabant. Aliis enim intra
urbem, aliis extra urbem, aliis in montibus, aliis in foro, aliis a-
libi templa conſtruebantur. Nec enim forma omnium templorum
eadem erat, aliis enim rotunda, aliis tecto perforato templa pone-
bantur. Cœlitibus & Superis aliis à terra extare templa voluerunt,
inferis DIIS ſub terra, terreſtribus media ponebant, qua de re Vi-
truv. *à Roſin. cit. loc.* allegatus videri poteſt. Celebriora gentilium
templa cum Oraculis recenſet Alex. ab Alexandr. Genial. dier. *lib.*
10. *6. c. 2. per tot.* Hæc de *Idololatria.* In ſacris quidem literis circa
primæva tempora altaria DEO ædificata offendimus, ut patet ex
text. *Geneſ. c. 8. verſ. 20.* quod Noë primus omnium altare conſtru-
xerit, & ſuper illud Domino holocauſtum obtulerit. Similiter
Abraham ad immolationem filii ſui Iſaac altare erexit. *Geneſ. 22.*
verſ. 9. Quod & de Davide ex Conſilio Gad altare Domino in area
Araſnæ conſtruente. *2. Sam. 24. verſ. 18.* & aliis prædicatur. Tem-
plorum tamen exſtructorum nulla fit mentio; Quamquam æter-
num Numen populo Iſraëlitico infinitis ſcripturæ ſacræ locis lucos
plantare prohibuerit & plantatos demoliri juſſerit, ut *Exod. 34. v.*
12. Deut. 7. verſ. 5. 1. Reg. 14. verſ. 23. Eſaiæ 17. verſ. 8. & aliis. Qua-
11. propter per Moſen tabernaculum juxta mandatum DEI conſtru-
ctum fuit, ut ipſi preces & pia vota ibidem exolverentur, recondi-
ta erat arca in hoc tabernaculo, in qua lapideæ aſſervabantur tabu-
læ, quibus inciſæ erant leges divinæ, quod & templum & Domus
12. DEI nuncupatum. *1. Samuel. 1. verſ. 7.* Tandem DEO omnipoten-
ti Salomon Rex Hebræorum, ab ortu Adami primi hominis tribus
millibus centum & duobus poſt annis, primus omnium, auctore
Joſepho *lib. 8. Antiqu. & 1. Reg. 6.* Hieroſolymis magnificentiſſimo
apparatu templum, à cujus extructione pater ejus David, quod
pollutas ſangvine hoſtium haberet manus, revocatus eſt, condi-
13. dit. Hoc templum omnium operum, quæ tunc orbis vidit, cele-
berrimum fuit, ut à patribus Concilii Conſtantinop. I. omnium
aliarum Eccleſiarum Mater meritò vocetur, teſte Dn. Ziegl. *ad Inſt.*
Jur. Canon. lib. 1. tit. de Epiſc. 5. § 5. Sed miſerrima ac dura Baby-
lo-

lonica captivitas cum deſolatione Hieroſolymitana excidium hujus ſplendidiſſimi templi fuit. In ejus quidem locum diſſoluta hac 14. captivitate à Judæis poſtliminio revertentibus aliud de novo exſtructum eſt, de quo Eſræ *c. 4. 5. & 6.* agitur. Quo etiam Judæi usque ad tempora Salvatoris & ad devaſtationem regni Judaici à Romanis Imperatoribus factam uſi ſunt; Attamen & hoc cum in- 15. teritu & everſione illius Regni interiit, flammisque exuſtum eſt, ut ex hiſtoriis Judaicis penes Joſephum *in Antiquit.* propoſitis & excidio Civitatis Hieroſolymitanæ omnibus ſufficienter cognitum erit. Incenſum namque à Tito id templum, cui Pompejus ante pepercerat, quamvis Titus id deleturus fleverat, quod videret ſe unicum à DEO puniendis Judæis deſignatum. Roſin. *lib. 2. Antiq. Rom. c. 2. pag. m. 196.* Poſt adventum Salvatoris noſtri primis ſe- 16. culis, *martyrum* ſcilicet *ævo*, per temporum injuriam templa Chriſtianis fuerunt nulla, quod ſi inſtituti ratio pateretur, fusè probari poſſet. Hinc Origenis temporibus Celſus Epicureus Chriſtianis exprobrabat, quod imagines & ſimulacra, aras & altaria, templa 17. & delubra fugerent, quod ipſum Origenes, cujus contra Celſum *octo* circumferuntur *libri*, non negat, ſed ſolummodo cauſam, ob quam templa Chriſtianis exoſa credebat Celſus. Cæcil. quoque Paganus apud Minut. Fel. Octav. dicit: *Cur nullas aras habent, templa nulla, nulla notá ſimulacra.* Reſpondet Minut. *ib. Templũ quod DEO exſtruam? Cum totus hic mundus ejus opere fabricatus eum capere non poſſit.* & Arnob. *lib. 6. ait:* In hac parte conſvetis crimen nobis maximum impietatis affingere, quod ædes ſacras venerationis ad officia 18. non conſtruamus. Præterea poſt Originem ſub Diocletiano & Maxim. Arnobius Afer, ex Apologetico adverſus gentes celebris, inter crimina à gentilibus Chriſtianis objecta templorum defectum collocat. Add. Polydorus Vergil. *de rer. Invent. l. 5. c. 6.* In hoc 19. templorum defectu loca, in quibus ad preces fundendas, ad hymnos canendos, ad Evchariſtiam conficiendam ſacras ſynaxes Chriſtiani egerunt, fuerunt aliquando ædes privatæ, *Act. 2. v. 2.* aliquando Synagogæ, exemplo Pauli, *Act. 9. verſ. 20.* aliquando ipſum templum Hieroſolymitanum, vivis ſcil. Apoſtolis, quod varii ſacræ ſcripturæ probant textus. Tyrannis verò Eccleſiam in- 20. feſtantibus ſimplices domos ſacris ſuis deputarunt vel ſpeluncas

& antra, vel cryptas & ſacella ſubterranea, quæ Polydor. Vergil.
lib. 5. de rerum inventor. c. 6. precum loca nominat. Quare Platina
alleg. à Dn. Hildebr. *de prec. vet. Chriſtian. c. 1. §. 11.* aſſerit, quod ſe-
culo tertio ob crebras perſecutiones ſacra omnia Chriſtianorum
occulta, ſacella quoque abdita & plerumque ſubterranea fuerint,
& Gabriel Biel ex Alexandro Alenſi refert, quod usque in quartum
ſeculum Chriſtiani Romæ non tantum in privatis ædibus; ſed & in
Cryptis ſacra tractaverint & ligneum altare inſtar arcæ concavum
de domo ad domum, & poſtmodum de crypta in cryptam, in qua
21. Epiſcopus delituit, circumgeſtaverint. Quia tamen nec cryptæ
tuta ſacrorum loca permanſerunt, ideoque Chriſtiani ad ſylvas,
montes & antra cœca rupium ſeſe receperunt, ſicque ibidem in pa-
tientia quoque tempeſtatis adverſæ, impetus imbrium, nivis, ge-
lu, ſæpe etiam vehementiſſimi æſtus ad ſacra peragenda convene-
runt. Sed ne hac quidem laborioſiſſima commoditate quiete frui
potuerunt Chriſtiani; Miles ſiquidem improbus notiores cryptas
& antra montium perquiſivit, ac armata manu ſacros Chriſtiano-
rum conventus diſſipavit.

Tam miſera ipſorum in primitiva Eccleſia fuit conditio. Si-
22. milem ferè ſortem experti ſunt Huſſitæ in Bohemia circa medium
Seculi XV. Cum enim à Romanenſibus ad incitas redigerentur,
ablatis ædibus ſacris, in locis occultis, cellis, cavernis & ſcrobibus
cultum divinum ut tractarent coacti ſunt, unde exoſo nomine &
contemptim vocati ſunt die Grubenheimer. Dn. Hildebr. *de ſacr.
publ. prim. Eccleſ. c. 2.*

23. Atque hæ immanes Chriſtianorum à Tyrannis & præcipue
Decio inſtitutæ perſecutiones vitæ monaſticæ occaſionem dede-
runt. Hoc namque modo adacti fuerunt Chriſtiani, in ſolitudi-
nibus ut latibula quærerent & vitæ ſuæ ac ſaluti quomodocunque
24. conſulerent. Quare etiam ſolitaria illa loca, quæ olim cogente
neceſſitate ſacris Chriſtianorum dicta fuerunt, ſucceſſu temporis,
cum halcyonia nacta eſſet Eccleſia, ſponte à plurimis frequentata
ſunt; Unde tot *Eremitæ* prodierunt, qui in ſylvis & montibus ſine
ullis tabernaculis habitarunt, herbarum radicibus vixerunt, nul-
lo unquam certo loco conſtiterunt, & quas nox demonſtrarat ſe-
25. des elegerunt. Claruerunt præcipue in hoc vitæ genere Paulus &
An-

Antonius, quos vitæ monaſticæ anteſignanos facit ipſe Hierony-
mus; Antonius ſiquidem vitam Eremiticam ad ἀκμὴν perduxit;
& in ſolitudinibus Ægypti degens fere totas noctes precibus in-
vigilavit, auctore Sozomen. *lib. 1. Hiſtor. Eccleſ. c. 13.* De utroque
ita ſcribit Otto Friſingenſis *lib. 4. c. 5. Fuerunt his diebus clariſſimi regni
Chriſti Principes Paulus & Antonius, primi Eremitæ, quorum prior perſe-
cutionem Decii fugiens ac in deſertis latitare cupiens, neceſſitatem vertit in
voluntatem, ibiq; continentiſſime vivens plenus dierum moritur. Alter ve-
rò & ipſe ſanctiſſimæ ac arctiſſimæ vitæ, multis ad arctioris vitæ Zelum pro-
vocatis in pace quievit.* Hactenus Otto, cum quo facit Polydor. Ver-
gil. *lib. 7. de rer. invent. c. 1.*

Hos deinceps alii ſecuti ſunt, atque ita, neceſſitate homines
in ſolitaria latibula cogente, nata fuerunt integra pietatis Gymna- 26.
ſia. Cum enim illa vivendi ratio à vulgaribus congreſſibus remo-
ta ſacrarum literarum tractationi & inſtitutioni Juventutis accom-
modata eſſe videretur, ſucceſſu temporis cœnobia & monaſteria
conſtitui cœperunt, in quibus alumni tum bonis literis imbuti, tum
aliis pietatis exercitiis, partim ad cultum divinum, partim etiam
ad temperantiam, caſtitatem & alias virtutes aſſvefacti fuerunt.
Ex quo obtinuit, ut ex monaſteriis peterentur verbi divini & Ec- 27.
cleſiæ Miniſtri, unde & Juſtinianus Imper. Epiſcopum non ex ple-
be, ſed aut ex monaſterio aut ex Clero eligere jubet per *Nov. 6. c. 1.*
Et jam ante Arcadius Imper. ex Monachorum numero Clericos
ordinari voluit per *l. 32. Cod. Theodoſ. de Epiſc.* ubi conſuli poterit
Jacob. Godofred. Sed hæc facies rerum poſtmodum in totum 28.
immutata eſt, quare etiam plures differentias Monachiſmi veteris
& hodierni erudite congeſſit Carol. Molinæ. *ad Auth. ingreſſi mona-
ſteria C. de S. Eccleſ.* Teſtatur quoque Bald. *ad Auth. ſi qua mulier C.
de SS. Eccleſ.* quod Eremitæ amplius monachi non dicantur, cum
tria Monachorum vota non profiteantur, nec ſub aliqua regula
conſtituti ſint. Hinc & ipſis de bonis propriis, ſecus ac Monachis,
teſtamenti factionem concedit, *Vol. 2. Conſil. 120.* ex hac præcipue
ratione, quod ſicut Boër *in tract. de Eremit.* docet, maneant Laici
& perſeverent ſub jurisdictione ſeculari, nec in reliquis Clericali
privilegio gaudeant, niſi ſint vel Clerici vel in religione approbata
conſtituti. Add. Speidel. *in ſpec. ſub voc.* Einſiedler. Quin & Stephan.
Du-

Digitized by Google

Durant. *quæſt. Jur. 12.* aſſerit, quod Monacho non liceat ad Eremiti-
29. cam vitam tranſire ſine Superioris licentia & venia. Verum hæc differentia Monachorum & Eremitarum non niſi de Monachis hodiernis, qui in clauſtris Monaſteriorum & Cœnobiorum latent, procedit. Aliàs Eremitæ quam maxime Monachi ſunt, cum hoc nomen proprie competat illis, qui vitæ contemplativæ dediti ſunt. Quorſum facit, quod Eremitæ S. Auguſtini, per trad. Dn. Zigler. *ad Inſtit. Jur. Canon. lib. 1. tit. 30.* ad ordines mendicantium, quorum quatuor ſunt, referantur, quibus per ſpecialia privilegia adhuc alii annumerantur, de quibus Auguſtin. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib. 1.*
30. *c. 41. n. 208. & ſeq.* agit. In noſtris Eccleſiis, cum Monachos nec habeamus, nec habere velimus, etiam Eremitas ignoramus, adeoque hæc omnia non niſi ad cognitionem antiquitatis conducunt. Aliàs plura de Eremitis videri poſſunt penes cit. Speidel. *in ſpecul. ſub. vocab.* **Einſiedler** & Joſſ. *Antiq. in Lex. Antiq. Eccleſ. de Eremit. p. 305.* Hæc data occaſione de Eremitis.
31. Sed ut ad priora redeamus, *Martyribus* quoque hæc reverentia exhibita eſt, ut ad ſepulchra eorum convenirent, ibique ſacra celebrarent Chriſtiani. Quapropter ipſis cœmiteria, quæ & templis originem dederunt, inſtar templorum fuerunt, ſicut alias templorum apud Gentiles originem referunt Patres ad ſepulchra defunctorum. Vid. Chriſtian. Juſtell. *Cod. Can. Eccleſ. Univerſ. pag. 200.*
32. Cumprimis itaque ſolenne priſcis fidelibus fuit; ut ſacra peracturi in Cœmiteriis & Martyrum dormitoriis, in quibus Chriſtiani defuncti ſub ſpe reſurrectionis cubabant, convenirent. Quare Onuphrius Panvinius *lib. de antiq. ſepel. ritu* &c. Legimus, inquit, Romanos Pontifices inter Martyrum tumulos *Stationes* h. e. omnes actus ſolennes celebraſſe, & quia ad eadem ſepulchra ſolebant anniverſario ſaltem die convenire, *hæc Cœmiteria* erant *veluti templa* & orationum loca, in quibus Epiſcopi Synodos congregabant, Sacramenta adminiſtrabant & verbum DEI concionabantur. Hinc alibi obſervat, Imperatoribus Eccleſiam perſecuturis in more fuiſſe poſitum, ut à cœmiteriis quam maxime Chriſtianos arcerent. Cum verò DEUS Opt. Max. afflictiſſimæ ſuæ Eccleſiæ intervalla quædam pacis propitius concederet, præſertim *circa med. ſecul. III.* ſub Philippo, & Gallieno, qui poſterior quidem natura ſæviſſimus fuit,

fuit, publica tamen ſacrorum exercita in cœmiteriis conceſſit, Chriſtiani hac commoditate uſi *Oratoria δικτήρια* dicta conſtruxerunt, injuriæ quoque aëris depellendæ cauſa exigua ædificia in cœmiteriis ædificarunt, quæ fabricæ dicta ſunt, & à Damaſ. *in vit. Fab.* Fabiano Roman. Epiſcopo & Martyri tribuuntur. Diocletianus tamen mox ſolo æquanda curavit, quod teſtimonio ſuo 34.
confirmat Euſebius *l. 8. Hiſtor. Eccleſ. c. 2.* in verbis: Hæc Oratoria à culmine ad pavimentum usque una cum ipſis fundamentis dejici divinasque & ſacras Scripturas in medio fori igni tradi ipſis oculis vidimus. Tandem pace per orbem Chriſtianum firmata auſpiciis Conſtantini M. conſvetudo ſacra tractandi in cœmiteriis permanſit. Nam ultimæ perſecutionis autor Maximinus, dum peculiari morbo eſſet defixus, ſera facinorum ſuorum pœnitentia ductus, Chriſtianis, ut Dominica oratoria conderent, edicto publico permiſerat, quo facto Chriſtiani non humiles, ſed magnificentiſſimas & ferè regias precum domus extruere cœperunt, ad quod pium opus promovendum cumprimis Conſtantinus, ex re & verè Magnus, nihil operæ neglexit, imò ne imperialibus Theſauris pepercit, ejus rei teſtis eſt Sozomenus, cujus *l. 1. Inſt. Eccleſ. c. 8.* hæc ſunt verba: *quod ad ſacra templa attinet, quæ ſatis haberent laxitatis, reficiebantur, alia altius erigebantur latioraque non niſi ſplendoris acceſſione fiebant. Nova etiam, ubi nulla ante fuiſſent, ab ipſis fundamentis extruebantur.* Pecuniam autem ad hanc rem ex ærario regio ſuppedita- 35.
vit Imperator Conſtantinus; Sicque fide Chriſtianorum propagata & confirmata cœperunt quoque ſacella & ſplendida ædificia exſtrui inſimulque idolorum templa DEO fuerunt conſecrata, ſacris adhibitis ritibus, de qua conſecratione *infra.* In hunc qui- 36.
dem luxum nonnulli ex Patribus invecti ſunt, ut Lactantius, qui *lib. 6. c. 8.* dicit: *Non templa DEO congeſtis in altitudinem ſaxis exſtruenda ſunt, in ſuo cuiq; conſecrandus eſt pectore.* Sic cum Orthodoxi templa Arianorum frequentarent, Chriſtianis interim odio eorum domi ſacris operantibus, increpat eos Hilar. *ad Auxent. in verbis:* Male vos parietum amor cepit, male vos Eccleſiam DEI in tectis ædificiis veneramini Add. Hieron. *Epiſt. 8. c. 7. ad Demetr.* ubi ait: *Alii ædificent Eccleſias, veſtiant parietes marmorum cruſtis, columnarum moles advehant, earumque deaurent capita &c. non reprehendo, non abnuo &c.*

G Ipſam

37. Ipſam tamen exſtructionem ædium ſacrarum hi omnes ſimpliciter non improbarunt. Quare & poſtmodum meritò obtinuit, ut ad cultum divinum peragendum plura exſtruerentur templa. Quam ob cauſam penes nos in populoſioribus Univerſitatibus vel unum vel etiam plura pro re nata, utplurimum quoque in Cœmiteriis juxta veterem Chriſtianorum conſvetudinem, exſtrui vel etiam exſtructa conſervari videmus. Quandoque etiam templa à Cœmiteriis ſeparata cernimus, qualis exſtructio à Magiſtratus Eccleſiaſtici arbitrio, tanquam res mere indifferens, dependet, Jung. Polydor. Verg. *lib. 3. c. 9. & lib. 5. c. 6.* Carpzov. *l. 2. Jurispr. Conſiſt. tit. 22. def. 334.*

38. A templis ita originaliter conſideratis denominantur Templarii, die Tempel-Herrn / qui in parte ædium templi habitabant, de quibus ſub fine hujus capitis pauca monenda veniunt, cùm de illorum ortu, progreſſu, negotiis & interitu multa paſſim extent.

39. Cœpit hic ordo anno Salut. 1118. ſub Gvarimundo, Patriarcha Hieroſolymitano, tempore Balduini Regis, inſtitutus ab Hugone de Paganis & Gaufredo de S. Aldemaro, viris nobilibus & equeſtri ordine inſignibus, qui inter novem Templariorum autores principes extiterunt.

40. Finis hujus ordinis erat, ut à latronibus defenderent peregrinos & ſtratas publicas cuſtodirent. Cum enim ex toto Chriſtianorum orbe divites & pauperes, juvenes & virgines, ſenes cum junioribus loca ſancta viſitaturi Hieroſolymam tenderent, raptores & viarum publicarum prædatores, incautis peregrinis inſidiantes, multos ſpoliabant, quandoque etiam trucidabant. Quare profeſſio templariorum fuit, ut tuta itinera, maxime ad ſalutem peregrinorum, contra latronum & incurſantium inſidias pro viribus

41. conſervarent. Propterea præſente ac probante Patriarcha, voto ſolenni ſe adſtrinxerunt, ut ad loca religioſa & ſepulchrum Chriſti peregrinantibus ad latus adeſſent, eosque contra incurſantes latrones defenderent, hoſpitio exciperent, & ſic pro religione pugnarent, Aubert. Miræus *in Origin. Ordin. Equeſt. c. 4. à princ.* A Rege

42. quoque, ſunt verba Volaterani *lib. 21. Antheopol. p. 768.* & templi Abbate impetrarunt, ut in parte ædium ipſius templi habitarent, unde nomen hoc ſunt auſpicati. Amictu ab initio uſi ſunt eodem, quo

quo alii utebantur Chriſtiani; aliorum quoque Chriſtianorum & præſertim Patriarchæ miſericordia vitam ſuſtentarunt. In qua conditione per tempus *aliquot annorum* perſeverarunt, donec *anno 1122.* Honorii Pontificis ac Stephani Patriarchæ autoritate ipſis albus eſſet aſſignatus amictus. Inde Eugenii temporibus rubra crux addita, resque eorum adeò creverunt, ut ex Chriſtianorum collationibus facultates maximas & oppida quamplurima acquirerent certamque pecuniæ ſummâ Hieroſolymas quotannis pro tuendis peregrinis mitterent. 43.

Quanta quoque ordo hic Eccleſiæ Romanæ commoda attulerit & quantam diſciplinæ ſeveritatem adhibuerit, Vitriacus *in Hiſtor. Orient. cap. 65.* fuſe memorat. Sed ex bonis his initiis peſſima exempla ſubſecuta ſunt. Præter hoc enim, quod cineres hominis fortis potaverant, ut eò audaciores fierent, alia & quam plurima nefanda perpetrarunt delicta. Neglecta ſiquidem humilitate Patriarchæ Hieroſolymitano ſe ſubtraxerunt, ac obedientiam, quam tamen prædeceſſores eidem exhibuerant, ut & Eccleſiis decimas & primitias denegarunt, hocque modo valde moleſti facti ſunt. 44. Quapropter *Anno M. CCC. XII.* à Clemente V. hic ordo ſublatus, ejusque bona magna ex parte militibus S. Johannis tradita ſunt. 45. In cujus abolitionis rationem ulterius inquirunt Anton. Platina *in Clem. V.* Papyrius Maſſonius *lib. 3. Annal.* Azor. *lib. 13. Inſtit. Moral. cap. 6.* Add. Polyd. Vergil. *lib. 7. cap. 5.* Camer. *cent. 3. cap. 90.* & Speidel. *ſub vocab.* Tempel-Herrn/ ubi multa de Templariis eorumque excidio proponit. Et hæc obiter occaſione templorum annotare voluimus, det veniam B. L. excurſionibus. De aliis ordinibus ſanctis, v. g. militibus Teutonicis, alio tempore ut differamus forſitan convenientior dabitur occaſio.

Digitized by Google

CAPUT IV.

De Protectione & Cura Templorum.

Summaria.

1. *Ad Templa ſpectat præcipue protectio.*
2. *Quæritur, an cultus divinus hominis imperio ſubjectus ſit? Multi negant.*
3. *Ratio negativa proponitur.*
4. *Sed hæc negativa rejicitur.*
5. *Objectio reſolvitur.*
6. *Religio quatenus legibus ſubjaceat?*
7. *Circa ſacra & templa Leges recte feruntur.*
8. *Quæritur, cui hæc poteſtas legiſlatoria competat?*
9. *Alii tribuunt Pontifici & Epiſcopis.*
10. *Quinam ex Proteſtantibus illis accedant?*
11. *Alii uni Pontifici tribuunt.*
12. *Huic Majeſtatico juri Pontificis etiam Reges ſubjiciunt.*
13. *Hæc ſententia penes Pontificios obtinet, qui Magiſtratum Politicum à cura Religionis excludunt.*
14. & 15. *Rejicitur à Gerhardo, qui curam ſacrorum Majeſtati Civili tribuit, quod per rationes confirmatur.*
16. *Non quæritur, an Deus potuerit Pontifici Romano ſacrorum curam committere?*
17. *Sed an factum ſit?*
18. *Hac de re nullum extat mandatum.*
19. *Explicatur dictum Chriſti: Tibi dabo claves regni &c.*
20. *Confirmatio à temporibus primitivæ Eccleſiæ deducitur.*
21. *Imperatores Chriſtiani jura circa ſacra exercuerunt.*
22. *Ac leges de rebus Eccleſiaſticis tulerunt.*
23. *Conſtantini exemplo hoc confirmatur.*
24. *Illud ſecuti ſunt alii Imperatores & Juſtinianus.*
25. *Patres etiam & Doctores Eccleſ. illud tolerarunt.*
26. *Poteſtate hac legiſlatoria uſi quoque ſunt Reges Gothorum & Francorum.*
27. *Eadem itaque Regibus Chriſtianorum circa ſacra, qui Regum in Republ. Iſraëlitica, fuit poteſtas.*
28. *Penes Gentiles quoq; ſacrorum cura Regibus competiit.*

29. *Plu-*

29. *Plura hac de re citatus Dn. Conring. tradit.*
30. *A religione quoq; dependet civilis felicitas.*
31. *Hinc ſuperiores curam religionis Chriſtianæ gerere debent.*
32. *Confirmatur hoc per rationes.*
33. *Clapmarius meritò curam rerum ſacrarum refert ad imperium.*
34. *Illa tamen deſtituuntur Imperator & Catholici Principes.*
35. *Feliciores ſunt Principes Evangelici.*
36. *Nec ſine juſtis cauſis, quæ referuntur.*
37. *A quibus olim fuerint conſtituti Epiſcopi?*
38. *A ſeculo IV. obtinuit, ut in electione Pontificum Superiorum requiratur conſenſus.*
39. *Ulterius hoc confirmatur.*
40. *Idem obtinuit penes Germanorum Reges.*
41. *Hoc itidem confirmatur.*
42. *Pontificis approbatio neceſſaria non fuit.*
43. *Sed ipſi conſenſum Imperatoris in conſtitutione Epiſcoporum implorare debebant.*
44. *Ipſi quoque Pontifices ab Imperatoribus vel conſtituti, vel etiam confirmati ſunt.*
45. *Hinc cum cura ſacrorum Conſtitutio Epiſcoporum Imperatoribus competiit.*
46. *Ipſis tamẽ poſtmodũ ſubtracta eſt.*
47. *Et aucta Rom. Pontificum poteſtas.*
48. *Gregorius VII. præcipue huic rei manum admovit.*
49. *Iſte Gregorius VII. fuit primus, qui Henrico jura ſacrorum extorquere cœpit, eumq; excommunicavit.*
50. *Henricus tamen cum ſequentibus Imperatoribus jura ſacrorum retinuit.*
51. *Paſchalis ſecundus Pontifex idem tentavit, ſed graviorem ſenſit Imperatorem.*
52. *Inter Henricum & Paſchalem pacta celebrata ſunt, ut Epiſcopi regalia dimitterent.*
53. *Ex Abbate Urſpergenſi recenſentur.*
54. *Hæc conventio penes Clerum maximas movit turbas.*
55. *Paſchalis Imperatori poteſtatem conſtituendorum Epiſcoporum iterum ceſſit.*
56. *Ceſſionem hanc Paſchalis iterum impugnavit. Eum ſecutus eſt Calixtus II.*
57. *Imperator jus conſtituendi Epiſcopos Pontifici conceſſit reſervata inveſtitura de regalibus.*
58. *Conſtitutio Henrici V. per quam Pontifici jus conſtituendi Epiſcopos conceſſit refertur.*
59. *Hic fuit infelix diſſidiorum exitq.*
60. *Lotharius hanc reſignationem ægre tulit.*

Digitized by Google

61. Reſtitutionem à Papa poſtulavit.
62. Morte præventus nihil obtinuit.
63. Tempora poſtmodum facta ſunt pejora.
64. Tempore Friderici II. jura Eccleſiarum invaſerunt ulterius Pontifices.
65. Reſervationes Papales quid ſint? Earum & Proviſionum initia ad hæc tempora referuntur.
66. Poſt obitum Friderici II. non ſolum Proviſiones magis invaluerunt, ſed & Confirmatio Epiſcoporum Romæ peti cœpit? Ex Crantz. hoc confirmatur.
67. Sæpius alium Epiſcopum elegerunt Capitulares, alium Roma miſit Pontifex
68. Exinde ingentes ſunt exortæ turbæ.
69. Reſtituerunt Pontificibus Lud. & Car. IV. Imper. ſed ſine effectu.
70. Reſervationibus ſe oppoſuit Germania in Concilio Conſtantienſi.
71. Et Principes Germaniæ Moguntiæ coacti.
72. Reſervationes quoq; in Concil. Baſileenſi abrogatæ ſunt. Germania hac exoptata occaſione uſa non eſt.
73. Tandem prodierunt Concordata Nationis Germanicæ. Contenta horum Concordatorum referuntur.
74. Nec hæc Concordata Curia Romana obſervavit.
75. Quid de Concordatis in Capitulatione noviſſima diſpoſitum, refertur.
76. Ex Concordatis Imperator cum Inveſtitura Regalium habet protectionem Eccleſiæ.
77. Origo Menſium Papalium.
78. Referuntur Menſes Papales.
79. Quid de Menſibus Papalibus in Inſtrumento Pacis diſpoſitum, recenſetur.
80. Solum Jus primarium precum Imperatori reſervatum eſt. Eſt inſtar tabularum ex naufragio collectarum.
81. Originem primariarum precum Gail. & Steph. beneficio Pontificis adſcribunt. Rectius alii ex jure Majeſtatico Imperatorum deducunt.
82. Confirmatur verb. D. Conringii.
83. Quid hic Preces denotent.
84. Quid nomine Primariarum veniat, ſcil. quod ſemel tantum ab uno Imperatore concedantur.
85. Diplomata primariarum precũ, vocantur Germ. Paniſsbrieffe. Additur ratio denominationis.
86. Difinitur jus primariariarum.
87. Deſcriptio ulterius illuſtratur.
88. Vigore primariorum precum ad beneficium Eccleſiaſticum poteſt idoneam perſonam denominare Imperator.

89. Huic

Digitized by Google

89. *Huic juri per ſtatutum de ſupprimendo Canonicatu derogari nequit.*
90. *Competit hoc jus Imperatori tanquam reſervatum.*
91. *Preciſta Imperialis etiam in Menſibus Papalibus recipi debet, & ordinarii ad hoc cogi poſſunt.*
92. *Quod preces beneficia quovis menſe vocantia afficiant, per rationes confirmatur.*
93. *An in terris Evangelicis Imperator jus hoc exerceat, quondam dubitatum fuit.*
94. *Vigore Pacificationis Oſnabrugenſis ipſi conceſſum eſt.*
95. *Referuntur verba Inſtrumenti Pac. huc facientia.*
96. *In terris Proteſtantium omnia Pontificis jura ejusq; Menſes ceſſant.*
97. *Nec Epiſcopi Proteſtantium confirmationem Pontificis petunt.*
98. *Illos Pontificii pro Epiſcopis veris agnoſcere noluerunt, ex ratione propoſita.*
99. *Huic dubio per Pacificationem Oſnabrugenſ. ſatisfactum eſt.*
100. *In Capitulatione Cæſarea ratione Concordatorum Proteſtantes excepti ſunt.*
101. *Cura Religionis & juriſdictio Eccleſiaſtica penes Pontificios Papæ adhuc competit.*
102. *Sed Principes Evangelici iterum recuperarunt.*
103. *Per Paſſavienſem Tranſactionem nova Juriſdictionis Eccleſiaſticæ quoad Proteſtantes refulſit facies.*
104. *Tenor Tranſactionis Paſſavienſis refertur.*
105. *Pontificii contra Pacificationem religioſam pugnarunt in Concil. Trident. Iſta confirmatur per rationes.*
106. *Spontanea approbatio Pacificationis Religioſæ ex Receſſibus Imperii & ipſa Pacificatione demonſtratur.*
107. *Etiamnum Pacificatio Religioſa poſt Concilium Tridentinum viget.*
108. *Demonſtratur, quousq; valere debeat Pacificatio Religioſa.*
109. *Argumenta contra Concilium Tridentinum proferuntur relative.*
110. *Poſt Concilium Tridentinum per Receſſus Imp. Pacif. religioſa confirmata eſt.*
111. *Effectum ſuum perpetuo obtinet.*
112. *Hoc demonſtrat ulterior approbatio præcipue Pacificat. Oſnabr. facta.*
113. *Nemini, qui ſuperioritate territoriali deſtituitur, jura Epiſcopalia competunt.*
114. *Ne confuſio oriatur Principes circa jura Epiſcopalia diſponunt. Quatuor jurium Epiſcopalium ſunt capita.*

115. Ad

115. *Ad Ordinem quid referatur?*
116. *Quid pertineat ad Legem Diœceſanam? Quid ad Jurisdictionem?*
117. *Dignitas in quo conſiſtat?*
118. *Circa ea, quæ ſunt Ordinis, curam ſolummodo externam gerunt Principes.*
119. *Jurisdictionem Eccleſiaſticam per Conſiſtoria exercent. Origo Conſiſtoriorum Eccleſ.*
120. *Conſiſtorium denotat (1) quodvis judicium (2) judicium Eccleſiaſticum.*
121. *Ubi nullum Conſiſtorium conſtitutum, ibi tamen cauſæ Eccleſiaſticæ ſeparatim tractandæ ſunt.*
122. *Melior eſt conditio Principum Proteſtantium, quam Catholicorum.*
123. *Jura Epiſcopalia conſtituunt ſummum jus Principum Proſtantium.*
124. *Confirmatur per verba Mauritii Haſſiæ Landgravii, ut & per verba Illuſtris Dn. à* Seckensdorff
125. *Penes Catholicos Cura Templorum pertinet ad Pontificem ac Epiſcopos.*
126. *Penes Nos ad Principes.*
127. *De jure Canonico Templa ædificantur autoritate Epiſcopi. Penes Nos autoritate Superioris.*
128. *Redditur hujus aſſerti ratio.*
129. *Protectio quoq; Templorum ad Superiores pertinet. Vocatur Advocatia Eccleſiaſtica.*
130. *Deſcribitur Advocatia Eccleſiaſtica.*
131. *Cur Advocatia recepta?*
132. *Qui eam exercent, Advocati vocantur.*
133. *Reges quoque ac Imperatores Germani Advocatos conſtituerunt.*
134. *Duplici modo conſtituti ſunt Advocati, (1.) ab Imperatore. (2.) ab ipſis Prælatis.*
135. *Succeſſu temporis Advocatiæ jus moleſtum factum eſt Acquiſita à Prælatis Jurisdictione in deſvetudinem abiit exceptis Monaſteriis*
136. *Penes Nos jus Advocatiæ ad jura Superioritatis pertinet.*
137. *Quatenus ab Imperatore concedatur?*
138. *Cum Reipubl. adminiſtratione defenſio Templorum ad Dominos territorii pertinet.*
139. *Duplex hodie eſt protectio Eccleſiæ. Una Imperatoris.*
140. *Altera Statuum.*

IN

Digitized by Google

IN regimine Templorum hactenus juxta diviſionem & originem conſideratorum præcipue *protectionem & cura* ſpectanda eſt,de qua hoc noſtro capite breviter cum illuſtratione reliquorum Epiſcopalium jurium pro ratione inſtituti agendum erit. 1.

In ipſo tamen, quod ajunt, limine nonnulli ſeſe nobis objiciunt, qui ita de libertate cultus divini differunt, ut cujusvis arbitrio relinquenda, adeoque nullius hominis Imperio ſubjecta videatur. Qales ſententiæ non tantum noſtri ævi per quam multis, verum etiam primitivæ Eccleſiæ optimis Magiſtris exciderunt. Quare Tertullianus ad Scapulam ait: *Humani juris & naturalis poteſtatis eſt, unumquemq; quod putaverit colere, nec alii prodeſt aut obeſt alterius religio, ſed nec religionis eſt, cogere religionem qua ſponte ſuſcipi debet, non vi, cum & hoſtiæ ab anima libenti expoſtulentur.* Accedit,quod religio conſtat ſcientia ſeu credulitate aliqua, quæ intellectus potius, quam voluntatis actio eſt, ut ex hoc principio fidei & religionis negotia nequaquam legibus humanis, adeoque nec majeſtati ſubjici poſſe videantur, cum intellectus imperium nullum admittat. Verum quamvis hæc ſpecioſa ſint, in receſſu tamen nihil habent. Omnes namque populi circa cultum divinum nonnulla legibus conſtituerunt, pœna in delinquentes adjecta. Sic in Hebræorum republica ejusmodi leges ab ipſo DEO latas eſſe, notiſſimum eſt. Permultum quoque intereſt civitatis, adeoque permultum obeſt aut prodeſt, quid cives colant & quomodo? 2. 3. 4.

Fatemur quidem religionem ex parte eſſe opus intellectus, & hactenus legem non audire. Verùm ſicut aliàs ſæpe intellectus errat, ut ignorantia & error pœnam commereantur; ita quoque multi circa cultum divinum errores meritò ſunt dicendi voluntarii, quod ſcil. proficiſcantur. ex non adhibito recte ſtudio perveſtigandi veritatem. Ut igitur verum eſt, religionem in quantum opus intellectus eſt,imperio non ſubjici, ita in quantum eſt opus voluntatis omnino legibus vinciri poteſt. Quin itaque homini liceat circa cultum divinum, ſacra ac templa legibus uti, dubitandum non eſt. 5. 6. 7.

Proximum erit ut videamus, num talis poteſtas majeſtati civili competat? Ubi itidem non deſunt, qui Chriſtianæ Majeſtati 8.

Digitized by Google

9. id denegant, quorum tamen haud una eſt ſententia. Alii namq; jura illa ἀρχιτεκτονικὰ circa ſacra ac templa, ipſi quidem abjudicant Politicæ Majeſtati, non tamen uni tribuunt Pontifici, ſed & *Epiſcopis*, quam ſententiam illi, qui Pontificem Romanum Epiſcoporum Concilio aut ſubjiciunt, aut non niſi Concilii caput agno-
10. ſcunt, amplectuntur, quales ſunt in Gallia complures. Quibus proxime ex Proteſtantibus illi accedunt, qui jura circa ſacra Eccleſiæ Miniſtris aut Paſtoribus relinquenda eſſe aſſerunt; quæ opinio primum Genevæ Calvino & Beza autoribus exorta inde paſſim disſeminata eſt, ut in Anglia Puritanismi præcipuam partem conſtituat. Cum enim Henricus IIX. caput Eccleſiæ Anglicanæ ſe dixiſſet, & ſi proteſtantium multi ceu recte factum id approbaſſent, tamen à Puritanis, ceu dicuntur, aliisque Genevenſis ſcholæ diſcipulis acriter oppugnatum, imò impietatis, non tamen ſine impie-
11. tatis nota, damnatum eſt. Alii verò curam omnem ſacrorum & per conſequens quoque templorum *uni* tribuunt *Romano Pontifici*, quaſi totus Chriſtianus orbis quoad cultum divinum ab illo dependeret. Hinc illi à Chriſto vicarium munus in omnem Eccleſiam commiſſum eſſe aſſerunt; ut vigore ipſius Eccleſiam gubernet, doctrinam fidei Chriſtianæ aliaqua ad cultum pertinentia ordinet atque conſtituat, adeoque in religionis negotiis omnes prorſus Chriſtianos ſuo ſubjectos habeat obſequio.

12. Ex quo majeſtatico jure deducunt, omnes ſacrorum miniſtros, imo & bona ſacra ejus unius imperio teneri, adeo ut ne Reges quidem & Principes legibus ipſius exemti ſint, ſed ſi Eccleſiæ forte rem videantur aut non ſatis recte curare, aut ejus commodis obſtare, à Pontifice omni quoque privari poſſint dignitate.

Quare adhuc apud Pontificios jura Epiſcopalia & cura ſacro-
13. rum cum inſpectione Templorum aliarumve ædium ſacrarum & Eccleſiaſticarum ſibi ſoli Pontifex vindicat; ſuisque tribuit Epiſcopis canonice ad dignitatem Epiſcopalem promotis, poſtulatis itidem & electis adminiſtratoribus & coadjutoribus Epiſcopatuum, ut & Capitulo ſede vacante, ac Abbatibus & Prælatis exemptis, & quos gefürſte und gefreyete Äbte und Prälaten vocamus, excluſo Magiſtratu Politico & Majeſtate Civili ab omni religionis cura, ut il-

Digitized by Google

illuſtris Dn. Conring. *de Majeſt. Civ. autor. circa ſacra th. 25.* hoc fuſius demonſtrat.

Verùm non immeritò hanc iniquam excluſionem B.Gerhard. 14.
in loc. de Magiſtr. Polit. §. 165. & ſeq. refellit. Nam ſatis manifeſtum eſt, majeſtati Civili per ſe id omne competere, ſine quo ſcopus rerumpublicarum obtineri nequit; Impoſſibile verò eſt, ut vera felicitas civilis poſſit comparari aut integra ſervari citra ἀρχιτεκτονικὴν poteſtatem in religionis negotia ipſumque cultum divinum.
Ut proinde pateat, quod *Majeſtas Civilis per ſe* & ex *ſua natura* quoq; 15.
habeat ſummam poteſtatem circa cultum ſacrum, quantum ab homine exerceri poteſt, cùm neque à Deo immutata neque etiam à
populis remiſſa ſit. Poſterius namque factum eſſe fides hiſtorica 16.
neutiquam teſtatur. Circa prius verò non tam disquiritur, num Deus potuerit aut Pontifici Romano, aut Epiſcopis vel EccleſiæPaſtoribus ſolis ſummam poteſtatem circa ſacra Chriſtiana committere; Verum num hoc à DEO factum ſit nec ne? quod meritò ne- 17.
gamus! Si enim factum eſſet, utique fieri debuiſſet verbis diſertis & maximè perſpicuis, ut omnibus, qui majeſtatis munere funguntur, juſſu divino prædicatum & ſevere mandatum fuerit, citra tu-
multum jure cedere & majeſtatis ſuæ partem aliis relinquere. At 18.
verò ne quidem in ſpeciem poteſt aliquod mandatum DEI & dictum Chriſti proponi in fidem grandis illius paradoxi de Pontificis Romani monarchia ſacra, præter illud ad PetrumApoſtolum *Matth. 16. v. 18. Tibi dabo claves Regni Cœlorum, ſupra hanc Petrum ædificabo Eccleſiam meam, & paſce oves meas.*

19. Quibus verbis tamen nunquam majeſtas quædam ſacra Pontifici Romano tributa eſſe poteſt, præcipue, cum Petro nihil aliud concedatur, quàm quod alibi aliis Apoſtolis tributum eſt. Illud namque paſcendi munus omnibus injungit ApoſtolisSalvator jam
cœlum aſcenſurus. *Matth. 28. v. 18. & 19.* Præterea integris ali- 20.
quod ſeculis primitivæ Eccleſiæ prorſus incognita fuit hæc interpretandi ratio, quod maxime facit ad omnipotentiam Hildebrandinam deſtruendam. Neque enim doctrinæ Chriſtianæ conveniens eſſe poteſt, vel etiam ipſius quaſi primum principium id, quod ſanctiſſimæ Eccleſiæ primitivæ temporibus ignotum fuit. Saltem enim ut nunc ſit, in negotiis religionis Chriſtianæ debuiſſet tum

Digitized by Google

appellari ad Eccleſiæ Romanæ judicium, primis autem quatuor ſeculis id factum eſſe nemo probaverit, ut teſtatur Dn. Conring. *cit. tract. th. 25. & ſeq.* De genuino dictorum Chriſti ſenſu alias operoſe differit M. Anton. de Dom. *lib. 1. c. 6. 7. & 8.*

21. Quapropter etiam Imperatores, poſtquam Chriſtianam profeſſi ſunt religionem, nemine Epiſcoporum improbante, quin potius omnibus factum collaudantibus, jura ſacræ Majeſtatis cum Templorum cura exercuerunt, ut S. Juſtinus Martyr. *in Apol. 2.* ad divinarum rerum cognitionem Imperatores pellicere ſtudens, hoc opus ſane egregium eſſe aſſerat, & Socrates *de regimine Eccleſiaſtico ſub Chriſtianis Imperatoribus in præfat. lib. 5. hiſtor.* ita ſcribat; *Ex quo Chriſtianiſmum profiteri cæperunt Imperatores, res Eccleſiæ ab ipſis pependerunt.*

22. Hinc Eccleſiaſtica monumenta legendibus liquido apparet, à Cæſaribus aut omnes leges Eccleſiaſticas latas, aut ab Epiſcopis quidem propoſitas, ab Imperatoribus tamen vim omnem atque autoritatem accepiſſe. Certe vel unus Codex Juſtinianeus id

23. ipſum ſole meridiano clarius demonſtrat. Primus Imperator Chriſtianus Conſtantinus Magnus, qui Eccleſiam ſummis affecit honoribus, quamvis immodica ferme reverentia Epiſcopos coleret, tamen quæ Majeſtatis circa ſacra erant, ipſe exercuit. Debuiſſent verò Epiſcopi, ſi à temporali Juriſdictione per Chriſtum ſe exemptos putaſſent, pientiſſimum Imperatorem & divinarum legum obſervantiſſimum aliter erudire, quod nunquam tamen fa-

24. ctum eſt. Conſtantini exemplum alii Principes cum Juſtiniano Imperatore ſanctiſſimo ſecuti ſunt, dum laudabili pietatis ad poſteritatem monumento plurimis ſacratiſſimis conſtitutionibus hoc teſtatum fecerunt, quarum quædam de divina cognitione juxta normam Biblicam, quædam de ſcripturarũ lectione & verſione, quædam de vita & officiis Clericorum, quædam de diebus feriatis, Eccleſiis & bonis Eccleſiaſticis aliisque ad cultum divinum pertinentibus articulis latæ & promulgatæ ſunt. Quod ſane inſignia

25. illorum temporum lumina Eccleſiæ, Cyrillus ſcilicet Flavianus, Athanaſius, Ambroſius, Auguſtinus & alii pro inſigni ſuo Zelo minime toleraſſent, ſi contra verbum DEI & Imperatorum officium fuiſſet. vid. Zepper. *lib. 4. de legib. forenſ. c. 3. n. 1.* Jung. *l. 1. ut & l. 5.* &

Digitized by Google

& l. 6. C. de ſumm. Trinit. it. t. t. C. de S. S. Eccleſ. cum plurimis Novellis. Parem poteſtatem ferendorum Canonum uſurpaſſe Reges Gothorum in Italia & Hiſpania, & Francorum, florente adhuc Carolina familia, in Gallia & Germania nemo ſane negaverit, qui vel concilia vel canones & alias leges omnium illorum temporum ſine partium ſtudio conſuluerit. Ex iisdem porro monumentis manifeſtiſſimum eſt, eosdem Reges, controverſiis de religione ſubortis, convocaſſe Epiſcopos, modo habendi concilii præſcripto, Epiſcoporum quoque ſententiis auditis pronunciaſſe & lege lata, quid agendum ſit, præcepiſſe. Ut jam ſufficienter conſtet, quod non minor nec inferior fuerit poteſtas Imperatorum, Regum & Principum Chriſtianorum in Republ. Chriſtiana, quam olim priſcorum Regum in Republ. Iſraëlitica fuit, qui non ſolum curam ſacrorum geſſerunt, ſed etiam circa cultum divinum ac reformationem religionis & templi diſpoſuerunt, quod multis ſacræ ſcripturæ teſtimoniis confirmat Georg. Caſſand. Script. Cathol. *in Conſult. ad Aug. Confeſſ. art. 16.* allegatus à Reinking. *de Reg. S. & Eccl. lib. 3. claſſ. 1. c. 1. n. 17.* Imo & ſaniores Ægyptiorum regimen in Eccleſiaſticis, quo ſacerdotium cum Regio munere conjunctum fuit, ſecuti, perſvaſum ſibi habuerunt, curationem rerum ſacrarum, præcipuum Reipubl. fundamentum eſſe, ut Romuli, Numæ, aliorumque exempla teſtantur. Reinhing. *d. lib. 3. de Regim. Eccleſ. cl. 1. c. 1. n. 18.* Pluribus hæc tum alii, tum etiam cum Marc. Anton. de Dominis *de Republ. Eccleſ.* & Hugon. Grot. *in Pietat. Ord. Holland.* oſtendit prælaudatus Dn. Conring. *alleg. tract. th. 28. & ſeq.* ubi præcipue *th. 45.* monet, quod nec, qui ſub paganis, nec, qui ſub Chriſtianis Cæſaribus vixerunt Chriſtiani per multa ſecula aut omnibus Epiſcopis aut uni Romano majeſtatem circa ſacra attribuerint, imo prorſus contraria docuerint & fecerint, ut nullum, etſi ad manum non eſſet ſacra ſcriptura, ſupereſſet dubium, quod à Servatore noſtro Civili Majeſtati nihil detractum ſit. 26. 27. 28. 29.

Licet itaque religionis ſcopus principalis non tam ſit publica Reipubl. conſervandæ ſalus, quam animarum & beatitudinis æternæ cura, ut Forſtner. *in Not. Polit. ad Corn. Tacit. lib. 2.* merito omni ſcelere majorem improbitatem dicat, religione non alio fine uti, quam regnandi inſtrumento; Negari tamen nequit, quod non 30.

ſolum æterna, ſed & temporalis felicitas à religione dependeat juxta Receſſ. Imper. *de anno 1566. §.* **Wi wohl wir nun auch ſolches** in verb. **daran alle zeitliche und ewige Wohlfarth hanget.** Civilis ſiquidem felicitatis nomen conſummat, ut nihil æque ac incontaminata pietas Rempublicam ſtabiliat, ut tradit Lampad. *de Republ. Roman. German. p. 1. §. 19.*

31. Quare à Superiori omnis erit adhibenda opera, ut religio Chriſtiana in Republ. pro ipſius tranquillitate & ſalute promoveatur, cum namque ad beatam civium vitam neceſſarium ſit, ſcire, quomodo ex præſcripto rectæ rationis vivendum, DEUSque colendus ſit, utrumque verò abſque religione Chriſtiana impetrari nequeat, manifeſtum ſane eſt, religionem illam à Superioribus præcipue fovendam & dirigendam eſſe, quia propter dogmata ad ſalutem æternam facientia perfectiſſima præcepta moralia continet, quibus cumprimis ad bene peragendam vitam civilem animi

32. mortalium diſponuntur. Nihil namque virtutis eſt, quod non illa quam ſanctiſſime exigat & quidem propoſitis æternis cum præmiis tum pœnis animæ pariter & corpori, hocque modo efficit, ut honeſte vivendi recteque colendi DEUM ratio in qualibet republ. per illam omnium facili negotio inſcribatur animis, ut accuratiſſime Dn. Conring. *cit. tract. th. 93.* poſtquam de varietate religionum & quænam Reipublicæ convenientior videatur, latius diſſeruit,

33. ſcite tradit. Et hoc eſt, quod non ſolum Arnold. Clapmar. *lib. 1. de arcan. Rerumpubl. c. 15.* rerum ſacrarum & religionis Chriſtianæ curam ad ſummum referat imperium; Sed etiam Regibus advocatia & defenſio Eccleſiarum in multis Receſſibus Imperii, ut in *Receſſ. de anno 1518. §.* **Erſtlich** it. *de anno 1541. & de anno 1530. §.* **auf ſolch** & §. **nach dem aber.** tribuatur, non quidem ex privilegio Papæ, ſed jure poteſtatis à DEO conceſſæ, juxta hactenus dicta, & Receſſ. Imper. *de anno 1544. §.* **Erſtlichen der ſtreitigen** Religion &c.

34. Quamvis verò hæc omnia per ſe veriſſima ſint, circa ſacra tamen Imperator & Catholici Principes nihil ſibi arrogare debent, cum jus ſacrorum ſibi Pontifex quoad illorum territoria cum Clero ſuo vindicet, tum quoad ordinationem, tum etiam quoad diſpoſitionem, ſolo jure Protectionis Eccleſiæ Imperatori relicto. Qua

in

in re feliciores ſunt Status Imperii Evangelici, qui jurisdictionem 35.
ſacram poſtliminio quaſi ſuperiori ſeculo receperunt, nec ſine ratione. Patet enim ex hactenus dictis, quod ab initio Eccleſiæ Ju- 36.
risdictionem Epiſcopi non ſolum nullam habuerint, ſed & majeſtati ſubfuerint civili, à qua jus circa ſacra, tanquam pars κοινὴ in Republica dependebat. Quia Salvator civile quoddam Imperium nunquam meditatus eſt, neque diſcipulis aut Apoſtolis concredidit, vel ut unquam uſurparent, auctor fuit; quare Apoſtolorum ſucceſſor ac Epiſcopi per aliquot ſecula abſque imperio ſub poteſtate Civili, à qua ſacra dependebant, pacifice, ſolo docendi prædicandique ac functiones ſacras obeundi munere contenti, vixerunt.

Conſtitutio quoque illorum, ut & hoc melioris illuſtrationis 37.
gratia data occaſione adjiciatur, prioribus tribus ſeculis per Clerum & populum peracta eſt; Usque dum Imperatores Romani Chriſto nomen dederunt, quibus temporibus receptum, ut ipſi quoque Epiſcopos Eccleſiis darent, non refragante, qui tum vivebat Epiſcoporum ordine. Quapropter à ſeculo quarto invaluit 38.
paulatim per omnem Chriſtianum Orbem, ut, qui Reipubl. præerant, non paterentur temere quem ad Epiſcopalem dignitatem promoveri, niſi accedente ipſorum conſenſu, quoniam intereſt quam maxime Reipubl. ne tales conſtituantur, de quorum probitate Reipubl. ſatis cautum non eſt. Hanc ob cauſam Odoacri Re- 39.
gis tempore Baſilius Patricius lege vetuit, ne Papa eligeretur, niſi conſentiente Principe, idque Romæ perdiu obſervatum eſt. Et cum Pelagius electus eſſet, non impetrata Imperatoris approbatione, miſſus Conſtantinopolin fuit Gregorius tunc ArchiDiaconus, ut id excuſaret, quod obſeſſa per Longobardos urbe Imperator Conſtantinopoli non potuerit adiri. Et hoc Romanorum Im- 40.
peratorum exemplum ſecuti ſunt Germanicarum gentium Reges. Ex quo enim illi Chriſtianam fidem amplexi ſunt, modo hic, modo alibi pro ſuo arbitrio Epiſcopos Eccleſiis dare, aut à Clero & populo antiquo ritu electos confirmare ſui juris exiſtimarunt. Invaluit itaque magis magisque illa conſvetudo, ut ii eſſent Epi- 41.
ſcopi, quorum electionem Francorum Reges ſuo ſuffragio confirmaſſent, quod hiſtoriæ illorum temporum ſufficienter teſtatur.

vid.

Digitized by Google

Vid. Lehmann. in Chron. Spir. *lib. 2. cap. 41.* *in verbis:* Erſtlich alle Ertz Biſchoffe / Biſchof und Aebt haben ihrer inveſtitur wegen ihres geiſtlichen Ambts der Kirchen Verwaltung/ſo weit ſich ihre Parochia, Diœces, Biſthum oder Abtey erſtreckt/und nicht der Regalien halber jedem regierenden Könige treu und huld leiblich ſchweren müſſen ꝛc. Zum andern / daß die Könige ihres Gefallens die Biſchöffliche Ambt und Abteyen beſetzet/ und ihr Land und Leute mit Lehrern der Religion ſelbſt ohne Päbſtliche Maßgebung beſtellet und verſehen/ hiervon ſeind exempla allenthalben in groſſer Menge / und iſt die unwiederſprechliche Wahrheit/ wie Baron. *Anno 559. n. 24.* ſelbſt bekennet und ſaget: *Sanè à Regibus eſt præſumtum jus præficiendi Eccleſiis Paſtoribus deſtitutis Epiſcopos, hoc ſeculo tum in Occidente, tum in Oriente,*
42. *&c.* Hactenus Lehmann. Pontificis verò Romani approbatione tum opus fuiſſe ejus rei nullum, ne quidem leviſſimum in omnibus iſtius ævi monumentis licet obſervare indicium. Tantum
43. in novis Epiſcopatibus conſtituendis videntur eo tempore Pontifices Romani autoritatem ſuam cœpiſſe miſcere. Ac licet integrum ipſis fuerit in provinciis, quas dono Principum poſſidebant, Epiſcopos conſtituere, ut ex ipſius Gregorii VII. Epiſtolis patet, orandus tamen primo erat Imperator ejusque conſenſus impetrandus, ut Wilbert. Archi-Diacon *in vit. Leonis IX. c. 8.* demonſtrat.
44. Quin & ipſi Pontifices Romani, quotquot illam ſedem à Leone IIX. usque ad Gregorium VII. tenuerunt, ab ipſis Imperatoribus, non requiſitis Cleri & Populi Romani ſuffragiis conſtituti, vel à Clero & Populo electi, conſenſu Imperatoris deinde confirmati ſunt, ut pluribus oſtendit harum rerum peritiſſimus Onuphrius *in vita Gregorii VII.*
45. Ex quibus conſtat, quod cum jure ſacrorum Imperatoribus non ſolum in urbe Roma, ſed etiam in toto Imperio non quidem ex Pontificum conceſſione, ſed jure Regio conſtitutio Epiſcoporum competierit, quorſum Hadriani & Leonis Conſtitutiones ex relatione Gratiani *c. 22. & 23. diſt. 63.* ſpectant, de quibus latius agit Dn. Conring. *de Conſtit. Epiſcop. German. th. 27. & ſeq.* Et
46. ſic ex hactenus dictis patet, quod jura Epiſcopalia & Jurisdictio Eccleſiaſtica Epiſcoporum in primitiva Eccleſia, & longa ſeculorum

rum

rum ſerie incognita fuerit, usque dum ſenſim crevit & invaluit Romanorum Pontificum autoritas, ita ut Regibus & Imperatoribus jus ordinandi cultum divinum paulatim auferrent, & ad ſe ſuosq; Epiſcopos traherent, non quidem quod membra eſſent Reipubl. ſed quaſi tota hæc curatio ſacrorum ſolis illis competeret, ad Magiſtratum verò planè non pertineret. Hinc & progreſſu tempo- 47.
ris tantam ſibi Pontifices arrogarunt poteſtatem, ut non ſolum omnem ſibi ſubjectam creaturam, ſed & ſua in manu eſſe crederent, regna temporalia & mundana pro lubitu conſtituere & conferre, temperare atque transferre, ut *Bonus* ille *Facius* Bonifacius VIII. ſomniat. *c. 1. in fin. Extrav. Comm. de Major. & Obed.* Imò Papam ſupe- 48.
rioritatem in Imperio habere & vacante Imperio Imperatori ſuccedere, opinatur Clemens vel potius Demens V. *in Clement Paſtoralis. 2. de ſentent. & re judic.* Cui tyrannidi conſummandæ Gregorius VII. alias Hildebrandus dictus præcipue manum admovens, jus tàm Pontificem, quàm cæteros Eccleſiaſticos Proceres conſtituendi Cæſari ademptum ſibi vindicavit, jurisdictioni & ſubjectioni poteſtatis civilis Clericos ſubduxit, denique Religionis dominos Pontifices effecit, tanquam Vicarios Chriſti. Quapropter conditis decretis omnem conſtituendi & eligendi Epiſcopos poteſtatem Regibus, Principibus & Imperatori Henrico IV. excutere conatus eſt. Neque illum per tot ſecula recepta conſvetudo, non priorum Pontificum conceſſiones & exempla deterrere potuerunt, quin nefas eſſe diceret, quicquid in hoc negotio Principes ſibi vindicant.

Primus itaque fuit iſte Gregorius VII. qui jura ſacrorum Hein- 49.
rico IV. extorquere incepit. *Prioribus* quidem *quatuor* Pontificatus ſui annis, ſi annalibus Baronii fides adhibenda eſt, nihil quicquam de inveſtituris Epiſcoporum Regibus ac Principibus auferendis ſanxit. *Anno* verò *quinto* latentem ambitionem manifeſtavit, quare publico decreto omnes laicales inveſtituras proſcripſit, ipſumque Henricum Imperatorem excommunicavit ac deſertum ab omnibus etiam ad pedes proſtratum, quod priora ſecula non viderant; intra Canuſiana mœnia triduanum ſupplicem vidit. Hinc illius incendii initium, quo totus ferme Occidens conflagravit, exortum eſt. Quicquid verò decerneret Pontifex, perſtitit Hen- 50.
ricus in ſua ſententia. Quin imo Rudolphus Svevix Dux & Her-

I man-

Digitized by Google

mannus electi contra Henricum IV. à Principibus nonnullis, favente Pontifice, Germaniæ Reges, illo quoque regio jure uſi ſunt,
51. ut patet ex Crantzii *Metropol. lib. 5. c. 16. & 23.* Gregorium ſecutus eſt Paſchalis ſecundus. Cum enim filium Henrici IV. Henricum ſc. V. in Patrem concitaſſet, illo regno & vita exuto, quod aliis negatum erat, ſe obtinere poſſe ſperabat, ſed graviorem ſenſit Imperatorem quam quisquam aliorum fuit. Cum enim Imperator facile perſpiceret, non poſſe ſalvum eſſe imperium, ſi Pontifex obtineret, quod decrevit, voluit ut Epiſcopi & Abbates regalibus cederent, aut ſibi libera conſtituendorum Epiſcoporum poteſtas re-
52. maneret. Quare inter ipſum & Paſchalem Papam conventum, ut Imperator quidem inveſtituras Eccleſiaſticorum Pontifici cederet ſub hac conditione, ut Epiſcopi aliive Prælati, Ducatus, Marchias, Comitatus & regalia dimitterent. Quam Conventionem ipſe Henricus V. Imperator conſtitutione de inveſtituris Eccleſia-
53. ſticorum apud Goldaſt. *tom. 1. Conſt. Imper.* deſcribit. Hæc quoque pacta conventa recenſet Abbas Urſpergenſis *Chronic. ad ann. M. C. XI.* in verbis: *Inter Legatos Apoſtolicos & Miſſos Regios convenit, promptum eſſe Papam ad conſecrationem & omnem Regis honorem & voluntatem, ſi tamen ipſe ſibimet annueret libertatem Eccleſiarum, laicam ab illis prohibens inveſtituram, recipiendo nihilominus ab Eccleſiis Ducatus, Marchias, Comitatus, Advocatias, monetas, telonia, cæterarumque regalium, quæ poſſident, ſummam. Præbuit Rex aſſenſum, ſed eo pacto, quatenus hæc tranſmutatio firma & authentica ratione, conſilio quoque vel concordia totius Eccleſiæ ac regni Principum aſſenſu ſtabiliretur. Quod etiam vix aut*
54. *nullo modo fieri poſſe credebatur.* Sed cum lecta eſſet hæc conventio coram Principibus Imperii & Epiſcopis omnibus, Clerus maximas movit turbas & ſumma indignatione in Paſchalem inſurrexit, territoria ſiquidem & regalia dimittere noluit.

55. Hinc cum Papa legem conventionis implere non poſſet, inveſtituras Eccleſiaſticas & poteſtatem conſtituendorum Epiſcoporum tandem Henrico V. conceſſit, pactaque juramentis firmavit. Conventiones illas refert Gold. & Baron. *ad ann. M. C. XI.*

56. Hoc modo quidem Henricus V. diuturnis motibus finem impoſuiſſe videtur. Verum ea pacta Paſchalis altero ſtatim anno, in Concilio Lateranenſi datæ fidei, *quam ſumpto corpore & ſanguine*

De-

Digitized by Google

Domini ſanxerat, immemor, reſcidit & Imperatorem anathematis fulmine percuſſit, cujus exemplum ſecutus eſt Calixtus II. qui priorum decreta in Concilio Rhemenſi Anno M. C. XX. & excommunicationem repetiit. Tandem ergo Imperator non tam Pontificum, quam Principum plerorumque pertinacia victus reſiſtere deſtitit, ac in *Comitiis Wormatienſibus Anno M. C. XXI.* Jus conſtituendi Epiſcopos & inveſtituram Eccleſiaſticam, quam per tot annos magno Imperii diſpendio non ſolum parens ipſius, ſed & ipſe propugnarat, dimiſit ſibique *ſolam inveſtituram de regalibus ſceptro expediendam* reſervavit. Unde feuda Eccleſiaſtica regalia dicta ſunt die Scepter-Lehn. 57.

Conſtitutio Henrici V. publicata in dictis Comitiis Wormatienſibus *cit. Anno M. C. XXII.* ſic ſe habet: *Ego Heinricus dimitto DEO & ſanctis ejus Apoſtolis, Petro & Paulo, ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ omnem inveſtituram per annulum & baculum & concedo in omnibus Eccleſiis fieri electionem & liberam conſecrationem.* Cui reſpondit Calixt. II. in Bulla, cujus verba refert Dn. Struv. *in Syntag. Jur. Feud. cap. 3. aph. 7. n. 8. Ego Calixtus &c. concedo, Electiones Epiſcoporum & Abbatum Teutonici regni, qui ad regnum pertinent in præſentia tua fieri abſque Simonia & aliqua violentia, ut ſi qua inter partes diſcordia emerſerit, Metropolitani & Provincialium conſilio vel judicio ſaniori parti aſſenſum & auxilium præbeas. Electus autem Regalia per Sceptrum à Te recipiat, exceptis omnibus, quæ ad Romanam Eccleſiam pertinere noſcuntur.* 58.

Hic tot diſſidiorum infelix exitus fuit. Quamvis enim Marcus Anton. de *Domin. lib. 6. c. 7.* hanc foveat ſententiam, quod Calixtus II. his pactis cum Henrico V. initis parum obtinuerit, aliud tamen res geſtæ illius temporis docent. 59.

Ægrè quidem tulit hanc inveſtiturarũ reſignationem ſucceſſor *Lotharius Saxo*, ut patet ex Otton. Friſingenſ. *Chron. l. 7. c. 18.* Quamvis enim religioſiſſimus eſſet Princeps & Romanæ ſedis præ cæteris obſervantiſſimus, quo nomine eum plurimum commendat Baronius, jacturam tamen inveſtituræ Eccleſiaſticæ æquo nunquam tulit animo. 60. Hanc ob cauſam reſtitutionem ab Innocentio Papa Leodii, ut Baron. teſtatur, *importune* poſtulavit, quamvis *modeſtæ repetitionis* faciat mentionem cit. Otto Friſing. ſed morte præventus nihil obtinuit. 61. Neque ſatis conſtat quid futurum fuiſſet, ſi Imperatori huic optimo diuturnior vita contigiſſet. vid. Otto Friſing. 62.

Digitized by Google

63. *cit. l. 7. c. 18.* Poſt hæc tempora omnia in pejus ruere cœperunt. Quod enim decretis priores Pontifices ſanxerunt, ut Epiſcopus à Clero & populo eligeretur, id Gregorius IX. reſcidit atque immu-
64. tavit. Præcipue vero temporibus *Friderici II.* Eccleſiarum jura invaſerunt Pontifices. Neque enim ſolum, ſi qua diſſenſio orta eſſet, ad curiam Romanam cauſæ ventilationem tranſtulerunt, ſed etiam inconſultis iis, penes quos eligendi poteſtas erat, Epiſco-
65. pos Eccleſiæ obtrudere auſi ſunt. Quare *Proviſionum & Reſervationum Papalium*, per quas *beneficiorum Eccleſiaſticorum juxta regulas Cancellariæ Apoſtolicæ collationem Pontifices ſibi vindicant*, initium ad hæc tempora refert Crantz. *lib. 7. Metropol. c. 42.* in verbis: *Raceburgenſis Eccleſia vacabat & ſe ingerebat non electus à fratribus, Lambertus quidam Hamburgenſis & Bremenſis Canonicus, qui Eccleſiam alienigena à Summo Pontifice ad ſe nihil pertinentem impetravit. Vide in quantum licentia tum proceſſit poſt Imperatorum deſtitutionem Romana Eccleſia, ut ſe inciperet in-*
66. *tromittere de Eccleſiis vacantibus &c.* Ab hujus quoque Friderici II. obitu hæc Pontificum in Epiſcoporum Electionibus uſurpata autoritas magna ſumſit incrementa. Non ſolum enim magis magiſque infauſtæ illæ proviſiones invaluerunt, ſed & Epiſcoporum confirmatio Romæ peti cœpit. Hæcque corruptela adeo invaluit, *ut*, teſte Crantz. *Metrop. l. 9. c. 17. nemo adeſſet in Eccleſia Bremenſi, qui ad Pontificatum adſpiraret, ſcientibus cunctis, quod fruſtra niterentur, cum Apoſtolica proviſione ſedes implenda putaretur. Jam enim inoleverat*, tradente eodem Crantz. *lib. 9. c. 23. ut Apoſtolica proviſione darentur Epiſcopi, poſt habita Capitulorum legitima electione.*

67. Cum igitur tam frequentes eſſent illæ gratiæ expectativæ, ſæpius accidit, ut alium eligerent Epiſcopum Capitulares Eccleſiæ Cathedralis, alium Roma mitteret Pontifex *multis munitum bullis*,
68. cui refragari periculum erat. Cum verò nec is, quem Capitulum elegit, nec quem Pontifex conſtituerat, cedere vellet, ſæpe ingentes turbæ, imò etiam bella cum maximo Eccleſiarum detrimento exorta ſunt. Et ob has Reſervationes tot Germanorum
69. prodierunt querelæ. Reſtiterunt quidem Pontificibus Ludovicus Bavarus & Carolus IV. Verùm parum obtinuerunt. Sequentibus namque temporibus Pontifices hanc poteſtatem magis magis-
70. que confirmarunt. Præcipue Reſervationibus iſtis Papalibus ſeſe

ſeſe oppoſuit Germania in Concilio Conſtantienſi. Quapropter deputati Nationis Germanicæ in dicto Concilio hanc cauſam adeo ſerio tractarunt, ut ſcripto quopiam compoſito abrogationem proviſionum, gratiarum expectativarum ac reſervationum per regulas Cancellariæ Apoſtolicæ introductarum poſtulaverint. Tamen ne ſic quidem aliquid obtinere potuerunt, quare Principes Germaniæ Moguntinæ coacti quatuor annis ante Concilium Baſileenſe de his ipſis gravaminibus abolendis deliberarunt. Ex voto quoque Principum Germaniæ in Concilio Baſileenſi res cecidit. *Reſervationes* enim *Pontificis* publico Concilii Decreto abrogatæ & Eugenius IV. quod electionibus obſiſteret, *reſervationibus contrariis utendo*, ceu ſe habent verba Concilii, graviter increpatus, ac cum judicium Concilii non admitteret, in eodem demum damnatus fuit, ut hoc modo priora vindicare potuiſſent jura Imperatores & Principes. Sed Germania hac exoptata occaſione excutiendi jugum Pontificum indignantibus plerisque uſa non eſt. 71. 72.

Tandem inter Fridericum III. & Legatum quendam Pontificis Seculo 15. anno ſcilicet 1447. certa quædam pacta, quæ *Concordata Nationis Germanicæ* vulgo vocantur, celebrata ac deinde à Nicol. V. Pontifice confirmata ſunt, in quibus non omnes Proviſiones & Reſervationes abolitæ, ſed (ut Heinricus Caniſius in not. ad hæc Concord. ait) certus modus ſuper proviſionibus & reſervationibus Eccleſiarum & beneficiorum Eccleſiaſticorum adhibitus inſimulque cautum eſt, ut *Electio Epiſcoporum penes Collegia Canonicorum abſolute remaneat, Confirmatio autem ad Pontificem ſpectet, & inveſtitura feudalis quoad bona & regalia ab Imperio dependentia Imperatori competeret.* 73.

Quia tamen nec hæc Concordata Curia Romana obſervavit, ideoque hactenus à temporibus Caroli V. Capitulationibus omnibus Cæſareis hoc inſertum eſt: *Quoniam Romæ vis fiat hiſce Concordatis, ut Cæſar videat, ne quid inde detrimenti capiant Eccleſiæ & Reipubl. jura.* Confirmat hoc præcipue Capitulatio noviſſima moderni glorioſiſſimi Imperatoris *art. 19.* in verbis: **Und als über und wieder** Concordata Principum, **auch aufgerichte Vorträg zwiſchen der Kirchen / Päbſtlicher Heiligkeit / oder dem Stuhl zu Rom / und Teutſcher Nation mit unformlichen,** Gratien / 74. 75.

Reſcripten / Annaten der Stifft / ſo täglich mit Mannigfaltigung und Erhöhung der Officien an Röm. Hof / auch Reſervation, Diſpenſation, und ſonderlich Reſignation all ſolcher Præbenten / Prælaturen / Dignitäten und Officien / die ſonſten per obitum ad Curiam Romanam nicht devolviret werden / ſondern iederzeit / ohngeacht in welchen Monath ſie auch ledig oder vacirend werden / denen Ertz- und Biſchoffen / auch Capitulen und andern Collatoren zu vergeben heimfallen / wieweniger nicht per Coadjutorias Prælaturarum electivarum & præbendarum, oder in andere Weg / zu Abbruch der Stifft-Geiſtligkeit und anders wieder gegebenen Freyheit / darzu zu Nachtheil des Juris Patronatus, und des Lehn-Herren ſtetig und ohnunterläßig öffentlich gehandelt / derohalben auch unleidliche verbothene Geſelſchafft und Contracten oder Bündniß / als wir berichtet / vorgenommen und aufgerichtet worden / das ſollen und wollen wir mit der Chur-Fürſten / Fürſten und anderer Ständen Rath / bey unſern H. Vater dem Pabſt und Stul zu Rom / Unſers beſten Vermögens abwenden und vorkommen / auch darob und daran ſey / daß die vorgemeldte Concordata Principum und aufgerichte Verträge / auch Privilegia und Freyheiten gehalten / gehandthabt / und / und denenſelben feſtiglich gelebt / und nachkommen / iedoch was vor Beſchwerungen darinnen gefunden und Mißbrauch entſtanden / daß dieſelbe Vermög deßhalben gehabter Handlung zu Augſpurg in dem tauſend fünfhundert und dreyßigſten Jahr bey gehaltenen Reichs Tag abgeſchafft / und hinfürter der gleichen ohne Bewilligung der Churfürſten nicht zugelaſſen werde.

76. Ex hiſce jam patet, quod per dicta Concordata Germanicæ Nationis ſola inveſtitura feudalis quoad bona & regalia ab Imperio dependentia Imperatori reſervata ſit cum jure *Protectionis Eccleſiæ & primariarum precum*, unde adhuc advocatus & defenſor Eccleſiæ Imperator audit: Obriſter Voigt der Chriſtenheit it. der Chriſtlichen Kirchen Advocat und Schirmherr / in Receſſibus Imperii ſupra allegatis. Sicque Religionis ac Templorum curam; quæ

ab

Digitized by Google

ab initio penes Imperatores & Reges fuit, cum univerſa Jurisdictione Eccleſiaſtica, Pontifices ad ſe tranſtulerunt, eamque in territoriis Principum Catholicorum cum ſuis *Reſervationibus* hactenus propoſitis & *Menſibus Papalibus* adhuc retinent & exercent.

Debent autem Menſes Papales originem citatis Concordatis 77.
Germaniæ, in quibus alterni Menſes conſtituti ſunt, ut in his, ſi morte Clerici beneficium Eccleſiaſticum vacaverit, Pontifex illud pro lubitu conferendi atque ſuis *Proviſionibus & Reſervationibus* utendi poteſtatem habeat. *Januarium*, tanquam primum menſem 78.
Papalem, excipiunt *Martius*, *Majus*, *Julius*, *September & November.* Hinc Burgoldenſ. *in Not. Imper. p. 2. diſc. 9. membr. 4. §. 8.* dicit: **Das ſind die gewiſſen Monat / darinnen die erledigten** Beneficia **dem Päbſtl. Stuhl mit der** Collation **heimſtehen.** Quantum verò hiſce menſibus, ubi recepti ſunt, Romanæ Curiæ favor valeat ad pingve beneficium acquirendum, demonſtrat Buſch. *de bon. Eccleſ.* De iis quoque in *Inſtrument. Pac. art. 5. §. 5.* 79.
verſ. in quorum autem &c. ita diſpoſitum eſt: *In quorum autem Eccleſiaſticorum bonorum immediatorum Capitulis utriusque religionis Capitulares & Canonici vigore præfati termini* (ſcil. Ann. 1624.) *certo utrinque numero admittuntur menſesque Papales id temporis in uſu fuerunt, porro quoque, ſi decedentes Capitulares & Canonici ex numero Catholicorum definito fuerint, obtineant, atque executioni, caſu eveniente, mandetur, modo Papalis proviſio Capitulis immediate à Curia Romana & tempore legitimo inſinuetur.*

Solum *primariarum precum jus* Imperatoribus reſervatum eſt. 80.
Poſtquam enim in Germania Pontifices auxilio Epiſcoporum jura ſacrorum ad ſe traxerunt, ut Imperatores, ceu ex antea dictis patet, inſigne juris ſacrorum naufrugium perpeſſi fuerint, ex hoc naufragio primarias preces, tanquam tabulas quasdam, rurſus collegerunt, ſibique non ex papali indultu & privilegio, ſed ex proprio jure & Imperatoria præeminentia vindicant. Gail. qui- 81.
dem *lib. 2. Obſerv. 155.* & Stephan. *de Jurisd. lib. 3. p. 1. c. 4.* aliive ſectatores Curiæ Romanæ aſſerunt, quod Imperator hoc Jus Pontificis indultu & beneficio exerceat, ab eoque conceſſum habeat. Quare hoc privilegium ſe bullatum vidiſſe ait Speculator *lib. 4. p. 3. de prok. & dignit. §. reſtat. n. 7.* Verum quamvis nec hodie ſine

in-

indulto Pontificis exerceatur, teſte Dn. Fritſch. *in Man. Juriſpubl. ſub verb. primar. precum jus.* Rectius tamen ſentiunt illi, qui primarias preces juri Majeſtatico Imperatoribus in conferendis Eccleſiaſticis prælaturis & præbendis competenti, tanquam reliquias juris regii ſacrorum, ex antiqua & approbata conſvetudine competentes adſcribunt. Vid. Reinking. *de R. S. & Eccleſ. lib. 3, cl. 1. cap. 9. n. 56.* ubi demonſtrat, quod Imperatori jus & poteſtas in Eccleſiaſticis non ex privilegio Pontificis, ſed tanquam Nutritio, Advocato ſupremo & Capiti ſeculari Eccleſiæ, **Krafft tragenden Keyſerlichen Ambts** competat. Notabilia plane ſunt verba
82. accuratiſſimi Dn. Conring. *in animadverſ. ad Bullam Innocent. X. contra Pacificat. Oſnabr. promulgatam*, hunc in modum à Burgold. *in Not. Imper. p. 2. diſc. 11. membr. 2.* allegata: *De precibus primariis ita loquitur Papa, quaſi ſoli ſuæ liberalitati debeantur. Non equidem negaverim à Papa ſolere jam aliquandiu tale quid Cæſaribus concedi. At jus hoc Cæſarum niti ſolis Papalibus conceſſionibus, id neutiquam videtur admittendum, idque quoniam ante plurima jam ſecula Cæſares hoc jure fuerunt uſi, non agnoſcentes donum aliquod Papale, ſed antiqua conſvetudine aliquid ſibi debitum ratione ſuæ coronationis. Quinimo videtur potius hoc jus ejus eſſe generis, quale illud, quod vi coronationis Imperator fiat Aquisgrani Canonicus Collegii S. Mariæ &c. Quæ itidem Papis haud debentur, ſed potius tenues ſunt reliquiæ antiqui Juris Cæſarei circa collationem Epiſcopatuum, Abbatiarum aliorumque beneficiorum Eccleſiaſticorum.* Hinc etiam ad reſervata Imperialia refertur & dicitur **Der Keyſerlichen Majeſtät anſehnlich** Jus **und** Regal, juxta Dn. Fritſch. *cit. loc.*

83. Hoc nomine verò primariarum precum non intelliguntur preces eorum, qui canonicatum petunt, ſed Imperatoris ipſius, aut cui hoc exercitium ipſe delegaverit, ſicque vocantur *Preces ci-*
84. *viliter.* Primariæ vero vocantur, quod ſemel duntaxat ſeu pro prima vice tantum, non autem bis aut ſæpius uni eidemque Imperatori in una eademque Eccleſia concedantur, excepto caſu, ſi preces conceſſæ non ſint ſortitæ effectum, forſitan ob mortem Preciſtæ, vel quod repudiaverit, tunc enim Imperator alium nomiare poteſt. Chochier. *in Schol. ad Prim. prec. in proœm. Hermes. faſc. Jur. publ. c. 11. ſect. 2. §. 7. n. 7.*

Di-

Diplomata, quibus iſtæ primariæ preces ad certam Eccleſiam 85.
continentur, dicuntur vulgo **Paniß-Brieffe** / forſitan exinde, quod per ejusmodi preces præbendam vel beneficium aliquod ad meliorem vitæ ſuſtentationem obtineat Preciſta. Vocantur quoq; **Vorſund** Præſentation-**Schrifften um Layen Pfründte**/vid. Wehner. *in Obſerv. Pract. ſub voc.* **Panißbrieffe.**

Eſt autem *jus primariarum precum* poteſtas, vi ſuperioritatis 86.
Imperatori competens, bene meritis vel idoneis ſuper beneficio Eccleſiaſtico, majore vel minore in Eccleſia vel monaſterio primum vacaturo promiſſionem faciendi. vid. Dn. Fritſch. *cit. loc.*
Alias quid & quale ſit jus primariarum precum optime explicat 87.
Carol. IV. *in reſcript. de primar. precib.* apud Goldaſt. *tom 1. conſtit. Imper. p. 343.* ubi ait: *Imperator habet jure & approbata conſuetudine à Divis Romanorum Imperatoribus & Regibus prædeceſſoribus hactenus obſervata poteſtatem, ex coronationis ſuæ ſolennis ad Romanorum Regnum impletione, in quolibet monaſterio in Imperio conſtituto unam tantum vigore primariarum precum ad beneficium Eccleſiaſticum promovendi perſonam.*

Unde patet, quod Imperator vigore primariarum precum 88.
bene meritas vel alias idoneas perſonas ad beneficium primo vacaturum in Germaniæ Metropolitanis, Cathedralibus, Colleg. & regularibus Eccleſiis nominare poſſit, Hermes *cit. c. 11. n. 6.* Neq; huic juri obeſt ſtatutum in Eccleſia factum, ut ſupprimantur certi Canonicatus pro neceſſitate Eccleſiæ vel Collegii. Quia hoc Statutum interpretandum eſt, ut nulli noceatur, nec Cæſari nec Preciſtæ. Unde fit, quod ejusmodi ſuppreſſiones non valeant, 89.
niſi citatis omnibus, quorum intereſt, cauſæ cognitione adhibita, an vergat in evidentem Eccleſiæ utilitatem. Et ſi Preciſta expectare debeat, donec vel tempus ſuppresſionis eſſet finitum, vel præbendati ad numerum reſtrictum redacti, quælibet Eccleſia in fraudem indulti principalis, prætenſa ejusmodi ſuppresſione, ſe poſſet eximere, & hoc modo preces ad multos annos ultra vitam Preciſtæ eludere, quod neutiquam admittendum eſt. Beſold. *in Theſ. Pract. verb. Primariæ preces* & Hermes *d. c. 11. n. 34.* Competit 90.
autem hoc jus Imperatori, tanquam reſervatum, ita tamen ut illius exercitium aliis quoque concedere poſſit, ſic interdum con-

Digitized by Google

ceſſum eſt exercitium Imperatrici ſeu Auguſtæ ad Abbatiſſas, ut teſtatur Dn. Thom. *in Tab. Jur. publ. tab. 6.* Limn. *de jur. publ. lib. 2. c. 9. n. 6.*

91. Effectus in eo præcipue conſiſtit, quod Preciſta Imperialis legitimo tempore, etiamſi in Menſibus ordinariis Pontifici reſervatis fiat, præſentatus, modo ſecundum naturam beneficii conferendi idoneus ſit, ab Epiſcopo vel Capitulo recipi debeat, licet alius expectativam præbendæ habens concurrat. Quin & ſi preciſta preces præſentaverit & intra menſem vacantem præbendam acceptaverit, Ordinarii eum inveſtire debent, adeò ut ad hoc per
92. executores conſtringi posſint. Hermes *cit. loc.* Hinc precibus hiſce affici beneficia quovis menſe vacantia, aſſerit Hermes. *cit. c. 11. n. 47.* Sive Papæ ſive Capituli ſex menſibus vacent. Quamvis enim in Concordatis Germaniæ ſex menſes Papæ reſervati ſint: Tamen harum precum jus Concordatis inter Fridericum Imperatorem cum ſede Apoſtolica initis longe eſt antiquius, ut non veriſimile ſit, Imperatorem Fridericum voluiſſe derogare huic Eccleſiaſtico reſervato, Cæſaribus à multis retro annis competenti, præcipue cum de renunciatione ſpeciali non conſtet, & noviſſimis quoque indultis Apoſtolicis poſt Concordata quoque Imperatoribus relictum ſit, teſtante Hermes. *laud. cap. 11. n. 74.* qui in hac materia præcipue cum Limn. *lib. 2. c. 9.* conſuli poteſt. Nam 62. quæſtiones de hoc *primariarum precum jure* in *d. c. 11. à n. 8. usque ad n. 72.* refert. Plura habentur penes Wehn. & Beſold. *ſub voc.* **Paniſs Brieffe** / qui poſterior exhibet formulam primariarum precum. Confer. Dn. Fritſch. *in Tract. de Regal. primar. prec. jur.*

93. In terris Evangelicis num Imperator hoc jus primariarum precum exercere poſſit, ante Inſtrumentum Pacis controverſum fuit. Multi negarunt, quorum rationes refert Burgoldenſ. *in Not. Imper. p. 2. diſc. 11. mem. 2.* Contrariam tamen & affirmativam ſententiam defendit Limn. *lib. 2. de Jur. publ. c. 9. n. 7. & ſeq.* atque ad rationes negantium reſpondet, addita cautela, ne per jus illud primariarum precum Auguſtanæ Religioni & Capitulis reformatis
94. damnum immineat; Sed per Pacificationem Oſnabrug. hæc quæſtio in tantum deciſa, ut neque etiam hæc cautela à Limnæo propoſita neceſſaria ſit. Imperator enim vigore dictæ Pacific. in Eccleſiis

ſiis Cathedralibus aliisque locis immediatis Auguſtanæ Confeſſioni addictis jus primariarum precum, ubi ante Pacificationem in poſſeſſione fuit, adhuc quidem exercere poteſt, ſalva tamen libertate religionis. Verba *Inſtrum. Pac. Germ. art. 5. §. ubi ſacra &c.* 95.
hoc declarantia ita ſe habent: *Ubi Sacra Cæſarea Majeſtas jus primariarum precum exercuit, exerceat etiam in poſterum, dummodo decente Aug. Confeſſ. addicto, in ejus religionis Epiſcopatibus Aug. Confeſſ. addictus ad normam Statutorum & obſervantiæ idoneus precibus fruatur. In mixtis verò ex utraque religione ſeu Epiſcopatibus ſeu aliis locis immediatis precibus primariis præſentatus non gaudeat niſi beneficium vacans religionis conſors poſſederit.*

Extra primarias preces hoc modo receptas in terris Proteſtantium omnes Pontificum reſervationes, confirmationes, menſes Papales & ſimilia alia cum ejusdem ceſſant Jurisdictione. 96.
Quapropter etiam cum præterlapſo ſeculo repurgata eſſet religio & Auguſtanæ Confeſſioni addicti jugum Pontificum excuterent, Confirmationem Pontificis Epiſcopi Auguſtanæ Confeſſionis non immeritò neglexerunt. 97.
Pontificii quidem illos hanc ob cauſam neque pro veris Epiſcopis agnoſcere, neque etiam in Epiſcoporum ordinem, aut ad ſeſſionem & ſuffragia in Comitiis ferenda admittere voluerunt. 98.
Quia enim ex pacto cum Nicolao inito, quod vim quaſi legis obtinet; Epiſcopi Germaniæ confirmationem Romæ petere & diſpenſationem quoque in poſtulatione ab eodem Pontifice Romano impetrare debent; Epiſcopi proteſtantes verò ſive electi ſive poſtulati utrumque negligunt, ideoque arbitrabantur, quod deſit illud, ſine quo in Epiſcoporum Germaniæ numero minime haberi poſſent.

Verum huic objectioni jamdudum per Pragmaticam ſanctionem Pacificationis Oſnabrugenſis ſatisfactum eſt *art. 5. §. 6.* in verbis: Welche von denen Augſpurgiſchen Confeſſions-Verwandten zu Ertz-Biſchoffen/ Biſchoffen oder Prælaten erwehlet oder Poſtulirt werden / ſollen von der Römiſchen Keyſerlichen Majeſt. nach dem ſie innerhalb Jahr dero Wahl oder Poſtulation beglaubten Schein einbringen/ auch die bey ſolchem Regal-Lehn gewöhnliche Pflichte leiſten / und auſſer einiger Einrede inveſtirt werden / und über die 99.

Digitized by Google

Summa des gewöhnlichen Tax fernerhin noch deſſen Helfte
für die Belehnung reichen; Eben dieſelben / oder bey vaci-
render Stelle / die Capitul / und diejenige / welchen die
Verwaltung mit demſelben zugleich gebühret / ſollen ſo
wohl auf allgemeine / als abſonderliche deputation-viſita-
tions-reviſions- und andere Reichs-Convent, dem Gebrauch
nach / ſchrifftlich beruffen werden / und ihre Stimme füh-
ren / allermaſſen ein ieglicher Standt vor dem Religions
Streit derſelben Gerechtigkeit fähig geweſen. Exinde jam
patet, quod ad conſtituendos Epiſcopos Proteſtantes præter ele-
ctionem Capituli nihil aliud quam Confirmatio Imperatoria requi-
100. ratur. Quapropter etiam in cit. Capitulatione Cæſarea, ubi de
obſervantia Concordatorum German. agitur, ſpecifice Proteſtan-
tes, quibus jura Epiſcopalia integra ſervantur, excepti ſunt in ver-
bis: daß ſo viel dieſen Articul betrifft / unſern lieben Ohei-
men und Chur-Fürſten zu Sachſen / Brandenburg und
Pfaltz / auch ihren Religions-Verwanden / Fürſten und
Ständten / ingleichen der ohnmittelbahren Reichs-Rit-
terſchafft / und deren allerſeits Unterthanen / und denen
Augſpurgiſchen Confeſſions-Verwanden / die Reformirte
mit eingeſchloſſen / welche unter Catholiſchen Geiſt- oder
Weltlichen Obrigkeiten wohnen / oder Landſaſſen ſeyn /
dem Religion- und Prophan-Frieden / auch dem jüngſt zu
Münſter und Oßnabrück aufgerichtem Frieden-Schluß /
und was deme anhängig / wie obgemelt / ohn abbrüchig
und ohne conſequenz, Nachtheil und Schaden.
101. Quamvis itaque Religionis ac Templorum curam, quæ ab i-
nitio penes Imperatores & Reges fuit, cum univerſa Jurisdictione
Eccleſiaſtica, Pontifices ad ſe transtulerunt, eamque in territoriis
102. Principum Catholicorum adhuc detineant; Tamen nebulis & tene-
bris Pontificiæ impoſitionis depulſis, veritate per B. Lutherum
detecta ac Chriſtiana doctrina repurgata, Principes & Status Re-
formati Jurisdictionem Eccleſiaſticam & religionis curam recu-
103. perare cœperunt. Braudlacht. *Epit. Juriſpr. Publ. lib. 5. c. 7. §. 7.* Hoc
ita feliciter eveniente, nova quaſi, uti nunc eſt, Jurisdictionis Ec-
cleſiaſticæ facies refulſit, quæ etiam pleniſſime & firmiſſime per-
Paſ-

Paſſavienſem Transactionem *de Anno 1552.* & mox inſecutam Reli-
gionis Pacificationem *de Anno 1555.* ut & Oſnabr. Pacific. *art. 5. §. 1.*
& 16. junct. Rec. Imper. Ratisb. de Anno 1557. §. 8. & 1559. §. 5. confirmata
eſt. Quorum tenore, ut teſtatur Reink. *lib. 3. Claſſ. 1. c. 10. n. 1.* Ju- 104
risdictio Eccleſiaſtica Pontificiorum in terris & ditionibus Augu-
ſtanæ Confeſſioni Addictorum ſuſpenſa, Pontificibus jura Epiſco-
palia iterum erepta, & Principibus ac Statibus Imperii Evangelicis
reſtituta ſunt, ita ut in ipſorum Provinciis non amplius Epiſcopis
eorumque Officialibus; Sed ipſis potius Principibus vigore Supe-
rioritatis Territorialis, Krafft habender Landes-Fürſtlicher
Obrigkeit / competant. Andr. Knich. *de Sublimi. Territor. Jur. c.*
3. n. 149. Dn. Carpzov. *Jurispr. Conſiſtor. lib. 1. def. 2. n. 6.*

Dubitari quidem cœpit: An Epiſcopalia hæc jura à Principi- 105.
bus in terris Proteſtantium recte exerceantur? Pontificii *negativam*
acriter defenderunt, ac contra *Pacif. religioſam* in Concilio Triden-
tino multa tentarunt; ſed irrito ſane auſu, quare *affirmativa* firmo
ſtat talo, atque præter allata confirmatur per ea, quæ tradit Syring.
de Pac. Relig. Concl. 15. Iſta namque Pacificatio non vi, nec ferro,
ſed amiciſſimo Ordinum Imperii inter ſe tractatu introducta & ob-
tenta eſt, ut vero paternoque affectu ſciens & volens Carolus V.
eam approbaverit, proptereaque laudem & famam æternam apud
poſteros promeruerit, quod Pacis religioſæ in Germania conſti-
tuendæ autor fuerit & promotor. Lazar. à Schvvendi *in diſſert. de*
adminiſtr. Imper. Roman. Spontaneam illam approbationem non 106.
ſolum *Receſſ. Ratisbonenſ. de Anno 1541. §.* und dieweil / ſed & ipſa
transactio Paſſavienſis *in pr.* ſufficienter comprobat, dum hæc ex-
hibet verba: Haben wir aus angeborner Begierde / Treue /
Liebe und Neigung / ſo wir zum heil. Reich / auch allen
und jeden deſſelben Ständen und Gliedern und ſonderlich
zu Erhaltung und Beförderung gemeiner Wohlfarth /
Ruhe / Friedens und Einigkeit / auch zu Abſtellung und
Verhüthung Chriſtliches Blut-Vergieſſens / Verderben
der Unſchuldigen und Verheerung des Vaterlandes billig
und willig vertragen. Vid. Dn. Carpz. *ad Leg. Reg. German. cap.*
3. ſect. 7. per tot. Quare etiamnum Pacificatio Religioſa poſt 107.
Concilium Tridentinum viget. Quamvis enim *Aut.* der Donawer-

triſchen *Information p. 1.* illud urgeant, atque non niſi ad ejus promulgationem Automiam hanc duraſſe aſſerant, Proteſtantibus ſaltem moratoriam dilationem usque ad judicium *Concilii Tridentini* concedentes; Tamen hæc omnia validitatem Pacificationis reſigioſæ ne in minimis quidem infringunt.
108. Negare equidem non poſſum, à Cæſare Ordinibusque definitum fuiſſe, quousque Pacificatio Religionis vigere debeat, nimirum usque ad totalem & placidam diſſidii in Religionis negotio exorti compoſitionem in Concilio œcumenico, Provinciali Colloquio vel publicis Comitiis faciendam, ceu apparet ex Receſſ. Imper. *de anno 1555.* §. und nachdem eine Vergleichung / in verbis: So haben wir gewilliget / ſolchen Frieden in allen obbeſchriebenen Articuln biß zu Chriſtlicher / Freundlicher und endlicher Vergleichung der Religion und Glaubens-Sachen ſtet feſt und unverbrüchlichen zu halten und demſelben getreulich nachzukommen / wo dann ſolche Vergleichung durch die Wege des General-Concilien, Nation-Verſamlung / Colloquien oder Reichshandlung nicht erfolgen würde: So ſoll alsdann nichts deſto weniger dieſer Friedſtand in allen obbeſchriebenen Puncten und Articuln bey Kräfften / biß zu endlicher Vergleichung der Religion und Glaubens-Sachen / ſtehen und bleiben &c.
109. Sed num tale fuerit Concilium Tridentinũ per multas prægnantiſſimas rationes negatur penes Auct. der ſtattlichen Ausführung der Urſachen / warum die Chur- und Fürſten und andere Stände der Augſpurgiſchen Confeſſion das ausgeſchriebene Concilium zu Trident nicht zu beſuchen ſchuldig geweſen. Vid. Hortleder. *de cauſ. Bell. Germ.*
110. Quapropter Receſſibus Imperii *de anno 1566.* §. und nachdem It. *de Anno 1582.* §. Welche von wegen. longe poſt *Tridentinum Concilium* promulgatis diſerte Pacificatio Religioſa approbata ac ab Imperatoribus tam inviolabilis æſtimata eſt, ut illam in Capitulationibus Cæſareis confirmaverint. Vid. Dn. Carpzov. *ad Leg. Reg. German. c. 3. ſect. 7.*
111. Proinde hunc ſemper obtinebit effectum, ut in perpetuum duret, nec ullo modo citra Imperatoris & Statuum conſenſum tolli queat. Præprimis cum poſt Concilium illud con-
112. firmatio per *Rec. Imper. de Anno 1566.* §. und nachdem / &c. ac *Pacif.*

Oſna-

Oſnabr. art. 5. ut & Capitulationes Cæſareas facta ſit, quibus ſingulariter ad Pacificationis Religioſæ perennem obſervantiam juramento ſeſe obſtringunt Imperatores. Vid. Fibig. *cit. loc.* Præcipue verò per Pacif. Oſnabrug. ejusque *art. 5.* hæc pacificatio religioſa in tantum ſtabilita eſt, ut absque ullo dubio ſuſpenſa permaneat in terris Proteſtantium Jurisdictio Eccleſiaſtica Pontificis ejusque Epiſcoporum, ac jura Epiſcopalia vigore Superioritatis territorialis recte à Statibus Aug. Confeſſ. exerceantur & acquirantur. Quia verò à Superioritate territoriali dependent, ideoque manifeſte patet, quod illi, quibus Feuda à Principibus conceduntur, licet ipſis omnigena Jurisdictio tributa fuerit, Jurium tamen Epiſcopalium aut Jurisdictionis Eccleſiaſticæ nequaquam participes eſſe poſſint, ſiquidem in eos Superioritas ac Poteſtas territorialis non cadit, Reink. *lib. 1. c. 5. c. 2. n. 49.* Nec cum mero & mixto Imperio Jura Epiſcopalia quicquam commune habent, ita ut alicui non vigore Jurisdictionis, ſed quatenus Status Imperii eſt, competant, per *Rec. Imper. Aug. de Anno 1555. §.* **und damit ſolcher Friede** *15.* Dn. Carpzov. *lib. 1. Juriſpr. Conſiſtor. tit. 1. def. 3.* Dn. Struv. *Synt. Jur. Feud. c. 6. aph. 17. n. 6. & 7.* ubi monet, quod jura quædam particularia Conſiſtorialia quibusdam Comitibus præſertim, Baronibus & Civitatibus à Principibus aliquando ſpecialiter concedantur. 113.

Sed cum Principes & Status Imperii, quibus jura Epiſcopalia acquiruntur, diligenter cavere debeant, ne vel uſurpatione vel adminiſtratione confundantur ea, quæ vel ipſa DEI ordinatio ac negotii qualitas ſeparavit; Illa verò in quatuor Capitibus ut (1) in Ordine, (2) Lege Diœceſana, (3) Jurisdictione & (4) Dignitate conſiſtant. Laurent. Ohm. *de Jur. Epiſc. per tot.* Ideoque hæc omnia ſaluberrime determinarunt. Ad *Ordinem* quidem verbi divini prædicatio, adminiſtratio Sacramentorum, poteſtas clavium, ut & ordinatio Miniſtrorum Eccleſiæ refertur, quæ in ſe ſpectata ad Principes non pertinent; Cura tamen circa illa, quoad externa, Principibus competit. *Legi Diœceſanæ* adſcribitur adminiſtratio bonorum Eccleſiaſticorum, viſitatio & erectio ſeminariorum doctrinæ Evangelicæ. *Jurisdictioni* accenſetur Epiſcopalis audientia perſonas Clericorum & cauſas ſpirituales ſive Eccleſiaſti- 114. 115. 116.

cas

117. cas concernens. *Dignitas* denique conſiſtit in prærogativa gradus & præeminentia, qua Clerici ſtatibus Laicis antecellunt: *c. duo*
118. *ſunt 10. diſt. 96. c. ſolicitæ 6. de major. & obed.* it. in privilegiis, immunitatibus & ſecuritatibus Epiſcopalibus. *t. t. C. de Epiſc. & Cler.* Vid. *Diſſert. noſtræ inaug. de jur. Epiſcop. Anno 1668. habit.* in qua hæc omnia fuſius illuſtrata ſunt, quorſum, ut intra terminos me contineam, B. L. officioſe remitto, illudque monendum eſſe puto, quod ſingula capita in noſtris Eccleſiis convenienter exerceantur. Nam in his, quæ *Ordinis* ſunt & Miniſterium reſpiciunt, ut eſt *prædicatio verbi divini, adminiſtratio ſacramentorum &c.* ſe ipſos Principes non intromittunt, ſed curam & poteſtatem externam tantum gerunt, ut *poteſtas Eccleſiaſtica interna*, quam ſpiritualem vocamus, ac docendo, adminiſtrando ſacramenta, ligando & ſolvendo peragatur, ſolis quidem miniſtris Eccleſiæ propria maneat; Externa verò, quæ per modum directionis exercetur, Principibus juxta illud Conſtantini Magni: *Vos Epiſcopi in Eccleſia: Ego Epiſcopus extra Eccleſiam*, nempe quoad adminiſtrationem ſalva permaneat, quo curam gerant, ut omnia ſecundum ordinem divinitus inſtitutum per Superintendentes ac Miniſtros Eccleſiæ ad normam Evangelicam de-
119. center perficiantur. Reink. *lib. 3. Cl. 1. c. 10. n. 5.* Ea verò, quæ ſunt Jurisdictionis Eccleſiaſticæ & Legis Diœceſanæ, vel ſibi ſolis reſervant Principes, vel etiam per Conſiſtoriales expediunt. Reink. *cit. loc. n. 6.* Dn. Carpzov. *d. lib. 1. tit. 1. def. 11. n. 6.* Nam quando circa perſonas, cauſas & bona Eccleſiaſtica controverſiæ emergunt, laudabiliter à Statibus Evangelicis conſtitutum eſt, ut negotia quidem ſecularia in Cancellariis & judiciis ſecularibus cognoſcantur & definiantur; Cauſæ vero Spirituales & Eccleſiaſticæ per certos conſiliarios & perſonas Eccleſiaſticas terminentur, unde *Conſiſtoria Eccleſiaſtica* originem traxerunt. Matth. Stephan, *lib. 3. de*
120. *Jurisdict. p. 1. c. 15. n. 11. & 16.* Quamvis autem alias quodvis judicium appelletur Conſiſtorium. *l. 1, C. de Comit. Conſiſt. & l. ult. C. de Offic. diverſ. jud.* Ipſo Conſiſtorii vocabulo innuente; *Proprie* tamen *hic* denotat ſolum judicium Eccleſiaſticum, in quo negotia Eccle-
121. ſiaſtica tractantur. Dn. Carpz. *lib. 3. Juriſpr. Conſ. def. 1. n. 12.* qualia non ſolum in Provinciis Saxonicis, ſed etiam apud omnes Principes & Status Auguſtanæ Confeſſionis conſtituta ſunt. Reinking. *cit.*

cit. c. 10. n. 10. Dn. Carpzov. *d. def. 11. & 12.* Quin etiam licet nullo 121.
ſingulari Conſiſtorio conſtituto, lites & cauſæ indiſtincte in Can-
cellariis expediantur, nihilominus Citationes & Decreta in Con-
troverſiis Eccleſiaſticis *hac edi ſubſcriptione*: Fürſtliche &c. zur
Official- oder zum Conſiſtorial-Sachen verordnete &c. pra-
xis ſubinde monſtrat. Melior itaque quod jus Sacrorum eſt con- 122.
ditio Principum Proteſtantium, quam Imperatoris & Catholico-
rum, cum hi *à Pontifice* dependeant; Illi veró de ſuis ſacris *proprio*
jure diſponant. *Summum* ergò *intereſſe*, ut verbo hoc uti lice- 123.
at, *Evangelicorum Imperii Statuum in eo vertitur, ut hæc Epiſco-
palia jura fortiſſime atque maxime ſtrenue adverſus omnes impeditio-
nes Pontificiorum maſcule defendant.* Eccleſiaſtia hæc poteſtas tam
chare empta atq; parta ſit illis veluti *ſanctum ſanctorum*, in quod ne- 124.
minem præter ſe ipſos intromittant. Bene proinde Mauritius Haſ-
ſiæ Landgrav. apud Hortleder. ait: daß die Freyheit in Reli-
gions-Sachen der Stände höchſtes Regale ſey/ teſte Gran.
de Pac. Religioſ. in Proœm. Multa ſingularia hac de re exhibet Illu-
ſtris & Generoſus Dn. à Seckendorf / in *Tract.* abſolutiſſimo des
Teutſchen FürſtenStaats *p. 2. c. 11. n. 2.* ubi inter alia ſequentia
proponit verba: daß die Landes-Herren deß proteſtirenden
theils / ſo wohl nach dem Grunde Göttlicher und natür-
licher / als auch nach Zulaſſung der üblichen Rechte und
Satzungen / nebſt den Weltlichen auch das Geiſtliche Re-
giment / ſo weit einer Chriſtlichen Obrigkeit zukömmet /
zu führen haben: Maſſen ſie denn dieſes / wie billig / ſeiner
Vortrefligkeit und Wichtigkeit nach vor das gröſte Re-
gal oder Obrigkeitliche Recht halten und achten / und ſol-
ches euſſerlich zu behaupten / alle die Mittel und Wege
brauchen / die etc. in Weltlichen Regiments-Sachen /
bey den erſten Punct der Regierung / erzehlet. 125.

Hæc jam, quæ in genere hactenus de juribus Epiſcopalibus
propoſita ſunt, ad curam quoque & protectionem Templorum
applicari poſſunt. Licet enim adhuc penes Pontificios non aliis,
niſi Pontifici, Epiſcopis, Adminiſtratoribus & Coadjutoribus Epi-
ſcopatuum ut & Abbatibus & Prælatis exemptis cum juribus Epi-
ſcopalibus etiam Cura & Inſpectio Templorum, primaria ſolum-
modo Protectione Eccleſiarum Imperatori relicta, competat;

126. Penes Nos tamen cura & adminiſtratio Templorum à Superioritate territoriali cum cæteris Juribus Epiſcopalibus dependet, ut vel ipſis Principibus Auguſtanæ Confeſſionis, vel etiam Conſiſtoriis, quæ in Provinciis Statuum Evangelicorum jura Epiſcopalia exercent, potiſſimum incumbat, quod etiam de cura ædificiorum Parochia-
127. lium aſſerit Dn. Carpz. *lib. 2. Jurispr. Conſiſtor. def. 334.* Quare ſicut de jure Canonico conſenſu & autoritate Epiſcopi Eccleſiæ & templa ædificantur & reſtaurantur per *c. quidam 10. c. 18. q. 2. & c. Eccleſia 2. de conſecr. diſt. 1.* Ita quoque in noſtris Eccleſiis autoritate Superioris, qui jura Epiſcopalia exercet, Eccleſiæ ædificantur, collapſæ reparantur, altaria ac baptiſteria extruuntur, juxta Heig. *ad §. 8. Inſt. de rer. diviſ.* & Carpzov. *lib. 2. Jurispr. Conſiſtor. def. 334.*
128. Nec ratione hoc deſtituitur probabili. Nunquam enim temere templum ædificare licet, niſi exquiratur prius cauſa, num ædificium loco fiat congruo, an populi incrementum Eccleſiæ ædificationem exigat, ac fructus & reditus adſint ſufficientes, quibus Eccleſia conſtrui, ac conſtructa conſervari queat. *c. ad audientiam 3. X. de Eccleſ. ædificand.* quæ inquiſitio non niſi in Conſiſtoriis Principum inſtitui poteſt.

129. Non ſolum vero Templorum rerumque ſacrarum cura, ſed & protectio & defenſio Eccleſiarum ad Superiores pertinet, quæ alias *Advocatia Eccleſiaſtica*, vulgo **Vogtey oder Kaſten-Vogtey**/ ad differentiam *Secularis Advocatiæ* vocatur. Si non ſolummodo *temporalis*, ſed & *hæreditaria* eſt, dicitur **Erbkaſten-Voigtey**. Dn.
130. Struv. *c. 4. Synt. Jur. feud. aph. 20. circa fin.* Nihil vero aliud eſt, quam jus defenſionis & protectionis Eccleſiarum cum jurisdictione & inſpectione adminiſtrationis œconomicæ conjunctum. Poſt-
131. quam enim Pipini, Caroli M. aliorumve donationibus bona Templorum præcipue aucta fuerunt, Eccleſiaſticis vero non conveniret, negotiis ſeſe immiſcere ſecularibus, ideo quidam ſunt conſtituti, qui ſecularia curarent, &, ne quid in Eccleſia per vim aut ſordes fieret providerent, Eccleſiasque & earum bona in judicio, ut & ab injuria ac vi defenderent, nec non jurisdictionem in eo-
132. rum territoriis exercerent. Hos pia antiquitas *Advocatos Vice-Dominos* **Vogt** & **Caſten-Vogt** vocavit. Unde penes Lehmann. *in Chron. Spirenſ. lib. 2. c. 36.* Hincm. *cap. 7. c. 31.* dicit: *Decretum eſt,*

ut

Digitized by Google

ut Epiſcopi univerſiq; Sacerdotes habeant Advocatos, quia Epiſcopi ac Sacerdotes ad ſolam laudem DEI bonorumque operum actionem conſtituuntur. Debet ergò unusquisq; eorum non tam pro Eccleſiaſticis, quam etiam propriis ſuis actionibus habere advocatum, non male ſuſpectum, ſed bonæ opinionis, ne dum humana lucem attendunt, æterna præmia perdant. Huncque Advocatorum conſtituendorum morem Reges quoque ac Imperatores Germani approbârunt, ut probat exemplum Dagoberti, qui Eccleſiæ Trevirenſi D. Petri Arnulphum Auſtriæ Ducem *Anno 623.* hoc modo conſtituit Advocatum: *Ut præfatarum Eccleſiarum res proſperè ferantur, videlicet B. Petri & Maximini, ne deinceps à Graſſatoribus quicquam moleſtiæ inferatur, Rectorem & Advocatum damus illuſtrem Dominum Dn. Arnulphum ſanguine regio natum; cui hæc omnia fideliter obſervare præcipimus &c.* Duobus vero modis hi Eccleſiarum Advocati conſtituti ſunt. *Primo* enim *Imperator* tanquam ſupremus Eccleſiæ defenſor ſive Advocatus *c. 34. X. de Elect. & elect. poteſt.* Eccleſiæ advocatum deputabat, eique jus advocatiæ aliquando in feudum dabat. *Altero modo* Prælati Eccleſiarum defenſores & advocatos ſibi elegerunt ac conſtituerunt, hocque jus Advocatiæ defenſoribus ſuis in feudum conceſſerunt. Martin. Mager. *de advocat. c. 9.* Sæpe etiam Eccleſiis terras donantes jus advocatiæ ſibi reſervarunt Lehmann. *d. l. c. 36.* Quandoque in recompenſationem Advocatiæ feudum quoddam in re ad Eccleſiam pertinente conſtituebatur, ut Mager. *cit. tr. c. 6.* aſſerit. Sicque magni beneficii loco Advocatiæ jus æſtimatum fuit, ſed ob abuſum ſubſecutum ejusmodi difficilibus & moleſtis protectoribus carere, commodi loco haberi cœpit, teſtante Roſenthal. *de feud. c. 4. Concl. 14. n. 2.* præcipue poſtquam ipſi Prælati de Jurisdictione inveſtiti ſunt. His enim temporibus non idem, qui olim advocatorum uſus fuit, ita ut in adminiſtratione Epiſcopatus in deſvetudinem abierit. Monaſteriis ſolummodo nonnullis exceptis, in quibus adhuc, Jurisdictionis præcipue criminalis exercendæ cauſa, conſtituti ſunt, ut teſtatur Pauerm. *lib. 2. de Jurisdict. Imper. Roman. c. 10. n. 26. & ſeq. circa fin.* Hodie penes Nos ſpeciales quidem advocatos ignoramus, Principibus tamen non ſolummodo in Cœnobiis ſub diſtrictu ſitis, ſed & in templis aliisve ædibus ſacris jure Superioritatis hanc advocatiam & inſpectionem adminiſtrationis juſtitiæ & bo-

Margin numbers: 133. (beside "Huncque Ad-"), 134. (beside "Duobus vero modis"), 135. (beside "Sicque magni bene-"), 136. (beside "Hodie penes Nos")

norum Eccleſiaſticorum merito tribuimus, ut ſine illorum conſen-
137. ſu bona ejusmodi alienari & oppignorari nequeant. Ab Impe-
ratore quoque Principibus in ſuis territoriis ſub formula hac: **Mit allen Prælaturen und Klöſtern Geiſt- und Weltlichen Zwingen / derſelben weltlichen Obrigkeiten / Schutz / Rechten und** Advocatien concedi, cum Wehner. *in Obſerv. Pract. ſub. voc.* **Vogtey** aſſerit Reinking. *de Regim. ſecul. & Eccleſ. lib. 3. claſſ.*
138. *1. c. 9. n. 78.* Non minus igitur Templi defenſio & cura terrarum dominis incumbit, quam ipſa Reipubl. adminiſtratio. Dn. Gerhard. *in loc. de Magiſt. Polit. §. 163. & ſeq.* Hinc & DEUS ipſe *Eſaiæ 49. n. 23.* Eccleſias in tutelam Regum & Principum dedit.
139. Quia vero hoc tempore in Imperio Romano-Germanico duplex eſt Superioritas, *duplex* quoque Eccleſiæ habetur *protectio: Una* reſpectu *Imperatoris;* Adſtringitur enim ille Capitulatione Cæſarea, præſtito juramento confirmata, **daß er die Chriſtliche Kirche / als derſelben** Advocat **in guten treulichen Schutz und**
140. **Schirm halten wolle.** Carpz. *de L. R. Germ. cap. 2.* *Altera* reſpectu Statuum Imperii. Decian. *reſp. 5. n. 17. vol. 4.* qui vigore Pacificationis religioſæ jura Epiſcopalia tenent, atque jus Advocatiæ ab Imperatore in territoriis ſuis conceſſum habent. Nam uti hoc capite fuſius monitum per Tranſactionem Paſſavienſem & ſubſecutam Religionis Pacificationem Jurisdictio Eccleſiaſtica Pontificiorum in terris & ditionibus Auguſtanæ Confeſſioni Addictorum ita ſuſpenſa eſt. **R. A.** *de Anno 1555. §.* **damit auch obberührte beyderſeits** &c. 20. ut in ſuis territoriis jurisdictio tam Eccleſiaſtica quam ſecularis & exinde dependens protectio Eccleſiarum vigore territorialis Superioritatis, **Krafft habender Landes-Fürſtlicher Obrigkeit** / Statibus Aug. Confeſſ. competat & exerceatur.

CA-

Digitized by Google

CAPUT V.

De
Juribus circa Templum ædificandum occurrentibus.

Summaria.

1. In omni loco Deus ſerias exaudit preces.
2. Adducuntur exempla.
3. Majoris tamen venerationis gratia Templis utimur.
4. Tranſitus fit ad jura, quæ circa Templum ædificandum occurrunt. Conſiſtunt in ædificatione, fundatione & dotatione.
5. Cauſæ ædificationis Templorum conſiderantur.
6. Ædificantur Templa (1) ob incrementum populi.
7. (2.) Propter commoditatem plebis.
8. Hanc ob cauſam quoque fieri poteſt Separatio Templorum.
9. (3) Univerſitatis intuitu, ſi adſint leproſi.
10. Leproſis vel conſtructio Templi permittitur, vel ſeparatim ſacra adminiſtrari debent.
11. Hinc Xenodochialia Templa.
12. (4) Ob dignitatem Epiſcopus novum Templum ædificare poteſt.
13. Cuilibet Templi ædificatio permiſſa.
14. Modo (1.) adſit juſta cauſa.
15. (2) Interveniat cauſæ cognitio.
16. In quibus inquiſitio & cauſæ cognitio conſiſtat.
17. (3) Illorum quorum intereſt, conſenſus requiritur.
18. Præcipue conſenſus Epiſcopi.
19. Epiſcopus debet (1) examinare locum.
20. (2) Deo per preces conſecrare.
21. (3) De dote cognoſcere.
22. Quomodo conſenſus Epiſcopi intervenire debeat? Finckelthuſ. conſenſum præcedentem requirit.
23. Ex æquitate conſenſus quoque ſubſequens admittitur.
24. Multi quoque tacitum Epiſcopi conſenſum ſufficere ſtatuunt.
25. Lambertin. diſſentientis opinio reſtringitur.
26. Quær. An conſenſus Capituli ad templi ædificationem requiratur? Negativa defenditur.

Digitized by Google

27. Excipitur caſus ſedis vacantis.
28. Penes Nos ad conſtructionem Templi Principis vel Conſiſtorii autoritas requiritur.
29. & 30. Neglecta Principis autoritate Templum immunitate non gaudet.
31. Idem obtinet de jure Canonico neglecto conſenſu Epiſcopi.
32. Patroni quoq; & Paræcianorum conſenſus requiritur.
33. Ratio deſumitur à ſumptuum præſtatione.
34. Præter conſenſum eorum, quorum intereſt, deſiderantur etiam ſolennitates.
35. Crucis ſignum quit eo Pontificii utuntur, rejicitur.
36. Penes Nos in exſtructione Templorum omittitur. Principes quandoque primum ponunt lapidem.
37. Hæc lapidum poſitio aliis quandoque in ſignum honoris conceditur.
38. Præcipue ad Templorum exſtructionem ſumptus requiruntur. Hos fert (1) qui templum ex religionis fervore ædificat.
39. Si nemo ædificet Eccleſiam, conſuetudo loci inſpicienda eſt, & ex ærario Eccleſiaſtico ſumtus erogari debent.
40. In ſubſidium Paræciani conferre tenentur.
41. Rationibus hoc confirmatur.
42. Nulla inter Parochianos ſtatuenda eſt differentia.
43. Si quis duplex habet domicilium dupli ſubjacet contributioni.
44. Nec Nobiles Parochiani excipiuntur.
45. Nihil intereſt, etiamſi Paræciani ſub alio Magiſtratu vivant. Qr. an Forenſes poſſint in contributionem vocari? Negat Klock. de contribut.
46. Klockii negantis ſententia reſtringitur ad caſum, ſi non ſint Parochiani.
47. Aliud obtinet, ſi Parochiani ſint.
48. Ipſe Klock. ſententiam ſuam in caſu conſuetudinis contrariæ limitat.
49. Parochiani in pagis, ſive ſint manſarii ſive hortulani, ad contributionem tenentur.
50. Modus contribuendi debet eſſe æquabilis.
51. Et inſtitui ſecundum quantitatem patrimonii.
52. Etiam in pagis.
53. Filialiſtæ, ſi proprium non habent templum, ad fabricam Matris conferre tenentur. Finckelthuſ. Filialiſtis tertiam adjudicat partem.
54. Dn. Carpz. æqualem inter Filia-

li-

Digitized by Google

liſtas & reliquos Parochianos conſtituit diſtributionem.

55. Loci conſvetudo præcipue ſpectari debet.

56. Filialiſtæ, ſi proprium habent Templum ad fabricam Matris conferre non debent.

57. Parochiani non ſolum ſumptus, ſed & operas præſtare debent.

58. Hoc præcipue obtinet in pagis.

59. Oppidanos Paræcianos ſolummodo ad contributionem pecuniariam obſtrictos eſſe, Carpz. ſtatuit.

60. Quandoq; tamen ad operas quoq; tenentur.

61. Ad ædificationem promovendam Præfecti Eccleſiæ conſtituti ſunt.

62. Primaria inſpectio Superintendenti competit.

63. Hæc omnia quoq; pertinent ad refectionem veteris Templi.

64. Illi (1) debent reficere, quos conſvetudo vocat.

65. Conſvetudo hæc probanda eſt.

66. (2) Reparatio ex ærario Eccleſiaſtico fieri debet.

67. Reditus Eccleſiæ olim in 4. partes diſtributi ſunt.

68. Quarta pars eſt conſtituta ad refectionem Templorum.

69. Ad reparationem etiam decimæ impenduntur.

70. Onus hoc tum ſequitur, qui decimas percipit.

71. Habenda tamen eſt ratio dignitatis.

72. (3) Si reditus ærarii non ſufficiant ad refectionem, tenentur Clerici beneficiati.

73. Deducere tamen poſſunt alimenta.

74. Quantum Clerici conferre debeant, ſuperior taxare debet Caſus refertur, ubi Clerici ſumptus conferre non tenentur.

75. (4) In ſubſidium ad reſtaurationem Eccleſiæ tenentur Parochiani.

76. Confirmatur per exemplum populi Iſraëlitici.

77. Ad refectionem pertinet etiam modus contribuendi in ædificatione propoſitus.

78. Omnia hæc obſervantur in Provinciis Saxonicis.

79. (1) Erogantur ſumptus ex reditibus Eccleſiæ.

80. Præcedere debet Superintendentis & Patroni diſquiſitio.

81. (2) Paræciani contribuere tenentur.

82. Et operas præſtare.

83. Mercedem quoq; ad locum durante refectione cultus divini gratia conducendum ſolvere tenentur.

48. Hæc

Digitized by Google

84. Hæc omnia quoque ad particularem refectionem applicari poſſunt.
85. It. ad refectionem ſubſelliorum ab Eccleſia elocandorum.
86. Secus eſt in ſubſelliis Officialium.
87. Ultimo etiam Parochi ad certos obſtringuntur ſumptus.
88. Qua forma Templum ædificetur, nihil intereſt. Olim ad Orientem templa converſa ſunt.
89. Chriſtiani in primitiva Eccleſia precaturi ad Orientem ſe convertebant.
90. Chriſtianis imputatum, quod Heliolatriam committerent.
91. Preces ad Occidentem à pia Antiquitate non rejectæ ſunt.
92. Ad Orientem ſtructuram Templi convertere vel non res eſt mere adiaphora.
93. Olim ad formam Crucis Templa ſunt exſtructa.
94. Hæc ædificandi ratio non attenditur.
95. Quondam Templum in tres partes diviſum eſt.
96. (1) Erat Porticus, in quo conſiſtebant pœnitentes &c.
97. (2) Erat Gremium, ubi ſedebant viri & fœminæ à ſe invicem ſejunctæ.
98. (3) Erat Chorus, hunc Laici extra tempus oblationis non intrabant.
99. Nec oblationis tempore ingrediebantur.
100. Partes Chori erant (1) Altare. (2) Suggeſtum. (3) Sedilia.
101. Templis adjecta erat die Sacriſtey.
102. Hodie pro loci conditione templa ædificantur.
103. Subſellia hodienum ſeparata ſunt.
104. Modus exſtruendi Templa eſt res indifferens.
105. Ædificationem excipit Fundatio. Fundatio deſcribitur.
106. Locum juriſdictioni Epiſcopi ſubjicit.
107. Locus debet eſſe idoneus.
108. An novi operis nunciatio contra ſtructuram Templi locum habeat.
109. Quæritur: an Dominus ad locum idoneum vendendum cogi poſſit? R. Quod ſic.
110. An refuſio pretii ſemper fieri debeat? quæritur. Negativam certa ratione Dn. Conring. defendit.
111. Dotatio a quonam fieri debeat.
112. Ulterius hoc confirmatur.
113. Epiſcopus, qui ſine dote templum conſecravit, id dotare tenetur.
114. Præſumtione dotis conſtituta gravatur fundator.
115. Dotatio deſcribitur.

116. In

Digitized by Google

116. *In quibus ſubſiſtere poſſit dos?*
117. *Unde oritur jus Patronatus.*
118. *Qua ratione templum deſtructum ſua jura & privilegia amittat?*
119. *Quatenus refectione ejus Patronatus acquiratur.*
120. *Deſcribitur jus Patronatus.*
121. *Dicitur Gratioſum jus & unde?*
122. *Quomodo acquiratur?*
123. *Onera Juris Patronatus.*
124. *Commoda ejusdem conſiſtentia (1) in Præſentatione.*
125. *(2) Proceſſione.*
126. *(3) Alimentatione.*
127. *Cujus debeat eſſe religionis præſentandus à Patrono?*

ETſi quidem DEUS ubique ſit, neque alicujus loci ambitu 1.
cultus ejus circumſcribi debeat, cum in omni loco puras levantes manus exaudiat. Quia non locus, ut ait Baſil. *in exhort. t. ad Baptiſm. & pænit.* ſed affectus & intentio exigitur. Deum namque medio in mari Moyſes exoravit; Job in ſter- 2.
quilinio, Ezechias in lectulo ad miſericordiam provocavit; Jeremias in luto, Jonas in ceto, Daniel in lacu, Latro in cruce, Petrus & Paulus in carcere exauditi ſunt. Nihilominus ſine Majeſtatis ſuæ imminutione, imo cum maxima Nominis divini veneratione 3.
in certis quibusdam locis, quæ Templa dicuntur, devoto præcipue cultu SS. Trias adoratur, cum & ipſe DEUS juſſerit, & ſanctiſſimi homines id fieri & ſermone & exemplo docuerint, ut teſtatur Joh. Baptiſt. Caſal. *de veter. ſacr. Chriſtianor. ritib. part. 3. c. 33. circ. initium*, eaque propter impugnatores Templorum & Altarium, antiquiores ſcilicet Hæreticos ut & Julianum Apoſtatam & Copronymum Imper. taxat. Quare non immerito conſideratis perſonis, quibus & 4.
jura Epiſcopalia & cum illis protectio & cura templorum competit, ad illorum ædificationem & extructionem progredimur, ut jura illam comitantia conſiderentur, quæ (1) in *ædificatione* (2) *fundatione* & (3) *dotatione* conſiſtunt.

Quoad *ædificationem* præſupponendum eſt, quod *cauſa* illius 5.
movens ſit *cultus divinus*, ut convenienter exerceatur, & *concomitantes* ſint *variæ*, v. g. incrementum populi, commoditas plebis vel certæ univerſitatis, Epiſcopalis dignitatis privilegium & poteſtas. Lancell. *Inſt. Jur. Can. lib. 2. tit. 18. §. 3.* Ob *incrementum populi* con- 6.
ſtruenda eſt Eccleſia, cum certis in regionibus adeo multitudo fi-

Digitized by Google

delium excrevit, ut illorum curæ unicum ſit impar templum, vel etiam ſi gens quædam de novo ad fidem convertatur. *c. nulli Archi-*
7. *Epiſcop. 2. diſt. 90.* Propter *commoditatem plebis* nova ædificanda erit Eccleſia, quando Parochiani à ſe invicem diſtant, ut tempore præprimis hyberno & cum per pluvias inundationes fiunt, absque magna difficultate & periculo veterem adire ibique congruis temporibus ſacris intereſſe & ſacramenta percipere nequeant. *c. ad au-*
8. *dientiam 3. X. de Eccleſ. ædific.* Quam ob cauſam etiam juxta illa, quæ *c. 2.* monita ſunt, ſeparatio unitorum templorum fieri poteſt, ut hoc modo periculis animarum & difficultatibus Parœcianorum provideatur *arg. c. 41. X. de Elect.* Finckelthuſ. *de Jur. Patron. c. 9. n. 63*
9. Univerſitatis intuitu nova Eccleſia ædificari poteſt, quando plures leproſi adſunt. Iis enim, ut proprio cum cœmiterio gaudeant
10. templo, permittendum erit. Solent namque leproſi propter contagii periculum à cæterorum conſvetudine procul amoveri & extra portas plerumque collocari, qua de cauſa à Caſſiodoro *Transportanei* dicuntur. Quocirca ſi tot leproſi fuerint congregati, ut Eccleſiam cum cœmiterio ſibi conſtruere valeant, ut dicitur *in c. 2. X. de Eccleſ. ædif.* id eis denegandum non eſt. Quin etſi novum templum conſtruere nequeant, illis tamen ſeorſim ſacra adminiſtrari debent, ne contagioſis exhalationibus reliquos contaminent
11. & inficiant. Quare adhuc in gratiam Xenonum Xenodochialia Templa penes nos exſtructa, die Hoſpital-Kirchen / offendi-
12. mus. Epiſcopo denique in ſua parochia novi templi ædificatio vi dignitatis Epiſcopalis conceditur, juxta *c. bonæ rei pen. c. 12. q. 2. & c. pen. X. de donat.*

Hinc licet quilibet nova templa ædificare poſſit, in tantum ut
13. Princeps ſtatuendo, ne de novo exſtruantur, immunitati Eccleſiaſticæ derogare videatur *per c. ult. X. de Eccleſ. ædif.* Neutiquam tamen hoc abſolute, ſed poſitis demum certis conditionibus proce-
14. dit, quæ in eo conſiſtunt, ut (1) *adſit talis juſta cauſa*, ad quam etiam referri poteſt illa, quando quis ex devotione fidei & pietatis novum extollit templum, dummodo quæſtus ſpes abſit. *c. ſi quis baſilicam 10 de conſecr. diſt. 1.* aut ſuperſtitio, cum neque per ſomnium neque per inanes revelationes quorumlibet hominum ædifi-
15. cari poſſint templa vel altaria. *c. placuit 26. de conſecr. diſt. 1.* (2) ut

cau-

Digitized by Google

cauſæ cognitio interveniat. Nunquam enim temere templum ædificari debet, ſed cognitione præcedente, quæ nulli alii quam Epiſcopo, ad quem alias omnis cura piarum cauſarum ſpectat, competit. Cardin. Tuſch. *Tom. 3. Pract. Concl. 22. n. 1.* Illa vero inquiſitio in ſequentibus conſiſtit, ut exploretur prius, an fructus & reditus adſint ſufficientes, ut Eccleſia conſtrui, conſtructa conſervari & Eccleſiæ miniſtri ſuſtentari queant. Præterea num cauſa juſta ædificandi adſit, & an in præjudicium tertii exſtruatur. *c. nemo Eccleſiam 9. de conſec. diſt. 1.* In ædificatione ſiquidem templorum hoc præprimis obſervandum venit, ne vicinis ædibus noceatur. *c. 1. de N. O. N.* & quamvis favor, qui pro religione facit, ſummus ſit, *l. 34. circ. fin. de religioſ. & ſumtib. fun.* Eccleſia tamen cultrix & nutrix juſtitæ non patitur, ut contra juſtitiam aliquid fiat in detrimentum alterius, *c. ſi clientulus verſ. Eccleſ. enim. de alien. feud.* 1. *F. 13.* (3) ut eorum, quorum intereſt ut templum novum exſtruatur vel non, adhibeatur conſenſus. *c. ad audientiam 3. X. de Eccleſ. ædif. Clem. 2. de reb. Eccleſ. non alien. c. multis 51. c. 16. q. 1.* 16. 17.

Quapropter conſenſus & autoritas Epiſcopi illius diœceſeos, in qua fundantur, in exſtructione templorum quam maxime requiritur, per *Nov. 5. c. 1. Nov. 6. c. 1. Nov. 67. c. 1. c. nemo 9. de conſecr. diſt. 1. c. omnes 10. c. 16. q. 7.* alioſve multos textus juris Canonici à Finckelthuſ. *de jur. Patron. c. 4. n. 6. citatos.* Rationes hujus aſſerti variæ redduntur, partim (1) quod *Epiſcopi* Diœceſani ſit, *locum inſpicere* & examinare, an ad erectionem Templi ſit congruus & utilis, ne forte ſpeluncæ illicitæ & non orthodoxæ Eccleſiæ ædificentur. *c. Eccleſias 28. c. 16. q. 7. Nov. 67. c. 1.* it. an Eccleſia in conſpicuo & editiori loco exſtructa, à commerciis ementium & vendentium remota, & à ſordidorum opificum ſtrepitu & fœtore immunis ſit. Schönborn. *l. 1. Polit. c. 14.* Hœnon. *diſp. polit. 11. th. 8.* Partim (2) quod Epiſcopus debeat manus ad cœlum extendere & per orationem locum DEO conſecrare, ut ita bonum & decens fundamentum ponatur. *can. nemo 9. can. Eccleſias 13. de Conſecr. diſt. 1.* Partim etiam (3) quod Epiſcopo conveniat cognoſcere, quomodo *dos congrua & ſufficiens* ſit conſtituenda, neve contingat ædificium templi inchoari & non conſummari. *d. can. 9. & Nov. 131. c. 7.* Accedit, 18. 19. 20. 21.

M 2 quod

quod jam dum nominatæ inquiſitionis munus nulli alii, quam Epiſcopo competat, ut vel propterea authoritatem & conſenſum ipſius accedere neceſſum ſit.

22. Sed hic talis (1) ſuboritur quæſtio: An conſenſus Epiſcopi ante actum, vel in ipſo actu intervenire debeat, an verò ratihabitio quoque ſufficiat. ut conſenſus Epiſcopi interponatur quoque, poſtquam templum exſtructum eſt. Reſp. Finckelthuſ. *de Jur. Patron. c. 4. n. 33.* quod ſtricto jure conſenſus Epiſcopi præcedere debeat, hocque per textus juris Civilis & *Nov. 5. c. 1. Nov. 67. cap. 1. Nov. 131. c. 7.* ut & per textus Juris Canonici *c. nemo 9. de conſecr. diſt. 1.* adjecta ratione ſequenti confirmat, quod Chriſtianum ſit, ut hoc pium opus à piis precibus inchoetur, ut ita bonum ac decens fundamentum ponatur, locus quoque an congruus ſit, nec ne, examinetur & de dote cognoſcatur, ut Lambertin. *de jure Patron. lib. 1. art. 18. q. 5.* aſſerat: *Quod nec primus lapis apponi debeat, niſi primum dote congrua aſſignata.* Quæ omnia evincere videntur conſenſum Epiſcopi præcedere debere. Verum quamvis hoc regulariter largiamur:

23. Nihilominus tamen ex æquitate conſenſus Epiſcopi ſuperveniens cauſam impedimenti tollere, illud quod ab initio quidem vitioſum videbatur, convalidare ac ſtructuram templorum legitimare poterit, non ſecus ac ſi ab initio interpoſitus fuiſſet *arg. c. cura. 11. & c. ſuggeſtum 20. X. de jure Patron.* Quam ob cauſam Epiſcopi conſenſum etiam poſtea intervenire poſſe, quamplures tradunt interpretes, quos allegat Garcias *de Benef. p. 5. c. 9. n. 72.*

24. Quinimo multi quoque tacitum Epiſcopi conſenſum ſufficere volunt, quibus quidem Lambert. *de jur. Patron. lib. 1. art. 6. q. 2. p. 1.* contradicit, ac non niſi expreſſum Epiſcopi conſenſum admittit, verum quin & tacitus quandoque ſufficiat, dubium ſane nullum eſt, modo actus aliquis interveniat, ex quo de tacito conſenſu Epiſcopi conſtet.

25. Quapropter etiam Lambertin. ſententia à plerisque Doctoribus limitatur, quod non procedat, ſi conſtet Epiſcopum ſcire id, quod agitur, & nullam cauſam contradicendi habere; Sic conſenſus Epiſcopi præſumitur interveniſſe, ſi adſint indicia idonea, veluti, ſi Altaria ſint erecta, ſi facta ſit conſecratio, ſi celebrentur divina officia, & ſi quæ ſunt ſimilia alia. Matth. Stephan. *in diſcurſ. Acad. jur. pub. 10. concl. 9.*

(2) Quæ-

Digitized by Google

(2) Quærunt Canoniſtæ: An ultra conſenſum Epiſcopi etiam 26.
Capituli ſuffragium circa ædificanda templa requiratur? Negativam ut plurimum defendunt, præſertim cum jura noſtra Epiſcopi tantum, nullibi vero Capituli conſenſum requirant, *d. Nov. 5. c. 1. Nov. 67. c. 2. Novell. 131. c. 7. d. can. nemo 9. de conſecr. diſt. 1.* Sed caſus ſedis Epiſcopalis vacantis excipiendus eſt. Sede namque vacan- 27.
te conſenſus Capituli omnino neceſſarius erit, quia ſede vacante Jurisdictio Epiſcopalis omnimoda ad Capitulum devolvitur, ut omnia quæ ad notionem & imperium pertinent, tam quoad voluntariam, quam contentioſam Jurisdictionem æque ac Epiſcopus expedire poſſit. *c. un. ne ſed. vac. in 6to. c. cum olim 14. X. de major.* Pauermeiſt. *de jurisdict. lib. 2. c. 8. n. 115. & ſeq.*

Hodie penes nos in provinciis Proteſtantium ad conſtructio- 28.
nem novi templi Principis vel Conſiſtorii vicem Principis repræſentantis autoritas neceſſaria eſt. Jura namque Epiſcopalia aliaque Eccleſiaſtica, à quibus templorum quoque ædificatio dependet, pars ſuperioris & præeminentioris illius juris, quod Provinciale & noſtro idiomate **die Landes-Fürſtl. oder Landes hohe** 29.
Obrigkeit vocari ſolet, facta ſunt, ut teſtatur Mund. *vol. 1. Conſil. 17. n. 168.* Unde quoque ad Principes aliosve Superioritatem territorialem exercentes cura exſtruendorum & conſervandorum templorum ſpectet, ut non niſi illorum autoritate templa ædificari, reparari, altaria exſtrui, aliaque DEO dicari poſſint, ceu Cap. præcedenti monitum. Æqvum enim eſt, ut cum illorum conſenſu fiat, quod alias ipſis ratione officii expediendum incumbit. *Ordin. Eccleſ. Elect. Saxon art. gen. 32.* Carpzov. *lib. 2. Jurispr. Conſiſt. def. 334.* Finckelthuſ. *de Jure Patron. c. 4. n. 32.* Et hæc auctoritas Epiſcopi 30.
vel Principum quoad ædificationem Templorum in tantum neceſſaria eſt, ut neglecta ea templum ædificatum immunitate Eccleſiaſtica gaudere nequeat. *c. quidam 10. c. 18. q. 2. c. 8. de conſecr. diſt. 1.* Quare ſicut de Jure Canonico tale ædificium abſque autoritate & 31.
conſenſu Epiſcopi exſtructum pro nullo habendum, claudendum, demoliendum vel ad uſus humanos convertendum eſſe aſſerit Felin *in c. ſignificavit n. 2. X. de teſtib.* præcipue cum Alexandri IV. Pontificis Romani expreſſa conſtitutio *in c. autoritate 4. X. de privileg. in 6.* accedat. Ita quoque hæc omnia ad neglectam Superioris auto-

Digitized by Google

toritatem quoad Principes noſtros Auguſtanæ Confeſſioni addictos applicari poſſunt, ut tradit Mund. *cit. vol. 1. Conſil. 18. n. 192.*

32. Præter conſenſum quidem Epiſcopi *Patroni* quoque, qui vel per fundationem, vel etiam per ipſam conſtructionem aut dotationem jus Patronatus acquirere vult, ſuffragium cum *Paræcianorum aſſenſu* requiritur. Parœciani enim cum Patrono & Magiſtratu pariter ut & Clero Eccleſiam conſtituunt. Reinking. *de Regim. Sec. & Eccleſ. lib. 3. Claſſ. 1. c. 13.* Carpzov. *lib. 2. Juriſpr. Conſ. def. 334. & 336.* Quare illorum intereſſe ratione onerum ſibi ex ædificatione immi-

33. nentium maximopere attendi debet. Patronum namque ad ſuppeditationem ſumptuum, ſi Eccleſia iis poſtmodum opus habeat, ſuum adſtringit officium. *arg. c. nemo 9. de conſecr. diſt. 1.* Quæ ratio etiam in Parochianis militat, à quibus in ſubſidium quoque ſumptus ad ædificationem Templorum exiguntur. Conſentit *Ordin. Eccleſ. Elect. Saxon. Art. General. 32. §.* Damit aber die Kirchen &c.

34. Denique ſolennitates ad legitimam ſunt adhibendæ exſtructionem, quæ de *jure Canon.* in eo conſiſtunt, ut Epiſcopus ſeu Diœceſanus in loco, in quo eſt exſtruenda Eccleſia, *crucem figat, atrium deſignet, preces ad DEUM fundat, primumque lapidem ponat. c. nemo 9. de conſecr. diſt. 1.* Lancell. *Inſt. Jur. Can. tit. 18. §. 9.* Paul de

35. Citadinis *de Jur. Patron. p. 3. cauſ. 1. n. 8. & 9.* Quam crucis poſitionem, ut alias ceremonias, quæ ad decentem ordinem in Eccleſia faciunt, non reprehendimus, niſi ſuperſtitionis accedat opinio. Sed quia Canoniſtæ ſignificationem illam Crucis pro medio ἐνεργητικῶ habent, eamque à Diaboli inſidiis & inſultibus ſecuritatem præſtare aſſerunt, non poſſunt non hoc ſigno crucis ab-

36. uti. Quapropter & hæc ceremonia in exſtructione novorum templorum penes nos plane omittitur, reſervatis ſolummodo piis precibus pro felici ſucceſſu ſtructuræ meditatæ, quandoque tamen in ſignum Jurium Epiſcopalium & conſenſus interpoſiti Principes primum ad extructionem Templorum ipſi ponunt lapidem. Sic Heidelbergæ in ſuburbio Lutheranis modernus DN. ELECTOR ſingulari gratia templum ad ſacra obeunda conceſſit, primumque lapidem cum Principe Electorali Carolo poſuit, uti inſcriptio ſacri

37. illius ædificii demonſtrat. Quandoque etiam ſingularis honoris gratia aliis Principibus à Dominis territorii hæc ſolennitas concedi-

ceditur. Hinc & Potentiſſimum Saxoniæ Electorem Hanoviæ *Anno 1658. M. Majo*, cum pompa ſplendidiori ad ædificationem templi Evangelici Proteſtantium primum poſuiſſe lapidem, teſtis eſt Hiſtoria. Sicque penes nos, plerumque ponente Principe vel domino territorii primum lapidem, ſtructura procedit.

Quia tamen exſtructio Templorum ſumptuoſa, ideo, fundato conſenſu eorum, quorum auſpiciis illa procedere debet, jam erogatio ſumptuum examinanda eſt, circa quam (1) merito primæ debentur partes illi, qui ex *laudabili religionis fervore* templum ædificat & ſumptus ad extructionem neceſſarios de propriis ſubminiſtrat, quapropter in ſignum gratitudinis ipſi quoque jus Patronatus conceditur. *Nov. 123. c. 8. arg. c. cum ſicut 8. X. de conſecr. Eccleſ.* Mediante hâc ſumma Imperatorum Chriſtianorum munificentia aliorumque cordatorum hominum inſigni liberalitate quam plurima hactenus extructa fuiſſe templa, conſtans teſtatur hiſtoria. 38.
Quod ſi tamen pius religionis fervor neminem ad hoc impellat, 39.
conſvetudo loci, ubi templum ædificandum eſt, inſpicienda venit. *arg. c. 42. X. de Simon.* Præcipue æquitas ſvadet, ut ex *ærario Eccleſiaſtico* ejusque reditibus ſumptus neceſſarii exhibeantur. Quod ſi demum nec illud adſit, nec ad ſumtus ſuppeditandos ſuf- 40.
ficiat, utilitas tamen & neceſſitas fabricam novi templi exigat, tunc Parœciani novi templi contribuere & ſumptus ſuppeditare tenentur, quod non ſolum jure Canonico *in c. 4. X. de Eccleſ. ædific.* in verbis: ut ad eorum exemplum cæteri invitentur, determinatum, ſed etiam per recentiores *Ordinat. Eccleſ.* confirmatum eſt. Neque 41.
etiam ratione deſtituitur juſta, cum namque Parochianorum cauſa & utilitas in templorum ædificatione haud minima vertatur, ut ſcilicet in certo loco cœleſti ac ſpirituali cibo paſcantur, ideoque etiam æquitas ſvadet, ut onus in ædificatione ſuſtineant, præprimis in ſubſidium, ſi tantum in ærario Eccleſiaſtico non inveniatur, ut ad fabricam novi Templi ſufficiat. Joh. Baptiſt. Coſta *in tract. de remed. ſubſid. remed. 106. illat 20.*

Inter Parochianos quoque nulla erit ſtatuenda differentia. 42.
Omnes enim indiſtincte cujuscunque ſint conditionis ad contributionem adſtricti ſunt. Nam ſicut ad reparanda mœnia vel noviter extruenda nec non refectionem pontium, itinerum & aliarum

rum rerum communium etiam Eccleſia indictiones in ſubſidium ſolvere tenetur, juxta *l. 7. Cod. de SS. Eccleſ. ibique* Brunneman. Ita multo magis ad omnes indiſtincte Parœcianos etiam illos, qui alias privilegio gaudent, contributio pertinebit, cum cauſa pia, publica & communis ſit. Omnes ſiquidem utuntur commodo
43. Templi, in tantum, ut ſi quis duplex habeat domicilium, & in utroque fabrica templi ſuſcipiatur, etiam contributioni duplici ſubjaceat, ut teſtatur Dn. Carpz. *lib. 2. Jurispr. Conſiſt. def. 341. num. 11.*
44. Nec excluduntur Nobiles Parochiani, quia & cauſa hujus oneris perſonas Nobilium afficit, modo ratione bonorum feudalium à contributione immunes ſint, cum jus Vaſallagii ſubditum non faciat, ut Nobilibus intuitu bonorum feudalium onus contribuendi ad fabricam Templorum, quod jure ſubjectionis imponitur, injungi nequeat, cum & alias ſubditi ſolummodo collectentur. *l. 6. §. ult. ff. de muner. & honor.* Porro nihil intereſt, an Parœciani
45. ſub alio Magiſtratu & in alio territorio degant, ſuumque habeant domicilium, nec ne. Qr. quidem: An forenſes, qui in Parochia, cujus templum refectione indiget, fundos & prædia poſſident, in contributionem vocari poſſint? *Negativam* defendit ſententiam Klock. *de contribut. c. 10. ſect. 1. n. 57. & ſeq.* propter rationem, quod hoc onus mere reale non ſit, ſed mixtum, ut ejus obligatio dirigatur in perſonam principaliter, licet taxatio fiat reſpectu rerum; Ideoque cum forenſes neque ratione domicilii, neque reſpectu originis Magiſtratui dicti loci ſubjecti ſint, collectis hiſce eo minus gravari poſſe aſſerit, quod poſtmodum ampliat & cum Natta *Conſil. 215.* concludit, *quod forenſes neque ad fabricam Eccleſiæ noviter con-*
46. *ſtructæ, neque etiam ad veteris refectionem teneantur.* Sed hoc in illis forenſibus, qui *Parochiani non ſunt* ſolummodo procedit, tunc enim ratione prædiorum in Parochia ſitorum ad fabricam Eccleſiæ regulariter contribuere non teneantur, veluti decidit Steph. Bertrand. *lib. 1. conſ. 53.* Aliud obtinet, *ſi ſint Parochiani*, an enim ſub u-
47. no, an ſub diverſo Magiſtratu habitent, nihil intereſt, ſufficit, quod ratione templi unum habeant domicilium, & hoc expreſſe confirmat *Ordin. Eccleſ. Elect. Saxon. cit. art. 32.* in verbis: Ob ſie gleich
48. nicht unter einer / beſondern viel Herſchafften geſeſſen. Sicut etiam ipſe Klock. ſuam ſententiam limitat in caſu, ubi conſvetudine

con-

Digitized by Google

contrarium receptum, & tot actus interceſſerunt, ex quibus tacito populi conſenſu conſvetudinem introductam eſſe appareat, cujusmodi conſvetudinem communiter per Italiam obſervari, reſpondet Roland. à Vall. *lib. 1. Conſil. 32.* Vel ſi ſtatuto prædia forenſia tributaria facta ſint.

Licet quoque in pagis & villis parochiani diverſæ ſint condi- 49.
tionis, ut alii dicantur manſarii, Hüfner oder Pferdner/ alii vero hortulani, Häußler und Gärtner/ tamen omnes indiſtincte oneri contributionis ſubjecti ſunt, non ſolummodo, quod ſæpius citatæ Ordinat. generaliter loquantur, ſed etiam quia ratio, quæ in ſtructura templorum verſatur, cura ſcil. animarum omnes indifferenter ſtringit, ut æqvum omnino ſit, omnes indifferenter, qui nomine Parœcianorum der Eingepfarrten comprehenduntur, oneri contributionis ſubjicere. Klock. *de contribut. c. 10. n. 68.* Modo 50.
contributio æquabili nitatur ratione. Quamvis enim *non tam ad facultates*, quam numerum & *capita ſingulorum* reſpiciendum videatur, præcipue cum idem ad quosvis Parochianos pro ſalute animarum ſuarum ex hac contributione redundet commodum, ut hinc non tam ad facultates, quam capita Parochianorum reſpiciendum ſit; Quia tamen facultatum reſpectus, ex quo æqualitas o- 51.
ritur; minime negligendus eſt, ideoque indictionem ad templa vel ædificanda vel reficienda ſecundum æs & libram h. e. ſecundum vires & quantitatem patrimonii, nach eines jedem Vermögen/ inſtituenda eſſe, occaſ. *l. 1. C. de mun. patrim.* Dd. monent; Quod 52.
Dn. Carpzov. *cit. l. def. 342.* etiam ad Parœcianos paganos extendit, ita tamen ut inquilini & hortulani, die Häußler und Gärtner/ qui manſa & agros non poſſident, conjungantur, ut tot vel tot unum quoad ſumtuum adminiſtrationem repræſentent manſum, quod præcipue quoque monet Finckelthuſ. *de jur. Patron. c. 4. num. 90.* Quamvis conſvetudo hac in re minime negligenda veniat, juxta *l. 23. & l. 37. ff. de leg.*

Filialiſtæ, ſi proprium non habeant templum, forſitan, quod 53.
incendio conſumptum vel invaſione hoſtili devaſtatum ſit, etiam ad fabricam Matris ſunt obſtricti, & quidem æqualiter, quia cura animarum, cujus intuitu ſumptus ad ſtructuram templi exiguntur, æqualis eſt. Finckelthuſ. quidem *de jur. Patron. c. 4. num. 87.*

N aſ-

Digitized by Google

aſſerit: Moribus hodiernis Eccleſiam filialem Matri ad tertiam partem ſumtuum condemnari, hujusque rei gratia præjudicium
54. Conſiſt. Elect. Lipſienſ. *de Anno 1628.* allegat. Verum quia conſvetudo univerſalis de tertia contributionis parte ad fabricam Eccleſiæ matris à filia præſtanda demonſtrata nondum eſt, ideoque Carpz. *lib. 2. Jurispr. Conſiſt. def. 344.* autoritatem Conſiſtorii Supremi Elect. Saxon. ſecutus, æqualem inter Filialiſtas & reliquos Parochianos diſtributionem collectarum faciendam eſſe reſpondet, niſi conſvetudine aliud ſit receptum, cui meritò ſtandum, vim namque legis habet. *l. 2. C. quæ ſit. long. conſvet.* Bald. *ad l. 1. C. de Ser-*
55. *vit.* Imprimis igitur in hoc negotio cujuslibet loci ſpectandu erit conſvetudo, ſecundum quam Eccleſia filialis matri quandoq; ad æqualem partem, quandoque etiam ad aliam vel tertiam vel quartam condemnari ſolet. Finckelthuſ. *de jur. Patron. c. 4. n. 93.*
56. Quod ſi vero Filialiſtæ peculiarem adhuc in ſuo pago habeant Eccleſiam, in qua cultus divinus peragitur, & ſacramenta adminiſtrantur, quam ſumptibus propriis reficere coguntur, tunc nihil ab illis exigi poteſt. Nam non magis jam onerato aliud injungendum eſt onus, quàm jam afflicto ulterior addenda afflicto *l. 14. ff. de offic. Præſ. l. 4. §. quid ergo ff. ad Leg. Rhod. de jact. l. antepon. c. de pæn.*
57. Nec ſolum ſumptus, ſed & operas, tum equis, tum manibus, ad fabricam Eccleſiæ præſtare debent Parochiani, a quibus nemo immunis eſt, ſicuti enim ex vulgari ſententia antea relata ad refectionem rerum communium ipſa Eccleſia tenetur. *l. 7. C. de SS. Eccleſ. l. 33. §. 7. C. de Epiſc. & Cler.* Ita quoque Laici è contrario nullo modo eximere ſe poſſunt à collectis ad Eccleſiam ſpectantibus, quia idem habent commodum, & cauſa eſt pia, publica & proficua omnibus. vid. Klock. *de contrib. c. 10. ſect. 1. n. 55. in fin.* Hinc licet immunitatem alias habeant, tamen operas conferre tenentur. vid. Brunnem. *ad l. 7. C. de SS. Eccleſ.* Dn. Carpz. *lib. 2. Jurispr. Conſiſt. def.*
58. *340.* Jung. *Ordin. Provinc. Duc. Gothan. p. 1. c. 6. tit. 2.* Et hoc præcipue obtinet in pagis, ubi illi, qui equos & boves alere poſſunt, jumentis fabricæ inſervire, pauperiores vero operas manuarias
59. præſtare debent. Joh. Köppen. *dec. 13. n. 1.* Quoad Parochianos oppidanos, cum in oppidis ſervitia & opera ejusmodi nec exigi,

nec

nec præſtari ſoleant, utplurimum in contributione pecuniaria, qua operarii conducuntur, ſubſiſtendum eſſe, Dn. Carpzov. *cit. def. ſub fin.* monet. Sed tamen & illi quandoque pro neceſſitate 60.
ſtructuræ, ut operas inſimul præſtent, in ſubſidium adigi poterunt, cum inter illos & paganos Parochianos nulla quoad hanc rem poſſit dari differentia.

Ut autem ſtructura & fabrica templorum fideliter peragatur, 61.
ac operarii convenienter adhibeantur, Curatores & Proviſores rerum Eccleſiaſticarum, qui apud nos Præfecti Eccleſiæ, Kirch-Väter / Kirchen-Vorſteher / Kaſten-Herren / oder Altar-Leute / vocantur, ædificationis peragendæ gerunt curam; Ita tamen, ut primaria 62.
inſpectio Superintendenti illius loci & Patrono competat, per ea, quæ in conſimili caſu de ſubſelliis Templorum proponit Dn. Carpzov. *lib. 2. Jurispr. Conſiſt. def. 359.* Hinc ſi videamus hodie templum noviter extructum, memoriæ gratia & *Superintendentis* & *Patroni* ac *Curatorum* nomina vel lapidibus inſcripta, vel alias conſignata deprehendimus.

Hæc, quæ de templi novi conſtructione propoſita ſunt, ad 63.
antiqui quoque & veteris refectionem & ampliationem propter paritatem rationis extendenda veniunt, niſi vel contrario regionis more, vel communi Eccleſiæ ſtatuto, vel amicabili & contraria pactione aliud receptum ſit. Klock. *de contribut. c. 10. ſect. 1.* Quare 64.
ad reparationem templorum (1) illi prius vocandi ſunt, quos conſvetudo huic ſubjicit oneri, ut *arg. 1. ad apoſtolicam 42. X. de Simon.* concludit Abb. *in c. 1. de Eccleſ. ædif. n. 3.* In tantum, ut ad evitandum hoc onus uſui Eccleſiæ, cui ſubſunt, ubi ſacramenta percipiunt, ac ſacris interſunt, renunciare nequeant, quia hoc à facultate ipſorum neutiquam dependet. *c. omnis 12. X. de pœnit. & remiſſ.* Bertrand. *lib. 1. Conſil. 41. n. 26.* Quoniam verò ejusmodi conſvetu- 65.
do in facto ſubſiſtit, ab allegante probanda eſt. *c. 1. de conſvet. in 6.* quæ probatio vel per inſtrumenta, vel etiam per teſtes peragitur, id quod in ſpecie ad hanc ipſam conſvetudinem reparandi templa applicat Franciſc. Ripa *tit. de legib. & conſvetud. reſp. 14. n. 5.* Ceſſan- 66.
te (2) conſvetudine, ſtatuto ſeu diſpoſitione ſpeciali reparatio ex proprio ipſius Eccleſiæ peculio de portione ad fabricam Eccleſiæ deputata fieri debet. *c. decrevimus 10. c. 10. q. 1.* Ex jure namque 67.

Digitized by Google

Canonicò conſtat, omnes reditus & proventus Eccleſiæ olim in quatuor partes fuiſſe diſtributos, quarum *una* cedebat Epiſcopo, *altera* Clericis, *tertia* erogationi pauperum & ſuſtentationi peregrinorum inſerviebat, *quarta* verò fabricæ & Eccleſiis reparandis. *c.*
68. *quatuor 27. c. 12. q. 2.* Cardin. Tuſch. *pract. Concl. lit. F. concl. 3.* Quoad priſcos quidem canones *tertia* reparationi erat determinata portio *c. decrevimus. 10. c. 10. q. 1.* poſtmodum autem ad *quartam* redacta eſt. *d. c. quatuor. 27.* & hæc refectio ab ædilibus ſacris, qui vocantur die Kirch-Väter / ceu ſuperius monitum, procuranda & abſolven-
69. da eſt. Inter hos quoque reditus & proventus decimas connumerari obſcurum non eſt, cum non tantùm pro victu miniſtrorum Eccleſiæ, & pauperum Eleemoſyna, ſed etiam propter fabricæ Eccleſiæ conſtructionem & tuitionem inſtitutæ, atque pro reparatione templorum tacitè obligatæ ſint, Peck. *in tr. de Eccleſ. reparand. cap.*
70. *18. in princ.* Et quamvis hodie diſtributio illa antiqui juris in omnibus non attendatur, atteſtante Stephano Aufrero *decis. Capell. Tholoſan. 499.* Illud tamen & jure & conſvetudine receptum eſt, ut onus hoc prædictis reditibus annexum eum ſequatur, qui eorum
71. perceptionem ſibi vendicat, modo ratio habeatur dignitatis & conditionis Prælati, qui decimas percipit, ne uno eodemve tempore amplius, quam oportet iſtiusmodi reparationibus prægravetur. Idque in ſummis Galliarum prætoriis ſedulò obſervari, ex Papone *lib. 1. tit. 1. §. 12. Arreſtor.* aſſerit Klock. *de Contrib. c. 10. ſect. 1. n. 38.*
72. Quod ſi vero (3) nec decimæ & fructus Eccleſiæ eaque portio, quæ vel de jure, vel de conſvetudine ad reparationem Templorum deſtinata eſt, ſufficiat, tunc Epiſcopus & Canonici in Eccleſia Cathedrali, quia per eos tota illa Eccleſia repræſentatur. *c. 4. X. de his quæ fiunt à major. part.* Quin etiam omnes Clerici beneficiati ad refectionem pro rata fructuum & beneficiorum conferre debent per *c. 1. & 2. X. de Eccleſ. ædific. c. ſi monachus 22. c. 16. q. 1.* quia qui commodum percipit, onus quoque ferre debet, per notaria. Aliam rationem ab uſu fructuario deſumtam allegat Finckelthuſ.
73. *de jur. Patron. c. 4. n. 84.* Sed deducenda prius ſunt, quæ pertinent ad neceſſariam Clericorum ſuſtentationem, ne alias cogantur deſervire ſine alimentis contra vulgatas juris Canonici regulas *c. 4. X. de Eccleſ. ædif. & d. c. 22. c. 16. q. 1.* modo tales ſint Clerici, qui reſi-

dent,

dent, alias ſi reſidentes non ſint, neceſſaria ad ſuſtentationem deducere nequeunt, cum de altari vivere non debeat, qui ipſi non inſervit. Cavalc. *p. 2. deciſ. 22.* Quantum vero Clerici conferre debeant, jure definitum non eſt, ſed Superior taxare debet reſpectu beneficiorum & fructuum, quos Clerici percipiunt & quæ poſſident in eadem Eccleſia, non vero reſpectu bonorum propriorum patrimonialium. Peck. *d. tract. de Eccleſ. repar. c. 20.* Limitat quoque hoc aſſertum cum alleg. Dn. Klock. *cit. loc. n. 50.* quod non procedat, ſi Eccleſia ab hoſtibus deſtructa ſit, ut hoc in caſu Epiſcopi & Prælati ad reparationem non adſtringantur. 74.

Quando denique (4) portio ad uſum fabricæ deſtinata, decimæ & fructus beneficiorum, deductis alimentis, non ſufficiunt ad Eccleſiæ reſtaurationem, in ſubſidium ultimo loco Parochiani ad contributionem vocantur, quia ipſorum intereſt, ut templa divino cultui dicata reparentur propter ſacramenta, quæ ibidem adminiſtrantur, & divina officia, quibus Parochiani foventur. Id quod olim non ignoravit populus Iſraëliticus, qui, ut libri Machabæorum teſtatum faciunt, ad reparationem violatæ, expilatæ & ſpoliatæ Eccleſiæ magno Zelo magnaque pietate contulit. Idcirco propter hanc publicam utilitatem in ſubſidium omni jure compelluntur ad refectionem Eccleſiæ Parochiani, nec renunciatione, quod hoc templo amplius uti nolint, ſibi conſulere poterunt, atq; huic concluſioni ſubſcribunt plures à Klock. *cit. c. 10. n. 55.* allegati Dd. Jung. antecedentia. Hinc & DEUS in veteri Teſtamento, ut populus Iſraëliticus ad ædificationem, ornatum & neceſſaria ſanctuarii contribueret, autor fuit, per text. *Exod. 25. v. 2. usque ad 8.* Et ad hanc refectionem & reædificationem illa omnia, quæ de modo contribuendi ad ſtructuram novi templi propoſita ſunt, applicari poterunt. 75. 76. 77.

Hodie in Electoratu & Provinciis Saxonicis pleraque ex prædictis, quæ de reparatione Eccleſiarum propoſita ſunt, paucis tantummodo mutatis; in viridi florent obſervantia, uti *ex Ordin. Eccleſ. Elect. Saxon. Ordin. Provinc. Duc. Goth.* & *Ordin. Eccleſ. ejusdem Duc.* fuſius apparet. Nam (1) ſumptus ad reparationem Eccleſiæ ex ejus proventibus & reditibus propriis erogantur. *d. Ordin. Elect. Saxon. art. gener. 32.* in verbis: Der Pfarr-Kirchen/ Pfarr-Häuſer/ und 78. 79.

Digitized by Google

campanæ, organi pnevmatici, cæmiterii, hoſpitalium aliorumve piorum locorum conſtructione & reparatione obtinet, in tantum, ut & ad operas equis manibusque præſtandas Parochiani in pagis præcipue obſtricti ſint.

Denique in *exſtructione ſubſelliorum* idem ſtatuendum erit, modo ſubſellia ejusmodi proprietatis jure ad Eccleſiam ſpectent, ut ex iis reditus capiat ac pro certo pretio, defuncto poſſeſſore, ſucceſſoribus elocet, quod in Eccleſia non tam jure Canonum, quam ex gratia toleratur. Matth. Stephan. *de Jurisdict. lib. 3. p. 1. cap. 14.* 85.
Quod ſi vero nil commodi ex ſubſelliis Eccleſiæ accedat, qualia ſunt *ſubſellia Officialium*, tunc ad eorum quoque conſtructionem ſumptus Eccleſia neutiquam erogare debet, ſed onus hoc ipſis potius Officialibus aut Collegio, cui illa ſubſellia proprietatis jure cedunt, incumbit, niſi conventione aut conſvetudine aliud receptum ſit. Vid. Carpz. *lib. 2. Jurispr. Conſiſt. def. 371.* 86.

Denique (3) etiam Parochi pro domo, quam inhabitant, ſarta tecta ſervanda impenſas facere debent. Quamvis enim ædes Parochorum & ædituorum vel ex ærario Eccleſiaſtico, vel etiam ex contributionibus Parœcianorum exſtruendæ ac parandæ ſint; Si tamen ad habitationem & commodum uſum ita inſtructæ, Parochis traditæ fuerint, tunc etiam ſartas tectas, cum uſufructuariis æquiparentur *per Gl. in c. 1. & c. 9. de offic. ordin. in 6.* conſervare tenentur. vid. *Ordin. Eccleſ. Elect. Saxon. art. general. 32. §.* Wann ſie alsdann *in verbis:* Sollen ſie was von Geſinde durch täglichen Brauch verwüſtet und zerbrochen wird / als Ofen / Fenſter / Thüren / Schlöſſer / Dach und Fach / ſo lange als ſie darinnen wohnen und Pfarrer daſelbſt bleiben / wie guten Haus-Wirthen gebühret / in baulichen Weſen erhalten / Finckelthuſ. *de jure Patron. c. 4. n. 86. & ſeq.* 87.

Sumptibus ad fabricam templorum hoc modo acquiſitis nihil intereſt, qua forma ipſa peragatur conſtructio. Olim quidem plerumque ad Orientem converſæ erant Eccleſiæ, præcipue quia veteres Chriſtiani oraturi ad plagam illam cœli ſe convertebant. Hinc Walafrid. Strab. de *reb. Eccleſ. c. 4.* ſcribit: *Majorem Eccleſiarum partem ita fabricari, ut, qui in iis orant, ad Orientem reſpicere poſſint.* Ab Apoſtolorum namque ævo per plura ſecula fidelibus ſolenne fuit, ut vultum in precibus ad Orientem converterent. Voluit ſiquidem 88. 89.

Digitized by Google

dem veneranda antiquitas hoc ritu oſtendere, quanti preces faceret, dum inter plagas mundi præcipuam obtueri precantibus imperavit.
90. Ex quo orantium ritu calumnia hæc nata eſt: *Chriſtianos Heliolatriam committere & ſolem orientem adorare*, quam calumniam Tertullianus, *in apolog. c. 16.* hoc modo recenſet: *Alii plane humanius & veroſimilius ſolem credunt DEUM noſtrum, ſuſpicio inde nata eſt, quod innotuerit, nos ad Orientis regionem precari.* Fuſius hæc omnia explicantur à Dn. Joachim. Hildebr. *in rituali Omnt. c. 1. §. 5. & ſeq.*
91. Verum quia preces à converſis ad Occidentem & cæteras mundi plagas abſolute etiam à pia antiquitate non rejiciuntur, quamvis
92. Chriſtianis placuerit, ut ad Orientem in precibus reſpicerent; Ideoque etiam culpabile non erit, ad aliam mundi plagam ſtructuram templi convertere, cum exſtructio verſus Orientem res mere adiaphora ſit. Et quamvis adhuc hodie quam plurima verſus Orientem ædificata templa inveniamus, hoc tamen ex hactenus dictis neque perpetuum, neque etiam abſolute neceſſarium eſt. Idem
93. dicendum erit de exſtructione Templorum in *forma Crucis.* Priſci quidem fideles, ut eo magis appareret crucis ſignum, ſub eadem forma & figura Crucis Eccleſias quoque & Oratoria exſtruxerunt, quam formam tam in Oriente, quam in Occidente ubique locorum obſervatum fuiſſe, teſtimonio Euſebii Cæſarienſ. *lib. 10. hiſtor. c. 4.* confirmat Joh. Bapt. Caſal. *de veter. ſacr. Chriſtian. ritib. p. 3. cap. 33.*
94. Sed quia ſigno Cruicis illam efficaciam, quam Canoniſtæ ei tribuunt, noſtrates ductu ſacræ ſcripturæ neutiquam juxta antea dicta concedunt, ideoque & hæc exſtruendi ratio non attenditur, ſed templa pro loci ſitu & commoditate ex libertate Chriſtiana ædificantur.

95. Præterea templum hoc modo ædificatum ad imitationem Templi Hieroſolymitani in tres partes quondam dividebatur, quarum *prima* erat *porticus*, *ſecunda gremium*, *tertia chorus*, ſeu Sanctuarium.
96. (1) *Porticus* ſita erat ad portas templi, ubi ſtabant pœnitentes & prenſabant fidelium intrantium interceſſiones, ut Catechumeni, ibidem quoque infideles, Judæi ac Pagani, nec non Hæretici, quaſi ab Eccleſia extranei, conſiſtere debebant, per *can. 6.*
97. *Concil. Laodic.* (2) *Gremium* erat media pars Templi, ubi conſiſtebant fideles. Sedebant autem ſeorſim viri & fœminæ & iterum in his

his puellæ ab uxoribus & viduis ſejunctæ. Ambroſ. *de virgin. c. 6.* tabulis locum illum à reliquis diſtinctum fuiſſe docet, quare ipſum nominat *locum tabulis ſeparatum.* Hinc Baron. citatus ab Arnd. *in Lex. Antiq. Eccl. ſub voc. Templum* memorat, *quod dextra Baſilicæ pars mulieribus, ſiniſtra viris deputata fuerit.* Chryſoſt. *Hom. 64. in Matth.* cauſam hujus rei affert: *Ne aſſiduus mulierum aſpectus accendat libidinem.* (3) *Chorus* erat cancellis, aulæis & gradibus diviſa pars tem- 98.
pli intimior, quo non intrabant alii præter Epiſcopum & Clericos. Solo oblationis tempore, quando ſymbola offerentium conſecranda & vinum ac panis in altari exponenda erat, Laicis ingreſſus quidem patebat, ſed ſtatim poſt offertorium choro exire cogebantur.
Quin etiam alicubi ne oblationis quidem tempore Laici ad altare 99.
ingredi poterant, ſed Diaconi per Eccleſiam ambulabant, munera è fidelium manibus accipiebant, & ad Epiſcopum in altari deferebant. *Partes* hujus *Chori* iterum *tres* erant: *Altare, ſuggeſtum* 100.
& *ſedilia: Altare* in medio erat choro adeoque in umbilico Templi, & quidem non niſi unum, usque dum ſeculis inſequentibus multitudo Altarium una cum miſſis recepta eſt. *Suggeſtum* quoque in choro extabat, in eo ſolebant locari, qui tractatum vel lectionem habebant. Germanice dicitur eine Cantzel à Cancellis, quia chorus, in quo ſuggeſtum extabat, cancellis à reliquo Templo diſtinctus erat. *Sedilia* in choro ad honorem Præſidentium ordine locata erant, Epiſcopi habebant Cathedram, Presbyteri ſedilia, Diaconi ſubſellia & ſic conſequenter. Domuncula quoque templis 101.
annexa fuit, quam ædiculam ſalutatoriam vocarunt, alias ſacrarium, unde Germanicum Sacriſtey / in hac ſedebat Epiſcopus, cum ad ſacra peragenda ſe pararet. Vid. Arnd. *in Lex. Antiq. Eccl. ſub. voc. Templum.*

Sicut autem hæc omnia pro majori ordine in fabrica Templo- 102.
rum obſervata ſunt; Ita quoque ut cultus divinus & verbi DEI auditus, à quo fides & ſalus noſtra dependet, promoveatur, hodienum loca in templis à piis Magiſtratibus bene diſponuntur, hujusque rei gratia ſuggeſta, altaria, baptiſteria, aliaque ad cultum divinum neceſſaria ædificantur, interim tamen, ut hæc conſtructio ſecundum modum enarratum fiat, unquam neceſſarium non eſt, quare non attenditur, an porticus vel chorus templi conſtituatur,

ínque eo altare cum ſuggeſto ædificetur, nec ne, modo Templa ad percipienda ſacramenta & cultum divinum rite peragendum
103. extructa ſint. Subſellia quoque & Exedræ ſive eductæ ſeſſiones, außenſitz/ partim in honorem patroni, partim etiam pro utilitate Templorum conſtruuntur, ut plurimum tamen, quo confuſio evitetur, omniaque decenter ac ordine fiant, ſeparata adhuc tum
104 virorum tum fæminarum inveniuntur. Ut multa denique paucis comprehendam, exſtructio hæc res mere indifferens eſt, quare pro conſvetudine regionis ac moribus populorum, ut & loci capacitate & conditione templa juxta pii Magiſtratus providam curam exſtrui poterunt; ſicut etiamnum templis quibusdam Cameram, in qua Miniſtri Eccleſiæ ad ſacra peragenda ſe parant, Germanice Eine Sacriſtey/ adjectam, in quibusdam vero, præcipue in pagis, omiſſam videmus. Plura inferius pro ratione materiæ monenda erunt. Hæc de ædificatione.

105. Illam jam excipit *Fundatio*, quæ ſtrictè ſumpta ab ædificatione & dotatione diſtingvitur, & nihil aliud denotat, quam loci ab omni onere liberi ad erigendam Eccleſiam aſſignationem. *c. nemo.*
106. *9. de Conſecr. diſt. 1. c. 25. 26. 27. X. de jur. Patron.* adeoque efficit, ut non amplius in dominio & adminiſtratione concedentis ſit, ſed ad poteſtatem & jurisdictionem Epiſcopi ſpectet, in cujus territorio Eccleſia ædificanda eſt, *c. noverint. 6. cauſ. 10. q. 1.* quia omne, quod Domino ſemel conſecratum eſt, ad jus Sacerdotum pertinet, ut
107. Bonifacius in *Can. nulli 3. cauſ. 12. q. 2.* ait. Locus iſte congruus, ut & idoneus, id eſt utilis eſſe debet. *Can. Eccleſias 28. c. 11. qv. 7. c. 13. de conſecr. diſt. 1.* Nam ſi in alieno fundo ædificetur templum, Dominus ab ædificante indemnis ſervari debet. Licet enim alias ſummum habeat favorem Templum, in tantum ut ipſius ſtructura juxta nonnullos ne quidem novi operis nunciatione impediri poſſit; Eccleſia tamen tanquam cultrix & auctrix juſtitiæ propter hunc favorem contra juſtitiam in alterius præjudicium nihil ſtatuit vel
108. permittit. *l. F. 13. v. Eccleſia enim.* Quare etiam *in c. 1. de nov. oper. nunciat.* novi operis nunciatio expreſſe conceditur. A plurimis quidem non obſtante hac diſpoſitione rejicitur, exinde quod leges civiles noluerint nunciationem novi operis admittere tunc, cum Reipubl. intereſt, ut primo quoque tempore novum opus fiat.

l. 5.

l. 5. §. 11. ff. de nov. oper. nunc. l. 3. §. 8. ff. de riv. l. 1. §. 13. de cloac. Sed hoc non niſi in caſu probabilis intereſſe procedit. Quod ſi igitur eodem modo populi interſit, ut nova quam primum ædificetur Eccleſia, tunc quidem, alias non, ſperni poterit novi operis nunciatio, quia ſvadente neceſſitate Dominus quoque cogi poteſt, ut locum ædificandæ Eccleſiæ idoneum vendat. Fruſtra igitur ab eo, qui coactioni ſubjectus eſt, novi operis nunciatio fiet. Dn Ziegler. *Ad Inſt. jur. Canon. lib. 2. tit. 18,*

Sed hac occaſione non immerito quæritur, ſi locus ad exſtruendum templum idoneus non adſit, & vicinus detineat, an cogi poſſit, ut talem locum templo exſtruendo vel ampliando idoneum vendat? Quamvis prima facie hoc negandum videatur, cum nullus cogi poſſit ad rem ſuam vendendam, juxta *l. 11. E. de contrab. empt.* Quia tamen hæc diſpoſitio ſuas patitur limitationes, ideoque ad illas meritò referenda eſt & hæc, quando domus aliqua neceſſaria eſt ad templi fabricam, quod cogi poſſit à Principe Dominus illius domus ad vendendum *arg. l. 12. pr. ff. de relig. & ſumpt. fun.* Dn. Struv. *Exerc. 23. th. 6.* modo Domino, qui utilitatis vel religionis favore rem ſuam vendidit, juſtum exſolvatur pretium; ut hoc modo indemnis ſervetur. Vid. Joh. de Lugo *tom. 1. diſp. 26. Sect. 2.* qui hanc quæſtionem certis conditionibus determinat & decidit. An verò refuſio pretii vel compenſatio præciſe & ſecundum jus ſtrictum exigatur in uſu dominii, vel, ut alii volunt, imperii eminentis, ad quem etiam hic caſus, ſi religionis favore poſſeſſor ad conceſſionem fundi cogatur, pertineat? valde controvertitur. Noviſſime hoc negat Dn. Conring. *in tract. de fin. Imper. Germ. c. 19. n. 3.* ubi dicit: *Habent hi, penes quos eſt τὸ κύριον, liberam agendi facultatem circa omnia, quæ ſalus exigit publica. Si hoc itaque poſtulaverit alienationem, inſtituere illam poterint imperantes ex ſuo arbitratu, perinde ſcilicet atque Pater & oppignorare & vendere filium poteſt, ubi alia ratio illum alendi non ſuppetit, quod apud ipſos Hebræos olim divino jure licuit. Hinc ſarcit quidem acceptum damnum reſpublica, ſi poteſt, aſt magis in præmium, quam ex debito: Itaq; ſi non poteſt, neceſſum eſt, ut pars quæque ferat, quod mutari non poteſt ob reliqui corporis ſalutem.* Dn. Conring. ſequitur J. Fr. Horn. *de Civitat. lib. 2. c. 4. n. 20.*

109. 110.

111. Dotationem denique quod concernit, ab eo fieri debet, qui ædificavit templum, cum nulla poſſit conſtrui & conſecrari Eccleſia, niſi habeat dotem condecentem *c. cum ſicut 8. X. de conſecr. Eccleſ.* Joh. de Imol. *conſ. 50. verſ. circa ſecundum.* Et ideo conſtruens Eccleſiam dotare tenetur. *c. nemo ædificat. 9. de Conſecr. diſt. 1.* ad quam dotationem tam directe per judicem Eccleſiaſticum, quam indirecte per denegationem juris Patronatus cogi poteſt, ut poſt Did. Spin. de Caceres *in ſpec. teſtam. gloſſ. 4. pr.* tradit Finckelthuſ. *de jur.*
112. *Patron. c. 4. n. 55.* Nam ſicuti matrimonium ordinarie ferme requirit dotem; Ita quoque templum eandem poſtulat, & quemadmodum Pater filiam, quam habet in poteſtate, ex officio dotare cogitur *l. 19. ff. de rit. nupt.* ut debitum ſit paternum, dotem pro ſua conſtituere progenie *l. 69. §. gener. 4. ff. de jur. dot. l. 22. §. 4. ff. ad SCt. Trebell. & l. ult. verſ. neque enim. C. de dotis promiſſion.* Ita quoque tenetur dotare Eccleſiam, qui eam exſtruxit. *cap. cum ſicut. 8. & ibi gloſſ. verb. conſecrand. X. de conſecr. Eccleſ. vel altar. c. nemo 9. de conſecrat. diſt. 1.*
113. Adeo ut Epiſcopus, qui ſine dote templum conſecravit, id dotare compellatur. *arg. cap. 2. & cap. Epiſcopus 4. cap. cum ſecundum 16. X. de præbend.* Hinc quoniam Eccleſia ſine dote, quemadmodum corpus ſine anima, minime ſubſiſtere poteſt, ideoque magis quis vide-
114. tur mereri dotando, quam fundando. Imo ſemper ſtat præſumptio pro fundatore, quod eam non reliquerit indotatam, cum alias & tacitâ quadam obligatione ad dotationem adſtringatur. Dn. Ziegler. *ad jus Canonic.* Abbas *in c. cum ſicut. 8. X. de conſecr. Eccleſ. vel Altar.* Roch. de Curt. *de jur. Patron. in verb. conſtruxit qu. 4.* ubi aſſerit, quod extra caſum neceſſitatis Epiſcopus omnino prohibere debeat
115. Eccleſiam conſtrui ſine dote. Dicitur autem *dotatio* ſecundum text. *in c. 9. diſt. 1. de Conſecrat.* fructuum annuorum Eccleſiæ ad onera ſuſtinenda remisſio, id eſt datio, de quibus prius certus eſſe debet Epiſcopus, antequam patiatur templum in eſſe deduci. Pauſ.
116. de Citad. *de jur. Patron. part. 3. verſ. 10. verb. quæro.* Conſiſtere poteſt dos tum in rebus mobilibus tum immobilibus, quarum fit mentio *in Can. terrul. 53. c. 12. q. 2.* Jurisdictiones etiam temporales in dotem Eccleſiæ dari poſſunt, quæ tamen per ſeculares perſonas exercentur. *cap. fin. ne Clerici l. Monachi in 6to.* modo ſufficiens & congrua, hoc eſt, tanta ſit, quæ ad celebrationem ſacrorum, ad ſuſten-

ſtentationem miniſtrorum, & ad cætera ſacræ domus neceſſaria ſufficit. *c. nemo 9. de Conſecr. diſt. 1. Nov. 57. c. 2.* cujus determinatio arbitrio Epiſcopi relinquitur. *c. 2. c. 6. cauſ. 19. qu. 1.* Roch de Curt. *cit. tract. in verb. dotavit. q. 100.* Nam modica dos pro dote non habetur. Gail. *2. obſerv. 88. n. 16.* Quanta vero dos in ſpecie ſit aſſignanda Monaſterio, quanta Eccleſiæ collegiatæ, parochiali vel etiam Capellæ, disquirit Paul. de Citad. *p. 3. c. 2. n. 11.* & Roch. de Curt. *cit. loc.*

Mediante hac *dotatione*, ut & *fundatione* & *ædificatione* Jus Patronatus acquiritur. Quibus & *reædificationem* accenſent, propter *Nov. 67. c. 2.* Nam & is Eccleſiæ fundator & ædificator dici poteſt, qui templum vetuſtate collapſum aut ruinoſum cum conſenſu Epiſcopi reficit, præprimis cum illud ad eſſe deducat, non ſecus ac is, qui templum de novo ædificat. Modeſtin. Piſtor. *Conſil. 43.* Unde recte infertur, quod ejusmodi reædificator jus Patronatus acquirat. *arg. c. nobis 25. X. de jur. Patronat.* Paul. de Citad. *de jur. Patron. p. 3. q. 15. c. 1.* Sicut enim ædibus ſacris incendio conſumtis vel etiam terræ motu vel vitio ſuo collapſis, Jus Patronatus ex ædificatione Patrono competens, ſi collapſum templum reſtaurare recuſet, expirat; Ita ad eum transfertur; qui ſumptus ad refectionem ſuppeditat. Cum enim prior Patronus ad illam refectionem jure teneatur, ideoque ſi renuat, alius vero conſentiente Epiſcopo Eccleſiam ſuis ſumtibus reædificet, ille ex tali reſtauratione jus Patronatus conſequitur. *Nov. 67. c. 7.* Garc. *de benef. p. 5. c. 9. n. 51.* Et quamvis Gloſſ. *in c. & hoc diximus 9. c. 16. q. 7.* aſſerat, quod templum deſtructum ſua jura & privilegia amittat; Id tamen non aliter procedit, quam ſi templum propter delictum in eodem admiſſum vel ob aliam juſtam cauſam deſtruatur. Secus erit hoc noſtro caſu, ubi de templo vetuſtate collapſo aut ruinoſo cum conſenſu Epiſcopi reædificato agitur. Modeſtin. Piſtor. *d. l. n. 7.* Hoc vero, quod reædificans Eccleſiam deſtructam jus Patronatus conſequatur, procedit, ſi refectio ſit totalis. Aliud dicendum eſt, ſi Eccleſia non in totum deſtructa per partes tantum reficiatur. Tunc namque Patronus prior jus ſuum non amittit, nec reficiens ullum jus exinde conſequitur *arg. l. 10. §. 1. ff. quib. mod. uſusfr. amitt.* Lambertin. *de jur. Patron. lib. 1. art. 3. q. 6. princ. part. 1. n. 2.* niſi prior ipſi ce-

Margin: 117. (beside "Mediante hac dotatione"), 118. (beside "quamvis Gloſſ."), 119. (beside "Hoc vero")

Digitized by Google

120. cedat, quo caſu communes Patroni fiunt. Finckelthuſ. *de jur. Patron. c. 4. n. 82. & 83.* Alias quidem jus Patronatus multiplicem habet ſignificationem, hic vero denotat facultatem præſentandi miniſtrum Eccleſiæ ad id, ut ab Epiſcopo inſtituatur ad munus Eccleſiæ vacans. Reincking. *de Reg. Secul. & Eccleſ. lib. 3. cl. 1. c. 9.* Ratio nominis explicatur *in c. filiis 31. & c. decernimus 32. c. 16. qu. 7.* ubi Patroni ideo dicuntur, quia ipſis defenſio & cura Eccleſiæ incumbit ſollicita. AliiPatronum dici volunt ad ſimilitudinem patris, quod quaſi ad inſtar Patris Patronus Eccleſiam ducat à non eſſe ad eſſe, ut loquitur Lambertin. *de jur. Patron. l. 3. qu. pr. art. 1.* Faciunt huc verba Franc. Duaren. *lib. 5. de ſacr. Eccleſ. miniſt. c. 4.* dum dicit: *Quamvis ædificans ſit dominus ſoli, in quo baſilicam ædificat, aut earum rerum, quas Eccleſiæ conſtitutæ donat, tamen ratio juris non patitur, ut poſt conſecrationem in ejus dominio manere videatur; Itaque Patroni appellatio magis quam Domini ei convenire credita eſt, quaſi Eccleſiæ defenſor propugnatorque tantum ſit. Poteſt & idcirco Patronus appellatus videri; quod cum eo, qui ſuum ſervum manu miſit, aliquam ſimilitudinem quoad res, quæ in*
121. *ejus dominio antea fuerunt, habeat.* Hinc jus Patronatus a *Canoniſtis* gratioſum jus vocatur, quod Pontifices favore Eccleſiæ illud ex gratia quadam, ac permiſſionis tolerantiæ & beneficii titulo laicis contra jus commune conceſſerint. Abbas *in c. 2. de præbend. & in c. ad Apoſtolicam 42. X. de Simon.* Cum enim non Principes tantum recepto Chriſtianiſmo in ſuis territoriis, ſed privati etiam in ſuis fundis templa ædificarent, eademque magnificis dotibus locupletarent, æqvum viſum fuit, eos aliquid juris inde retinere, ut ipſorum pietatis & ſingularis in Eccleſiam favoris perpetuum eſſe poſſit monumentum, ut loquitur Duar. *cit. lib. 5. c. 4.* & ut magis invitarentur homines ad ædificandas & dotandas Eccleſias. *c. nobis 25.*
122. *X. de jur. Patron.* Ad jus vero Patronatus per *ædificationem, fundationem & dotationem* acquirendum non illa tria conjunctivè, ſed unum quoque ſufficit; Quapropter unus fieri poteſt Patronus ratione *fundationis*, alter ratione *conſtructionis*, alius vero ratione *dotationis*: *c. filiis 31. cauſ. 16. qu. 7.* ubi habetur dictio *vel*, quæ ſua natura alternativa eſt. Et hæc eſt communis omnium Canoniſtarum opinio, quam refert Cæſar Lambertin. *de jur. Patron. q. 4. n. 1.* Vid. Finckelthuſ. *de jur. Patron. c. 4. n. 74.* Et ſi alius fundaverit, alius

vero

vero dotaverit Templum, utrique jus Patronatus competit. Sæpius quoque fit, ut ille, qui fundavit Eccleſiam & dotem conſtituit, perdat jus patronatus, ita ut alter acquirat, qui dotem conſtituit. Dn. Ziegler. *ad jus Can. lib. 1. tit. de inſtit. & jure Patron. 28.*

Onera juri Patronatus adhærentia ſunt hæc, quod Patronus 123.
teneatur ad defenſionem Eccleſiæ, ita ut Eccleſiam non tantum una cum rebus collatis contra omnem vim, invaſiones & fraudes tueatur, per text. *in. d. c. filiis. 31. c. 10. qu. 7.* Finckelthuſ. *de jur. Patron. c. 6. n. 155.* Sed etiam proſpiciat, ne reditus Eccleſiæ ad alios adhibeantur uſus, vel per miniſtros aut alios dilapidentur. *d. c. filiis 31. c. 16. qu. 7.* unde dicitur, quod Patronus poſſit impedire, ne reditus Eccleſiæ in alios convertantur uſus, quam ad quos tempore fundationis fuerunt deſtinati. Panormit. *in cap. ſuggeſtum 20. de jure Patron.*

Sed quia is, qui ſentit onus, meritò commodum quoque ſen- 124.
tire debet, ideoque Patronus gaudet etiam *jure honorifico*, quod conſiſtit (1) *in præſentatione* perſonæ legitimè natæ, morum gravitate ac ætatis maturitate præditæ, literarum ac Theologiæ ſcientiâ & cognitione inſtructæ, & quidem ad munus vacans Eccleſiaſticum. *c. 7. c. 25. X. de præbend. Ordin. Conſiſt. Eccleſ. Sax. ſub. tit.* Vom Beruff der Kirchen-Diener. Debet iſta præſentatio fieri Epiſcopo vel penes nos Superiori, qui præſentatum inſtituere tenetur, ſi eſt idoneus & quidem juſto tempore, quod eſt in patrono Laico quadrimeſtre. *c. quoniam. 3. X. de jure Patron. c. 22. eod.* & quidem Eccleſia vacante, quia de præbenda ſeu beneficio demum vacaturo præſentatio fieri nequit per *c. 2. c. 13. & c. fin. X. de conceſſ. præb.* niſi Parochus ſit decrepitæ ætatis & ad munus Eccleſiaſticum amplius non ſufficiens, quo caſu decrepito Paſtori Subſtitutus adjungi ſolet, Finckelthuſ. *de jur. Patron. d. c. 6. n. 128.* (2) Jus honorificum Patroni
conſiſtit *in Proceſſione, per c. 26. c. 27. c. 16. q. 7. & c. 25. X. de jur. Patron.* 125.
quæ ab Interpretibus declaratur per præeminentiam, ſeu primum atque eximium locum, qui patrono in proceſſionibus, aliisque actibus ſolennibus tribuendus, quamvis multi ſint, qui diſſentiunt, atque aliter explicant honorem iſtum proceſſionis, de quibus videri poteſt Finckelthuſ. *d. l. num. 147.* ubi quatuor diverſas re-

Digitized by Google

referſ ſententias. Tandem etiam Patronus conſequitur *jus utile.*
126. Nam quando in neceſſitate eſt conſtitutus, ut non habeat, unde ſe alere poſſit, ſive fundaverit, ſive dotaverit Eccleſiam, ſuffragium una cum liberis & familia h. e. alimenta ab ea recipit. *c. quicunque 30. c. 16. q. 7.* quorum quantitas præſtatur conſiderata perſonæ ætate atque familia patroni alimentandi, it. facultatibus ac conſvetudine Eccleſiæ alimenta debentis, *arg. l. officio 2. l. jus alimentorum 3. ff. ubi pupill. educar. deb.* vid. latius Dn. Unrath. *de jure Patron. membr. 2. th. 4.*
127. Sed quæritur hic: Si Patronus religioni Catholicæ, Dominus autem territorii Auguſtan. Confeſſioni addictus ſit, num idoneus dicatur, qui eandem cum Patrono colit religionem, num verò talis ſit præſentandus, qui unam cum Epiſcopo religionem profitetur? Reſp. quod talis præſentari debet, qui Epiſcopi vel ejus, qui jus Epiſcopale habet, cenſuram ſuſtinere poteſt, quod utique non poterit is, qui aliam, quam Epiſcopus loci, religionem colit. Et hoc expreſſe deciditur in R. A. *de Anno 1555.* Damit auch obberührter. Reincking. *de Regim. ſecul. & Eccleſ. lib. 3. Claſſ. 1. c. 9. n. 21.* ubi de hac quæſtione fuſius agit. Jungatur Mund. in Conſil. Hæc obiter occaſione data de jure Patronatus dicta ſint. B. Lector pleniorem diſcuſſionem deſiderans Finckelthuſ. *cit. tract.* evolvere poterit, ubi *cap. 6. per tot.* hæc omnia fuſius tractat.

CAPUT VI.

De Conſecratione Templorum.

Summaria.

1. *Ædificationem templorum ſequitur conſecratio.*
2. *Conſecratio quatenus neceſſaria?*
3. *Ritus Conſecrationis ex Gentiliſmo referuntur.*
4. *Verbis Alexandr. ab Alex illuſtrantur.*
5. *Apoſtoli ſeſe in ritibus Judæis conformarunt.*

6. Ho-

Digitized by Google

6. *Hos ſecuti ſunt Patres primitivæ Eccleſiæ.*
7. *Idem ad Conſecrationes & Encænia Templorum referri poteſt, ubi inſimul agitur de Conſecrationibus templorum ex V. T.*
8. *Ad imitationem Conſecrationis in V. T. uſitatæ in primitiva quoque Eccleſia illa recepta eſt.*
9. *Temporibus Conſtantini M. Templis exſtructis Conſecratio plene obtinuit.*
10. *Ab initio in piis ſolummodo conſiſtebat ritibus.*
11. *Poſtmodum ſuperſtitioſæ adhibitæ ſunt ceremoniæ, quæ enarrantur.*
12. *Ex Joh. de Selva & Bellarm. ritus Conſecrationis referuntur.*
13. *In lingva Germanica ex Wurſtitii Chron. Baſ. adjiciuntur.*
14. *Conſecrationi huic penes Pontificios ſingularis vis tribuitur.*
15. *Sanctis quoq; templa & altaria dedicantur.*
16. *Ritus Conſecrationis Altarium referuntur.*
17. *Conſecrationi Altarium adjectum fuit Sigillum.*
18. *De reliquiis Sanctorum in altari reconditis agitur.*
19. *Penes nos quomodo conſecratio peragatur?*
20. *A quonam peragatur de Jure Canonico?*
21. *Penes nos cujus autoritate illa fiat?*
22. *Conſecrationi adjungitur ap. Pontificios dedicatio ſanctis facta.*
23. *Penes nos rejicitur.*
24. 25. *Obſtantia removentur.*
26. *Effectus Conſecrationis.*
27. *Conſecratione facta reiteratio non permittitur.*
28. *Ratio, quam Lancelot. tradit, rejicitur.*
20. *Alia redditur.*
30. *Reconſecrationem Canoniſtæ quandoq; admittunt (1) Si dubitetur de Conſecratione.*
31. *(2) Si Eccleſia ſit deſtructa.*
32. *Judicium Ziegleri de reconſecratione.*
33. *Reconciliatio quid ſit, quando locum habeat & quomodo à reconſecratione differat?*
34. 35. 36. 37. 38. 39. *Quibus modis polluatur ſecundum Canoniſtas Templum?*
40. *In reconciliatione quandoq; adhibetur aqua benedicta.*
41. *Reconciliatio rejicitur.*
42. 43. 44. *An Conſecratio præciſe neceſſaria ſit?*
45. *Reconſecratio quat. penes nos recepta?*

P Ædi-

Digitized by Google

1. ÆDificatione Templorum peracta *Conſecratio*, ut cultui
divino hoc modo approprientur, ex juris Canonici diſ-
poſitione adhibenda eſt. Varias Conſecrationis hujus
cauſas, partim ut commercio hominum eximantur tem-
pla, partim etiam ut loci reverentia & ſanctitas inducatur, refert
Joh. Baptiſt. Caſal. *de veter. ſacr. Chriſtian. ritib. p. 3. c. 33.* quarum
2. diſcuſſionem hac vice noſtram non facio. Hoc ſolummodo mo-
neo, quod conſecratio Templorum nullum ſpeciale divinum præ-
ſupponat mandatum. Quia tamen ex Juris Canonici diſpoſitione
omitti nequit, ideoque merito ad cognitionem principiorum ju-
ris Canonici evolvenda erit.

3. Ritum illius quoad Gentiliſmum refert Alexand. ab Alex.
Genial. dier. 6. c. 14. dum inquit: *Ea vero conſecratio vel à Conſule aut Im-
peratore accenſo foculo fit, cum tibicine verbis priſcis & ſolennibus, præeun-
te Pontifice Maximo, præfante carmen, capite velato & concione advocata
ac juſſu populi. Injuſſu enim populi juxta divinas traditiones conſecrari æ-
4. dem, terram agrum, ſancire nihil poterat.* Et porro: *Templi conſecratio
fiebat, ut, qui templum ædemve dedicaturus erat poſtem tenens, accenſo fo-
culo & advocato Numine, cui templum ædesve ſacrantur, ſe ex prophano
uſu & humano jure templum, cellam, menſas, arulas, quæque eo perti-
nent, eximere, eaque conceptis verbis ipſi Numini divina humanaque omnia
dicare conſecrare affirmet, Sabina herba ad ſacrum adhibita, ſine qua tem-
plum, fanum, ſacellum minime dicari poſſe putarunt. Fuitque conſtitutum,
ut in dedicanda ara poſtem teneri non oportere, in æde vero neceſſum foret.
Notatumque & illud, conſecrationis verba rite concipi oporteret, ne ſyllabæ
vel verba cadant; Quare Metellum Pontificem & Demoſthenem, illum bal-
bum, hunc blaſum, in verbis dedicationis ſine offenſione exprimendis multum
laboraſſe ferunt.* Plura Alex. ab Alex. *Gen. dier. lib. 6. cap. cit.* qui vide-
ri poteſt, exhibet.

5. Sed miſſa hac conſecratione gentilium convenientius conſe-
crationem Chriſtianorum conſideramus, circa quam prænotan-
dum venit, quod mos fuerit Apoſtolorum, ut in ritibus ſeſe Judæ-
is, ad eosdem lucrandos, conformarent, ſicut præter alia exempla
primi Concilii Canon Apoſtolicus de idolothytis non comedendis,
Act. 15. verſ. 29. confirmat. Quapropter & hanc ſanctam Apoſto-
6. lorum prudentiam Patres & Proceres Eccleſiæ ſecuti ſunt. Cum

enim

enim animadverterent, Judæos & paganos nihil magis à fide in Chriſtum avertere, quam opinionem novitatis, multas è Synagoga leges priſcas, ritus dieſque feſtos, multa nomina & è gentilium ſacris petitas ceremonias retinuerunt, atque, pia interpretatione adhibita, ad ſua ſacra traduxerunt, qua de re præclare diſſerit Caſaubonus *Exerc. 16. ad Annal. Baron. n. 43.* Quorſum templorum Conſecrationes & Encænia referenda veniunt. Hinc conſecrationes templorum jam dudum in V.T. obtinuerunt. Moyſes enim Domino præcipiente tabernaculum conſtruxit, illudque ſacravit, cum menſa & altari ejus & æreis vaſis aliiſque utenſilibus ad divinum cultum explendum. *Exod. 40. cap. 2. de Conſecr. diſt. 1.* Salomo quoque jubente Domino perfecit Templum cum altari & reliqua ad divinum cultum peragendum ſolenniter, variis oblatis hecatombis, conſecravit. *1. Reg. 8. per tot. d. c. 2. de conſec. diſt. 1.* Quæ conſecratio & dedicatio poſt captivitatem Babylonicam cum gaudio & ſacrificiis lautisſimis renovata eſt. *Eſdr. 6. v. 10.* Plura exempla ſtudio brevitatis omittimus. 7.

Ad imitationem hujus conſecrationis conſvetudo inaugurandi templa poſt tempora quoque Apoſtolorum exſtructis ædibus ſacris recepta eſt. Hinc & illam ex inſtituto Felicis, qui *Anno Chriſti 232.* Romanus fuiſſe Epiſcopus creditur, cœpiſſe fama eſt, & Gregorius Nazianz. *in orat. ad nov. Domin.* antiquam eſſe legem aſſerit, ut Encænia i. e. conſecrationes templorum honorentur. Denique Conſtantinum Magnum, Baſilicis exſtructis, Chriſtianorum templorum dedicationibus plenarium initium dediſſe, Auctor Chron. Riddaghuſ. *fol. 33.* teſtatur. Reſtauratio ſiquidem Byzantio, cum ſedem Romani Imperii ibi elegiſſet, ad ejus dedicationem 318. patres, qui Synodo Nycenæ in Bythinia interfuerunt, evocavit, atque ad exemplum Salomonis templum Hieroſolymis magnifice extructum per Epiſcopos, qui Tyrii Synodum habuerunt, DEO dedicavit, referente Euſebio *l. 8. Hiſtor. Eccleſ. c. 50.* ad cujus imitationem temporibus inſequentibus magis magiſque conſecratio recepta, variiſque ſolennitatibus ſuperſtitioſis aucta eſt. 8. 9.

Licet namque primitus ritus hujus Conſecrationis ſimplices eſſent, in piis ſolummodo ceremoniis conſiſtentes, dum Eccleſiam i. e. Parœcianos in iſtiusmodi actibus convocarunt, dein ver- 10.

Digitized by Google

bum DEI & Sacramenta tractarunt, & denique precibus, hymnis & piis votis totum actum peregerunt. Poſtmodum tamen adhibitæ ſunt ceremoniæ, proceſſiones, interdum etiam feſtivæ epulæ & Xenia diſtributa, quæ ex libertate Chriſtiana, ut adiaphora, omitti poterant.

11. Denique ſequioribus ſeculis non paucæ plenæ ſuperſtitionis Ceremoniæ additæ ſunt, quæ in ſubſequentibus conſiſtebant: *Primo aqua benedicta ipſique ſal ad mixtum fuit, qua aqua, ad quandam Baptiſmi imaginem, templum exterius & quidem trina vice ad inſtar trinæ baptizatorum merſionis aſpergebatur; Sal vero Evangelicam doctrinam denotabat; Interim in circuitu dedicandi Templi duodecim accenſa ſunt lumina, quibus ſignificabatur, quod commendanda ſit lucens Apoſtolica doctrina. Poſtmodum circuitus trina vice ſuſcepti ſunt, ita tamen, ut ad ſingulos circuitus Pontifex ſive Epiſcopus oſtium Baſilicæ accederet, percutiendo ſuperliminare virga paſtorali ac cantando Antiphonam:* Attollite portas principes veſtras &c. *Poſt trinam percuſſionem oſtium aperiebatur, & intrabat Pontifex cum Clero & populo dicens:* Pax huic Domui. *Quibus completis incepit Pontifex de ſiniſtro Angulo ab Oriente ſcribere per pavimentum Alphabetum usq; in dextrum angulum Occidentis, atq; iterum à dextro angulo Orientis usq; ad ſiniſtrum angulum occidentalem Templi, quo modo initia & rudimenta doctrinæ ſacræ denotare voluit. Hiſce peractis ad altiora conſcendit, & ſtans ante altare dixit:* DEUS in adjutorium intende, *inſimulque benedictionem aquæ commixto ſale & cinere ſuſcepit, ac ex aqua benedicta crucem non ſolum per quatuor cornua Altaris fecit, ſed etiam illud ſeptem vicibus aſperſit, antiphonam cantando, quæ de aqua purificationis remanſit ad baſin altaris fudit, altare linteo extergendo & reliquias ſanctorum adhibendo. Denique ex oleo crucem fecit in medio Altaris & ſuper quatuor ejusdem angulos adjecta unctione, quibus peractis albis coopertum eſt velaminibus Altare, & Pontifex ſive Epiſcopus Miſſam ex decreto* Vigilii Papæ *in can. de Fabrica 24. de Conſecr. diſt. 1.* celebravit. Fuſius hæc omnia explicat Joh. Baptiſt. Caſal. *de Veter. Chriſtianor. rit. cit. p. 3. c. 35.*

12. Conſentiunt Joh. de Selva *in tract. de benef. p. 1. q. 1. num. 64.* & Bellarmin. *to. 1. contr. 3. de cult. ſanct. c. 5.* qui ſolennitates Conſecrationis hunc in modum referunt: *Si conſecratur templum, per Epiſcopum omnes ejiciuntur, ſolo Diacono in templo remanente, recluſo eo,* [illegible]

Epi-

Epiſcopus cum clero ante fores Eccleſiæ aquam benedicit, interim intrinſecus ardent duodecim luminaria, & pinguntur duodecim cruces, ita ut ante ſingulas accendantur ſingulæ lampades. Poſtmodum Epiſcopus clero & populo inſequente ter circummeando Eccleſiam, exterius cum faſciculo Hyſopi parietes aquâ jam benedicta aſpergit, & qualibet vice ad januam templi accedens baculo paſtorali illam pulſat, dicens: Attolite Portas Principes veſtras, *cui Diaconus reſpondet:* Quis eſt ille Rex gloriæ? *Pontifex reponit:* Dominus fortis. *Tertia vice reſeritur oſtium, ingreditur Pontifex cum paucis ex miniſtris, reliquo clero & populo foris manente, dicit:* Pax huic domui, *& canit Litaniam. Hoc peracto deſcribitur in pavimento ſuper cineres ad hoc ſparſos baculo paſtorali alphabetum græcum ab uno angulo ad alium; & rurſus alphabetum latinum ab alio angulo ad alium, ita ut inde crux fiat, deinde fit mixtum ex aqua, vino, ſale & cineribus, hac aſpergitur templum, ac demum templum & ara chriſmate inunguntur.*

Majoris illuſtrationis ergo non pigebit ſequentia in lingva 13.
noſtra vernacula ex Wurſtiſii *lib. 2. Chron. Baſilienſ. c. 11. pag. 96.* præprimis quia dictis conveniunt, adjicere. Die Weiſe einer Kirchweihung war von Alters dieſe / der Biſchoff kam in ſeinem Ornat, mit ſampt der Prieſterſchafft und allem Volck für die beſchloſſene Kirchthür / darvor etliche brennende Kertzen ſtunden / vor derſelben recitirte Er erſtlich etliche Gebet / gienge darnach mit ihnen ſingende umb die Kirche / alsdann beſprengete Er die Mauren mit geweiheten Waſſer / darunter Saltz vermenget. Wann ſie dann wieder vor die beſchloſſene Kirchthür kamen / ſprach er nochmahlen etliche Gebetlein / trat alsdann hinzu / klopffet mit ſeinem Stabe daran / aus dem 24. Pſalm ſprechend: Ihr Thüren thut euch auff / und ihr obigen Pforten erhebt euch / ſo wird der König der Ehren hinein gehen. Auff ſolches antwortete der Diacon in der Kirchen / wer iſt dieſer König der Ehren? Darauff der Biſchoff wieder gab: Er iſt der Starcke und Gewaltige HERR / der Mächtige in Kriegen. Wann ſolches zum dritten mahl beſchehen / gebot Er die Thür auffzuſchlüſſen / gieng allein mit zweyen oder dreyen hinein / ſagt zum dritten mahl / Fried ſey dieſem Hauße / beſchloß die Thür wieder / kniet vor dem Altar und betet / daß GOTT dieſen Altar / ſo zu Geiſtlichen Opffern ſolte gewidmet werden / durch die Benediction heiligen / und durch die Opffer / ſo ihm durch ſeinen Diener allda andächtiglich offeriret würden / verſöhnt / ihr Gebet all-

zeit zu erhören gnädig ſeyn wolte : Hier zwiſchen ſange die Cleriſey voraußen die Litaney / ſo trugen die Prieſter in einer Laden auff den Achſeln das Heiligthum / damit man den neuen Tempel verehren wolte / ſtunden da biß der Biſchoff die Altar Kelch / Paten und alle Rüſtung geweihet. Indem hatte man in Tempel Saltz Waſſer / Aſchen und Wein untereinander vermiſchet daſtehen / darein ſtieß Er die Finger / bezeichnete den Altar mit vielen Creutzen / begoſſe demnach den Boden und inwendig alle Wände damit. Bald kam er wieder zum Altar und zündet Rauchwerck an / machte letzlich in alle Winckel unzehliche viel Creutz / ſprechend: Dieſer Tempel werde geheiliget im Nahmen GOttes des Vaters / Sohnes / und heiligen Geiſtes Amen / Amen. Nach Vollbringung dieſer Ceremonien hielte der Biſchoff eine Predigt zum Volck von der Geiſtlichen Ehrerbiethung / von Zehenden / Opffern und der Jährlichen Kirchweihung etc / mit Verſprechung der Sünden Ablaß.

14. Et his omnibus Pontificii ſanctificandi vim & virtutem tribuunt, ita ut templum hoc modo conſecratum divina quadam virtute prædidum eſſe exiſtiment, conſimilemque modum in conſecra-

15. tione altarium adhibeant. Petr. Peck. *de Eccl. Rep. c. 36. n. 3.* Ingruente quoque Sanctorum invocatione altaria Martyribus & Sanctis dedicarunt ac Miſſæ ſacrificio conſecrarunt, cujus Conſecrationis ritus partim ex dictis patent; partim etiam ex Durand. *Rat. lib. 66.*

16. *c. 76.* refert Arnd. *in Lex Antiq. Eccl. ſub voc. Altare: Aſpergitur,* inquit, *aqua vino, ſale & cinere mixta altare; fiunt cruces cum aqua benedicta in quatuor cornibus & in medio. Epiſcopus circuimit altare ſepties ex Pſalm. 51. canens:* Aſperge me Hyſopo &c. *rogat DEUM, ut ſacrificia in hoc altari habeat recepta. Reconduntur Reliquiæ in capſulis quatuor, cruces cum chriſmate fiunt quatuor, & ponuntur illa in Capella cum tribus granis thuris* &c. *Tandem inungitur menſa altaris & inter ungvendum canitur il-*

17. *lud:* Erexit Jacob Altare &c. Hactenus Arnd. Conſecrationi huic Altarium ſigillum quoque additum fuiſſe legimus, cujus explicationem ſuppeditat Panormit. *ad c. 1. de Conſecr. diſt. 1.* dum dicit: *Quando conſecratur Altare, fit foramen parvum, & poſt conſecrationem clauditur lapide quadrato aut rotundo, & hic lapis vocatur ſigillum, quia denotat & ſigillantem & locum eſſe conſecratum. In ipſo vero foramine ad-*

po-

ponuntur reliquiæ Sanctorum & nomen Epiſcopi conſecrantis ac nomen Sancti, in cujus honorem conſecratur.

Verum ſicut ſuperſtitioſum videtur, non conſecrari debere Altare, niſi in eo reliquiæ quædam reconditæ ſint; Ita quoque ſatis erit, eam habere reliquiarum rationem, ne irreverenter ac ignominoſe tractentur, vel abjiciantur, cultum autem religioſum *λατρείας* vel *δουλείας* ipſis tribuere, impium videtur, tum propter immota Scripturæ ſacræ fundamenta, tum etiam, quod ridicule inter reliquias monſtrentur Mariæ crines, veſtes ac pepla, Mariæ Magdalenæ claves, Joſephi caligæ, plumæ Spiritus Sancti, Laurentii Martyris carbones & multa inſuper alia, de quibus merito dubitare licet, an unquam talia fuerint, qualia perhibentur. Vid. Glaber. Rudolph. *Monach. Cluniacenſ. l. 4. Hiſtor. c. 30.* citatus à Dn. Ziegler. *ad Inſt. Jur. Canon. lib. 2. tit. 18. §. 16.* Quapropter prout hæc omnia à priſtinæ Eccleſiæ puritate recedunt, ita à Noſtratibus quoque merito rejiciuntur, reſervato veterum Chriſtianorum conſecrandi ritu, ita ut precibus, hymnis, votis, Sacræ Cœnæ & Baptiſmi adminiſtratione, addita benedictionis concione, non tantum templa, ſed etiam altaria, baptiſteria & alia conſecrentur. Dn. Ziegler. *ad Inſt. Jur. Can. lib. 2. dict. tit. 18. §. 12.* Nam ſi precibus divinis juxta *c. 13. de conſecr. diſt. 1.* conſecratio fieri debet, juſtiſſimum erit, rejectis ſuperſtitionibus precibus inaugurationis abſolvere negotium.

18. (beside the line "Verum ſicut ſuperſtitioſum videtur, non conſecrari debere")
19. (beside the line "Ziegler. ad Inſt. Jur. Canon. lib. 2. tit. 18. §. 16. Quapropter prout hæc")

Sicut autem Epiſcopis ſolis de jure Canonico, non tam propter jus divinum, ſed ex conſvetudine quadam, Blondell. *in Apol. de Epiſcop. & Presbyt. ſect. 3.* conſecratio adſcribitur. *c. nemo Eccleſiam 9. de conſec. diſt. 1. c. quamvis 4. diſt. 68 c. pen. X. de conſecr. Eccleſ.* ita tamen, ut à proprio, non alieno peragatur Epiſcopo, niſi de licentia proprii fiat, *per c. tua 2. & c. aqua 9. de conſecr. Eccleſ.* Sic quoq; 21.
peries Nos autoritate Principis, jura Epiſcopalia exercentis, per ſupremos Paſtores, qui Superintendentes vocantur, conſecrationis actus celebratur. Dn. Struv. *Synt. Jur. Civil. Ex. 13. th. 70. & Synt. jur. c. 6. aph. 15.* Quin etiam hodie non conſecrari amplius, ſed benedici tantum Eccleſias, notat Didac. Spin. à Caceres *in ſpec. teſt. gloſſ. 3. n. 14.* Quo vero die illa conſecratio fiat, nihil intereſt, cum

20. (beside the line "Sicut autem Epiſcopis ſolis de jure Canonico, non tam pro-")

pro-

profani dies æque ac dominicus ſint idonei, *per c. 2. de Conſecr. Eccleſ.*

22. Conſecrationi Templorum conjungunt Pontificii *Dedicationem*, ut ſcil. Sanctis ædificentur & memoriæ eorum dedicentur templa: Daß dieſem oder jenem Heiligen zu Ehren dieſe oder jene Kirche erbauet/ und hernach geweihet werde. Quam conſvetudinem ex an-
23. tiquitate deducere conatur Joh. Baptiſt. Caſal. *cit. loc.* Sed hunc dedicationis ritum cum Noſtratibus Theologis recte rejicit Dn. Ziegler. *ad Inſt. Jur. Canon. lib. 2. tit. de conſtruendis Eccleſ. 18. §. 12. in Not.* Quicunque etiam hujus allegentur dedicationis prætextus, quos refert Speidel. *ſub voc.* Kirchweihe. Nec obeſt, quod jam
24. olim ædes ſacræ in honorem Apoſtolorum aliorumque Sanctorum erectæ fuerint, nam honor ille neutiquam religioſus fuit, aut divinus, cum fiducia de illorum meritis & beneficiis conjunctus, ſed humanus & charitativus in honorifica eorum recordatione & com-
25. mendatione virtutum, quibus claruerunt, conſiſtens. Quod diſerte confirmat Auguſtinus *lib. 1. adverſ. Maximin. Nonne*, inquiens, *ſi templum alicui S. Angelo excellentiſſimo de lignis & lapidibus faceremus, anathematizaremur à veritate Chriſti & Eccleſia DEI, quoniam creaturæ exhiberemus eandem ſervitutem, quæ uni tantum debetur DEO.* Inſignis huc faciens locus ex eod. Auguſt. *lib. 22. de C. D. c. 10.* jam antea *C. 1. n. 18.* citatus eſt, qui videri poterit.

26. Effectus enarratæ conſecrationis & dedicationis, ſi quem peculiarem habet, erit non niſi externa & ceremonialis ſanctitas, ſeu ſeparatio quædam templi ab uſu communi & profano ad uſum ſacrum & Eccleſiaſticum, publica Magiſtratus auctoritate ac communi & ſolenni totius Eccleſiæ conſenſu facta. Dn. Ziegl. *cit. loc. in fin.*
27. Quare etiam Canones conſecratione Templorum vel altarium ſemel legitime peracta, reiterationem ipſius regulariter non permittunt *per c. Eccl. ſemel. con. de conſecr. diſt. 1.* cujus conſtitutionis hanc reddit rationem Lancelot. *l. 1. Inſt. Jur. Can. tit. 18. §. 14.* quod, ſicut infans à ſacerdote rite baptizatus non debeat iterum baptizari, ita
28. nec locus ſemel Deo dicatus iterum conſecrari; Sed conſecrationem Templorum cum baptiſmo infantum ſub pari religione habere, quaſi eadem ſit hujus conſecrationis & baptiſmi neceſſitas & virtus, præſumtuoſa quædam ſuperſtitio eſt, teſte Zieglero *ad d. l.*

Pro-

Probabilior videtur hæc, quod jam ſemel externa & ceremonialis 29.
ſeparatio templorum ab uſu profano ad uſum ſacrum publica autoritate, ut & communi ac ſolenni totius Eccleſiæ conſenſu facta ſit, ut ejus repetitio ſuperflua eſſe videatur.

Quandoque tamen & ſequentibus præcipue caſibus reconſecrationem Canoniſtæ concedunt, (1) *Si dubitetur de conſecratione*, 30.
quando ſcilicet non habet Eccleſia aliquod ſignum, per quod appareat conſecrata, nec ſcriptura, nec teſtis de ea exiſtat. *c. Eccleſiæ 18. de conſecr. diſt. 1.* quia non dicitur iteratum, quod neſcitur factum *c. ſolennitates 16. in pr. de conſecr. diſt. 1.* (2) *quando Eccleſia* vel totaliter vel quoad maximam partem *exuſta aut deſtructa eſt*. Gl. *ad c.* 31.
Eccleſiis 20. de Conſecr. diſt. 1. Si vero tectum ſolummodo ſit deſtructum vel combuſtum, reconſecratio neceſſaria non eſt, *per c. ligneis 6. de Conſecr. Eccleſ. vel altar.* Conſul Innoc. *in Rubr. de Conſec. Eccleſ.* Abbas *in c. 1. de conſec. Eccleſ.* & Angelus de Clavas *in ſua ſumma tit. de Conſecr. Eccleſ. c. 3.* Quin & reconſecratione hac plane opus 32.
non eſſe, Dn. Ziegler. *ad Inſt. Jur. Can. lib. 2. tit. 18. §. 15.* aſſerit; Quamvis hoc concedat, quod ex libertate Chriſtiana etiam penes Nos peragi queat reconſecratio, ſi fiat antiquo Chriſtianorum ritu cum orationibus, prædicatione verbi & adminiſtratione Sacramentorum ſine ſuperſtitione & opinione meriti.

Denique (3) Si Eccleſia ſemel conſecrata polluta ſit, ſecundum 33.
Canones *reconciliatione* indiget, quam à reconſecratione Canoniſtæ hunc in modum ſeparant, ut reconſecratio obtineat tunc, quando templum vel totaliter, vel etiam quoad maximam partem exuſtum aut deſtructum eſt, & reconciliatio tum demum habeat locum, quando Eccleſia eſt polluta. Quia conſecratio juxta ſuperius tradita magna ex parte conſiſtit in unctione exteriori, quæ fit in compagine lapidum, & ideo ſi parietes non ſint diruti aut notabiliter decruſtati in toto vel majore parte, non reiterationem conſecrationis, ſed reconciliationem admittunt Canoniſtæ. Petr. Peck. *de Eccleſ. reparand. c. 35. n. 3.*

Pollui vero Eccleſiam ſex caſibus, refert Selva *in tract. de beneſ.* 34.
p. 1. q. 5. num. 134. quorum *primus eſt, injurioſa ſangvinis etiam proprii effuſio. c. Eccleſ. 20. de conſecr. diſt. 1. c. fin. de conſecr. Eccl. c. un. eod. in 6.* An autem ſangvis templi pavimentum attigerit nec

Q ne,

ne, nihil intereſt, *per c. 4. eod. tit.* in quo fit mentio vulneris, non etiam maculationis, cum non tam per contactum ſanguinis violetur Eccleſia, quam per violentam effuſionem. Requiritur autem, ut injurioſa ſit effuſio, hinc ſi à furioſo vel ligno cadente effundatur ſangvis, reconciliationem ceſſare, aſſerit Hoſtienſ. *in*
35. *c. ſi Eccleſia 4. de Conſec. Eccleſ. l. altar.* *Secundus* caſus eſt *homicidium voluntarium & injurioſum*, ſangvinis adſit effuſio vel non, hoc caſu nihil intereſt, cum ſufficiat homicidium injurioſum, quod etiam contingit per ſuffocationem. Gl. *in c. un. de conſec. Eccleſ. in 6.* Dum autem dicitur voluntarium & injurioſum, excluditur neceſſarium, quod ad ſui defenſionem commiſſum & cauſale. Zœſ.
36. *ad Decret. tit. de conſecr. Eccl. num. 4.* *Tertium* conſtituit caſum *effuſio ſeminis humani voluntaria, publica & illicita. c. ſignificaſti 5. de adulter. & c. fin. de conſecr. Eccl.* Quando vero eſt occulta & fit in ſomniis, non pollui Eccleſiam, ſecundum Gl. *in cit. c. un. de conſ. Eccleſ.* Canoniſtæ tradunt, quod nonnulli quoque ad effuſionem, quæ fit ſobolis procreandæ gratia, extendant. Contrarium tamen tenet Gl. *in d. c. un.* quod ſcil. copula conjugali æque polluatur Eccleſia ac alia ſeminis effuſione, modo ſit intemperans, cum licet in ſe non ponat peccatum, ſit tamen reprobanda reſpectu loci ſacri. Zœſ. *cit. loc.* Covarruv. *ad 4. Decret. p. 2.*
37. *c. 7. §. 2. num. 3.* *Quartus* eſt, *ſi adulterium committatur* in Eccleſia, ut notat Gl. *in c. propoſuiſti 4. de conſecr. Eccleſ. vel altar.* quod de adulterio manifeſto Canoniſtæ intelligunt, & propter occultam pollutionem vel ſcortationem ignotam Eccleſiam neutiquam reconciliandam eſſe aſſerunt, cum de occultis Eccleſia non judicet, & pro occulto crimine non imponatur pœnitentia ſolennis. Abb. *ad Cap. fin. de conſecrat. Eccl. l. alt.* Per alios quoque actus extra pollutionem, quales ſunt aſpectus turpes, inhoneſta verba, quamvis minus deceant locum ſacrum, illum non pollui, ut benedictione nova indigeat, aſſerit Zœſ. *cit. loc. num. 9.* *Quin-*
38. *tus* demum & *Sextus* caſus eſt, quando excommunicatus hæreticus & paganus ſepelitur in Eccleſia, tunc non ſolummodo reconcilianda venit, ſed & corpora prædictorum, ſi ab aliis diſcerni poſſunt, projicienda ſunt *d. c. conſuliſti. de conſecr. Eccleſ. vel altar.*

altar. Quibus Abbas *ad c. 7. eod. tit.* & Navarr. *Conſil. 10. de Hæret.* 39.
addunt *ſeptimum* caſum, quando templum fuit conſecratum ab excommunicato, quem tamen alii rejiciunt & hoc modo Eccleſiam pollui negant, *per c. à nobis 2. de Sacr. non reiter.* ubi dicitur, quod non polluatur altare, in quo celebravit excommunicatus, & per regulam, quod legis pœnalis extenſio extra ſuum caſum fieri non debeat. *cap. odia 15. de R. J. in 6.*

Hiſce enarratis caſibus in tantum pollui dicunt Canoniſtæ 40.
Eccleſiam, ut reconcilianda & quandoque aqua per Epiſcopum benedicta lavanda veniat, prout notat Gl. *ad c. fin. de conſecr. Eccleſ. vel Altar.* cui aquæ multi à Jacob. Pontan. *Progymnaſm. 99.* tribuuntur effectus, ſcil. *quod mediante ea dæmones fugentur, peccata leviora ejus aſperſione remittantur, cogitationes improbæ evaneſcant, mens à rebus humanis avocetur*, & quæ ſunt ſimilia alia. Verum cum non aqua extra baptiſmum, ſed ſolo ſangvine Salvatoris eluantur & expientur animi ſordes, merito cultum illum ad ſcholas Judæorum, unde profluxit, remittimus. Vid. Polydor. Virgil. *de inventor. rer. lib. 5. c. 8.* Hancque canonicam Reconciliatio- 41.
nem, tanquam minime neceſſariam, rejicimus, cum non lapidum, ſed hominum potius ſit reconciliatio; Quin & ipſa fatetur Gloſſa, Eccleſiam non poſſe pollui à peccatis hominum, ſed iſtam reconciliationem fieri ad terrorem delinquentium. Quare Dn. Ziegler. in *Not. ad lib. 2. Inſtit. Jur. Can. tit. 18.* ſolennem hanc & ceremonialem expurgationem, quæ ipſi non minus ſuperſtitioſa videtur, quam ab initio facta conſecratio, reprobat, mirumque eſſe dicit, quod à fœmina menſtruata pollui Eccleſiam, non perinde aſſeruerint Canoniſtæ, qua in re præeuntem cauſari poſſent Synodum Laodicenam, quæ *cap. 44.* mulieres ad altare accedere prohibuit propter menſtrui fluxum, uti commentatur Zonaras.

Sed antequam ad alia progrediamur, ſub fine hujus capi- 42.
tis de conſecratione adhuc talis poteſt moveri quæſtio: An illa in tantum neceſſaria ſit, ut non niſi in Eccleſia conſecrata prædicatio verbi divini & adminiſtratio Sacramentorum peragi queat? R. Cum non parilem neceſſitatem conſecrationis ac bapti-

ptiſmi cum Canoniſtis, *can. Eccleſiis ſemel. 20. de conſecr. diſt. 1.* ſtatuamus, ſed inter adiaphora reponamus conſecrationem, quia
43. ſpeciali DEI mandato deſtituitur, hoc negamus. Hinc Athanaſius, cui jam olim crimini datum fuit, quod conventum in Eccleſia habuerit, antequam conſecrata & conſummata fuiſſet, *in Apol. Conſtant.* crimen hoc ita diluit, quod nunquam inceſſerit veteres iſta ſuperſtitio, ut nefas putarent, in loco non ſacrificato ſacra peragere. Imo & ipſe Pontifex Gregorius IX. hoc aſſerere, dum taliusmodi Eccleſiæ privilegium immunitatis concedit. *cap. Eccleſia*
44. *9. X. de immunit. Eccleſ.* Communiter tamen & laudabiliter in noſtris Eccleſiis receptum eſt, ut ſtructura templi ad finem perducta, penes Nos quoque fiat conſecratio, laudesque Deo ferantur & pia vota pro conſervatione Evangelicæ religionis ſolvantur, qui laudabilis actus juxta mores primitivæ Eccleſiæ inſtitutus à Principibus jura Epiſcopalia exercentibus per ſupremos Paſtores vel Superintendentes ſecundum ſuperius dicta peragitur. Vid. Dn.
45. Struv. *Synt. Jur. Feud. aph. 15. cap. 6.* Quare licet nec reconciliatio, nec etiam reconſecratio penes nos neceſſaria ſit; Nihilo minus ſi exuſtum vel deſtructum templum reparatum fuerit, pie preces ad DEUM juxta antiqvum Chriſtianorum ritum pro conſervanda vera vivifica religione feruntur, atque cultus divinus cum prædicatione verbi divini & adminiſtratione Sacramentorum denuo inchoatur, quo modo reconſecratione nullus ſane Noſtratium repugnabit, per ea, quæ ex Dn. Ziegler. *cit. loc.* jam antea monita ſunt.

(O)

CA-

CAPUT VII.

De Encæniis Templorum quotannis celebrandis.

Summaria.

1. *Encæniorum tractatus.*
2. *Etymologia & Homonymia.*
3. *Synonymia.*
4. 5. 6. *Origo Encæniorum Judaicorum.*
7. *Origo Encæniorum Chriſtianorum.*
8. 9. *Annua Encænia quando recepta ſint?*
10. *Ratio, cur in Encæniis inſtituantur convivia! Abuſus Encæniorum.*
11. *Ex abuſu Encæniorum orta ſunt Jurgia &c.*
12. 13. *Encæniorum protectio.*
14. *Quid ſit Jus,* den Wein und Bier fürzulegen. *Quid vocetur* Bann-Wein.
15. *Quibus competat Encæniorum protectio?*
16. *Protectioni adhæret Jus mulctandi ſubditum vicini.*
17. *Jus concedendi choreas.*
18. *Reſtrictus eſt Encæniorum uſus in terris Proteſtantium.*
19. *Quomodo Encænia admittantur in Electoratu Saxoniæ?*
20. 21. *Quomodo in Ducatu Gothano?*
22. *Qua occaſione commercia in Encæniis ſint inſtituta?*
23. *Nundinæ quid & quotuplices?*
24. *An Nundinæ diebus feſtis celebrari poſſint?*
25. *Penes nos ut plurimum nundinæ diebus dominicis prohibitæ ſunt.*
26. *An die feriato Ars ſagittaria exerceri poſſit?*
27. *An Choreæ licitè concedi poſſint? Chryſoſtomi & Auguſtini dicta in eas invectiva.*
28. *Multi quoque recentiores Scriptores choreas taxant, Fr. Joh. Paul. & Reinh. Lorich. Hadamar.*
29. *Multi contra Choreas approbant.*
30. *Additur diſtinctio, ut certo modo Choreæ tolerentur.*
31. *In ſacris fit mentio ſaltantium.*
32. *Moderatæ ac decentes Choreæ ad ſanitatem corporis & honeſtam recreationem ſpectant.*
33. *Limitationes ſub quibus Choreæ tolerantur, referuntur.*
34. *Magiſtratus Juventuti choreas etiam die dominica certo modo concedere poteſt.*

Digitized by Google

35. *Ad Clancularios conventus prohibendos & illicitas excurſiones vitandas facit conceſſio chorearum.*

36. *Prudentis Magiſtratus moderatio hic locum habet.*

37. *Chriſoſtomus & Auguſtinus loquuntur de ſaltatione impudica.*

38. *Reſpon. ad dubium Fr. Joh. Paul.*

39. *Affinia Encæniorum.*

1. PRopoſita Templorum conſecratione, Encænia quotannis celebranda ſubjicienda veniunt, de quibus *c. ſolonnitates 16. de conſecr. diſt. 1.* agitur & in Inſt. Jur. Can. *lib. 2. tit. 18. §. 19.* hoc proponitur: *Solennitates quoque dedicationum ipſarum Eccleſiarum per ſingulos annos erunt celebrandæ, ipſo Domino exemplum dante, qui, dum ad feſtum dedicationis templi celebrandum cum reliquis populis acceſſit, omnibus idem faciendi formam tribuit.* Ad meliorem illorum expli-
2. cationem ipſius vocabuli reſolutio, quod ἀπὸ τοῦ ἐγκαινίζειν, ab innovando derivatur & (1) quidem generaliter pro innovatione alicujus rei ſumitur, ſpecialiter vero (2) novum quoddam ludorum genus & novam pomparum ſpeciem denotat, qua indicatur, quod is, qui eà condecoratur, magnum quippiam geſſerit (3) in græcis & latinis hiſtoriis voce Encæniorum feſta anniverſaria urbium conditarum veniunt. (4) denique dedicationum Templorum feſtos dies, initiales & anniverſarios deſignat. Vid. Martin. *in Lexico Philolog. ad hoc vocab.* Wehner. *in Obſ. Pract. ad vocab.* Kirch-Weihe. Be-
3. ſold. *ibid.* Et hæc poſterior ſignificatio hujus loci eſt. Germ. Encænia vocantur Kirch-Weih. *id eſt Conſecratio Templi.* Weyhen enim apud Germanos ſacrare eſt. Id. Kirchmeß/ Kermeß/ Dn. Fritſch. de Nund. *c. 1. num. 21. & 25.* Alias latine dicuntur renovalia, it. feſta anniverſaria; Sicque Encænia nihil aliud ſignificant, quam feſtum dedicationis templi anniverſarium. Hinc & repetitio dedicationis templorum eſt & vocatur die Kirch-Weihe/ ceu tradit Speidel. *ad voc.* Kirch-Weih *in addit.*

4. Originem Encæniorum ſi conſideramus, videmus, quod ad imitationem Judæorum recepta ſint. Quo ritu Moſes tabernaculum DEI & Salomon templum de novo exſtructum conſecravit, *ex text. Exod. 4. & 1. Reg. 8.* clarius pateſcit. Renovatio quidem hujus dedicationis poſt captivitatem Babylonicam cum gaudio & faci-

Digitized by Google

ſacrificiis lautiſſimis inſtituta *Eſdr. c. 6. v. 16.* Sed annua Encæ- 5.
niorum repetitio ſub Juda Macchabæo demum recepta eſt, dum
is Jovis idolum templo impoſitum deſtruxit, templum repurgavit,
DEOque Iſraëlis, ſacris juxta leges publicas peractis, reddidit &
edixit, ut memoria templi dedicati anniverſaria eſſet, totaque
Iſraëlitica concio collecta, renovati altaris feſtum per integrum
octiduum cum ingenti ageret gaudio. *Ex eo tempore* ſcribit Joſe- 6.
phus *lib. 12. Antiq. Jud. c. 11. mos hic* (quotannis feſtum reparati cum
ceremoniis Templi celebrandi) *apud noſtros obtinuit, vocamusque
hanc feſtivitatem luminum, opinor ideo, quod ex inſperato nobis illuxerit
tanta felicitas.* Mentio quoque hujus feſti, cui ipſe Salvator noſter
interfuit, in N. T. *Joh. 20. v. 22.* extat, quem locum B. Luther. hoc
modo vertit: Es war aber Kirch-Weyh zu Jeruſalem.

Huncque morem Eccleſia primitiva imitata eſt. Nam ſicut 7.
in ritibus ſeſe Judæis propter eosdem lucrandos conformarunt A-
poſtoli: Ita, ut in præſenti nos contineamus materia, è Synagoga
Judaica Paſcha, Pentecoſte, Jejunia quatuor temporum & Tem-
plorum Encænia prodierunt, ut inaugurandi templa conſvetudo
ſtatim &, ut cap. priori dictum, ex inſtituto Felicis, qui ſeculo ter-
tio poſt Chriſtum natum Romanus fuiſſe Epiſcopus creditur, cœ-
perit. Sed annua Encænia ante Conſtantinum M. vix reperiun- 8.
tur. Is enim primus ad exemplum Salomonis templum Hieroſo-
lymitanum non ſolummodo concionibus, precibusque pro ſalute
Eccleſiæ & pro pace reipublicæ conceptis circa *A. C. CCC. XXXV.*
dedicavit, ſed etiam tempus annuum conſtituit, quo memoria
hujus beneficii innovaretur, DEOque pro conceſſa Eccleſiis pace
agerentur gratiæ, teſte Nicephor. *lib. 8. Hiſt. Eccl. c. 50.* Secuta
ſunt *A. C. CCCXLI.* Encænia templi Antiocheni. *A. C. CCC. XCIV.*
Encænia templi Ruffiani fuerunt, quod Apoſtolorum nominarunt.
Atque ita paulatim cujusvis templi natales vel Encænia in Eccleſiis 9.
& parochiis anniverſaria ſolenniter celebrari cœperunt, usque
dum à jure Can. *alleg. c. ſolennitates 16. de conſ. diſt. 1.* confirmata ſunt,
ita ut illo die, qui fuit initialis dedicationis Tem
atque adhuc penes Pontificios in viridi ſint obſe

Sicut vero Rex Salomo poſt pe ncæ
lectam multitudinem lauto excep

cab. annuo Encæniorum feſto condito ſumptuoſum quoddam ac ſplendidum populo exhibuit convivium, teſte Joſeph. *cit. loc.* Ita etiam Chriſtianis in more fuit poſitum, ut in ſuis Encæniis (bey ihren Kirch-Meſſen) ubi ſacrificia labiorum laudum & precum DEO immolaſſent, hilariter & pancraticè viverent, eumque diem feſtum ſolenni honorarent epulo, quæ conſvetudo poſtmodum in tantum invaluit, ut, nomine Encæniorum retento, vera ac recta intentio negligeretur, & Baccho potius potationibus, Cereri commeſſationibus, Veneri laſcivis ſaltationibus ſacra celebrarentur,
11. juſtaque perſolverentur. Hinc jurgia, rixæ, aliive congreſſus, fuſtibus & quicquid armorum furor ſuppeditat, exorti ſunt, ex quibus triplex gratiſſimum reſultavit commodum, duplex quidem ad Superiores ſpectans, alterum evacuatione cereviſiæ vinique doliorum, alterum jucundiſſimo mulctarum fructu obveniens. Knichen. *de territ. jur. c. 4. num. 478.* Tertium vero ad Mercatores nundinarum quæſtum exercentes redundavit. Vid. Speidel. Beſold.
12. Wehner. *ad vocab.* Kirch-Weyh: Quare Superiorum jus Encæniorum progreſſu in tantum excrevit, ut certa quoque Encæniorum protectio conſtituta fuerit, quam Kirchwey-Schutz vocarunt, ad diſtinctionem des Kirchen-Schutz/ quæ continua eſt, cum illa annalis ſit, & ſub initio Encæniorum publicè promulgata fuerit: Es iſt zu Eingang und Anfang der Kirch-Weyhen der Kirchwey-Schutz mit Trummeln und Pfeiffen und gewehrter Hand ausgeruffen worden/ ut
13. aſſerit Wehner. *in Pract. Obſervat. ad verbum* Kirch-Weih. Et hanc protectionem in pagis & vicis, quando Encænia celebrata ſunt, Superiores & Magiſtratus non ſolummodo per certos Officiales ſuſceperunt, ſie haben den Kirch-Weyh-Schutz vertreten/ ſed & vinum & cereviſiam vendiderunt, ſie haben den Bann-Wein und Bier für-
14. gelegt und ausgeſchencket. Principibus namque ac Dominis pagorum in Encæniis ruſticorum competiit jus den Wein/ Bier und Getranck fürzulegen und auszuſchencken/ quod adhuc hodie in quibusdam locis, teſte Wehner. *ad voc.* Bann-Wein/ obſervatur; in quibusdam vero per conventionem pagis & villis remiſſum eſt, hac addita limitatione, ut quotannis pro eo certam pecuniæ perſolvant ſummam, quod Bann-Wein-Geld/ it. Bann- und Schenck-Wein-Geld dicitur, qua ſoluta ipſi pagorum Schulteti & communi-

nitates vinum & cereviſiam præbent ac divendunt. Spectabant 15.
vero jura des Kirch-Weyh-Schutzes quibusdam in locis ad Dominos territorii, ex hac præprimis ratione, quod pœnarum mulctarumque compendia de jure feudali ad regalia referantur. *2. F. 56.* Borchold. *ad c. un. quæ ſint regal. n. 64.* Dn. Struvi *Synt. Jur. Feud. c. 6. aph. 29.* At moribus noſtris cum mulctandi jus inter JCtionis fructus ſimpliciter numeretur, ita ut illis quoque magiſtratibus, qui regalia non habent, competat. Wehner. *in Pract. Obſerv. ad vocab.* Vogtey. Dn. Struv. *cit. loc.* etiam protectiones Encæniorum, ubi adhuc obtinent, ut plurimum JCtioni cohærent, teſte Klock. *de ærar. lib. 2. c. 103.* ubi dicit: Der Kirch-weyh-Schutz und was dem anhängig / mit Platz und Tantz halten / mit Wein-Schencken / mit dem Kugel Platz iſt mixto imperio und der Nieder-Gerichtlichen Obrigkeit anhängig / &c. Cui vero jus protectionis competit, is & al- 16.
terius vicini ſubditum delinquentem in loco, ubi habentur Encænia, mulctare poteſt. Rütger. Ruland. *de commiſſ. part. 4. lib. 2. tit. 16.* Andr. Knichen. *de Jur. territ. c. 4. num. 409.* Ex probabili hac ratione, quod alias delinquens in loco commiſſi delicti forum ſortiatur, etſi enimis, qui delictum commiſit, in adjunctam delicto obligationem per ſe non conſentire videatur, cum tamen ea mente ad delictum acceſſerit, ut, licet impunitatem ſperarit, non recuſarit tamen pœnam, ideoque iſto conſenſu cum ejus loci, in quo delinquit, lege & judice contrahit, illique obligatus eſt ad ejus agnoſcendum forum. Alciat. *ad. c. 10. de off. jud. ordinar. n. 54.* De- 17.
nique & is, qui jus protectionis in Encæniis exercet; choreas aliudve honeſtorum ludorum genus permittere poteſt, ut præter Klock. *alleg.* teſtatur Wehn. *cit. loc.* Hinc nonnullis in locis ſub certis conditionibus extra Encænia toleratur conſvetudo, Daß die Bauren auf den Dörffern mögen Feſt- oder Pfingſt-Bier einlegen / trincken und Täntze dabey halten. Quia tamen chorearum conceſſiones die Verſtattung der Täntze mixto imperio in cauſa M. J. contra D. & K. Spiræ ventilata adſcriptæ ſunt, ut teſtatur Wehn. *in Obſ. Pract. ſub voc.* Tantz / ut à magiſtratu id impetrent ſubditi, requiritur, & tunc ad has compotationes nonnulli adhibentur Scabini, qui ut modeſte, quiete & ſine injuriis aut blaſphemiis omnia peragantur, proſpicere tenentur.

18. Sed cum ex illis comesſationibus in Encæniis multa exorta ſint mala, ideoque ſupremi Principes in noſtris Eccleſiis tum protectionem, tum ipſa Encænia partim abrogarunt, partim etiam, quantum fieri potuit, reſtrinxerunt. Theologi quidem Noſtrates Encænia non rejiciunt, ſi modo in honorem DEI cum debita devotione ac gratiarum actione ac prædicatione verbi divini ſine mixtura ſuperſtitionis aliisve abuſibus celebrentur. Chemnit. *in Exam. Concil. Tridentin. p. 4. p. 811. & ſeq.* Quia tamen abuſus mirum in modum crevit, ideoque reſtrictio quam maxime neceſſaria fuit. Et quidem ſi civitates ſpectamus vel plane nullum, vel etiam exiguum Encæniorum invenimus uſum. In pagis vero adhuc quidem tolerantur, ſed ita determinata ſunt, ut præcidantur omnes laſcivorum congreſſuum occaſiones; Imo quanquam incolis convivia in Encæniis concedantur, tamen vel conſtitutum eſt, ut omnes ſubditi alicujus territorii ſimul Encænia celebrent, quod in Ducatu Altenburgenſi hactenus obſervatum vidimus; vel etiam
19. modum & tempus non excedant. Quem modum ſupremus Saxonum Legislator præſcripſerit, ex *Ordin. Polit. noviſſima Elect. Saxon. tit. 20. patet*; cujus verba ſunt ſequentia: Weil dergleichen Schwelgerey unter andern auff den Bauer Kirch-Meſſen verübet werden / daß das Geſinde mit Verſäumnüß ihres Dienſtes und der Arbeit/ auff die auswärtige lauffen und an Theils Orthen zu unbequemer Zeit den Hauß-wirthen die Kerch-Meſſen fallen / als wollen wir / daß alle Kirch-Meſſen zwiſchen Martini und Nicolai gehalten / auch kein Geſinde mehr als ein Kirch-Meß / immaſſen in unſerer Geſinde-Ordnung *c. 1. in. fin.* auch gedacht worden / auſſerhalb ſeines Dorffes zubeſuchen/ noch ein Hauß-Wirth über 6 oder 8. Kirch-Meß-Gäſte am meiſten zu ſetzen / die Kirch-Meß über 2. Tage nicht zu halten / noch über 3. oder 4. Gerichte zu ſpeiſen befugt ſeyn ſolle / immaſſen Wir dann öffentliche Ausſchreiben förderlichſt ergehen / die Verbrecher auch ernſtlich &c.
20. beſtraffen laſſen wollen. Et quamvis *in Ordin. Polit. Vinar. de A. 1589.*
21. planè ſint abrogata Encænia, prout docent verba ſequentia: Darzu wollen Wir / daß alle Kirch-Meſſen / Kugelleich &c. in den Städten/ Märckten / Flecken und Dörffern zu Vermeidung des übrigen Verthuns und Verſchwendens / auch ander daraus wachſenden Unrichtigkeiten hinfürter gäntzlich ſollen abgethan und abgehalten werden. *In*

Or-

Ordin. tamen Provinc. Saxo-Gothan. p. 2. tit. 15. adhuc ſub certis quibusdam conditionibus, præprimis ut auſpicium eorum à concionibus ſacris inſtituatur, admittuntur, qua de re notabilia ſunt ſequentia *d. Ord.* verba: Demnach gleichfalls / wenn die Kirch-Meſſen auf die Sonn- und Feyer- oder auch Montage gehalten werden / viel und wohl die meiſten Leuthe / die Predigt und den GOttes-Dienſt verſäumen / oder die ſchuldigſte Sabbaths-Feyer doch ſonſten zum wenigſten mit Schlachten/Backen und anderer Zubereitung verbrochen wird/ als ſollen ſolche in der Wochen auf den Dienſtag / der doch kein Feſt-Tag / oder Feſt-Abend ſey / ſondern ſo dergleichen einfallen / als denn einen andern beqvemen Tag in der Wochen geleget/auch ſolches Tages Vormittage die Kir-meß-Predigt verrichtet / und von einem Bauren / der Kirmeß hält / ſeinen Gäſten mehr nicht / als vier Eſſen geſpeiſſet / und des andern Tages nur ein Frühſtück gegeben werden / bey Straffe zweyer oder auch wohl merhrer Gülden nach Gelegenheit der Verbrechung.

Singulas loci conſvetudines ut referamus, neque poſſibile, neque etiam ſcopo noſtro conveniens videtur. Quilibet ex patriæ moribus, an & quatenus Encænia tolerentur, vel reprobentur, facile dijudicare poterit.

Antequam vero ad alia progrediar, adhuc monendum reſtat 22 (1) quod in Encæniis plerumque commercia inſtituta & mercatus cum Encæniis ſimul celebrati fuerint, ita ut ex Encæniorum celebratione præter magiſtratus etiam mercatores lucrum ſibi quæſiverint (2) Quod in Encæniis quoque jam olim choreæ permiſſæ fuerint & adhuc permittantur, ubi disquiritur: An hoc licite fieri queat. (1) Mercatus hac occaſione in Encæniis inſtitui cœperunt: Cum olim non adeo frequentes eſſent Eccleſiæ ac hodie, longius habitantes ad Parochiam aliquot millaria diebus Dominicis ut irent, coacti fuerunt; eo quoque piſtores, caupones, coqui, inſtitores & opifices varii, ut advenientibus neceſſaria adminiſtrarent, convenerunt, exinde inolevit hic mos, ut diebus Dominicis ac tempore Encæniorum nundinæ inſtituerentur. Imo, quia laici Epiſcoporum conciones vel miſſas meliores putarunt, quam vulgarium Sacerdotum, magnus fuit diebus feſtis in civitates Epiſcopales concurſus, audiendorum Epiſcoporum cauſa, ibi vero

Digitized by Google

cum mercatus & negotiationes frequenter fierent, factum eſt, ut, quemadmodum cantus, lectiones & alia templi officia; Ita etiam mercatus & negotiatio vendentium & ementium miſſæ appellentur, continuatus quoque eſt hic mos usque ad noſtra tempora, ubi
23. plerumque inEncæniis habentur nundinationes. Sunt autem nundinæ *vel Majores, vel Minores. Majores* nundinæ alias dicuntur univerſales; freye offne Meſſen/ quarum conceſſionem ſibi Imperator reſervavit. Dn. Thomas *in Tab. Jur. publ. 26.* Spreng. *Inſt. J. Publ. l. 1. c. 2. Minores* & particulares vero ſunt vel anniverſariæ Jahr-Marckte/ quæ conceduntur à Dominis territorii, von Landes-Fürſtlicher hoher Obrigkeit/vel Hebdomatarii mercatus Wochen-Märckte/ quando ruſtici è vicinis pagis afferunt annonam, aliaque neceſſaria, ibique in foro venum exponunt, hos Magiſtrat. Civit. inſtituunt. De quibus omnibus latius videri poteſt Dn. Fritſch. *de nund.* Conf. Limn. *l. 4. c. 8. n. 302.*

24. Sed quæritur: An rectè tempore Encæniorum, quo ſacra tractanda ſunt, ut & diebus Dominicis ac feſtis celebrentur nundinæ? Quod omnino negamus, nam nundinæ cauſantur profanationem Sabbathi, ideoque media ejusmodi profanationis impiæ reſtringenda ſunt. Accedit, quod (1) jure divino in variis textibus (2) jure humano & Cæſareo *in l. ult. C. de fer.* Et canonico *in cap. 1. ext. de fer.* profanatio Sabbathi ſub temporali & æterna pœna prohibita fuerit, adeo ut nec ſangvine quidem iſtum diei dominicæ abuſum ſatis deplorari poſſe, Theologi noſtri pie admodum moneant, in-
25. terque eos Balduin. *de caſ. conſc. l. 1. c. 13. n. 7.* His aſſenſum ſuum præbent è JCtis Steph. Gratian. *dec. 21.* Ruff. *in conſt. Regn. Galliæ de merc. art. ult. gl. alt. n. 15.* Caſp. Klock. *de conor. c. 3. n. 86.* & noviſſime Marquard. *de jure commerc. l. 2. c. 6. n. 65.* Hisce rationibus moti pii Principes noſtræ religionis cum Encæniis nundinas, in quibus ut plurimum Baccho vel Cereri homines indulgent, in dies profeſtos tranſtulerunt. *R. I. de anno 1512. §.* Auch iſt für Nothdurfft &c. Quæ tranſlatio, ne dies feſti Majeſtati altiſſimæ dedicati prophanentur, laudabiliter in locis Saxoniæ, Miſniæ ac Thuringiæ placuit Sereniſſimis Saxoniæ Ducibus aliisque Imperii Statibus Vid. die Policey-Ordnung *Joh. Georgii II. tit. 11. §. ult. verb.* Weiln an etlichen Orten/ durch die Jahr- und Wochen-Märckte/ wenn dieſelbe

auf

auf die Sonn-und Feyer-Tage gefallen / der Gottesdienſt von vielen mit Aergernüß hinangeſetzt und verſäumet wird / ſo ſollen dergleichen Jahr-und Wochen-Märckte auf die Werck-Tage verlegt / und alſo niemand um der Krämerey Willen an ſeiner Devotion gehindert / oder davon abgehalten / viel weniger die gewöhnlichen Predigten eingeſtellet werden. Idem conſtitutum in laudata *Ordin. Prov. Saxo-Gothan. tit.* von Jahr-und Wochen-Märckten / quod & Comites Svvarzb. receperunt, ſecundum Dn. Fritſch. *qui in tr. de Nund. c.5. §.6. & 7.* hanc quæſtionem latius evolvit. Hinc nequidem hiſce diebus artem 26.
ſagittariam exercere licebit, quamvis enim hoc licitum videatur, præprimis ſacris finitis, ne ſi alio die exerceatur, commercia impediantur, agricultura intermittatur, & officinæ mechanicæ negligantur & deſerantur, quod tamen maximo tam publici ærarii, quam privatorum diſpendio fieret. Sed tantillum temporis ſpatium atque lucelli compendium æſtimandum non eſt, ut ei gloria DEI, quam Sabbathi ſanctificatio unice reſpicit, poſtponatur. Quin potius gloria DEI ubique prædominari debet ſaluti publicæ, quæ ſi negligatur tam hujus, quam illius vitæ maledictionem affert certiſſimam. Et hæ rationes faciunt, quod non ſolum Toletus, artem ſagittariam diebus feſtis poſt ſacra peracta concedens juſtiſſimè ab Andrea Riveto reprehendatur; Sed & Dn. Carpz. ſententia, qui. *l. 2. Juriſpr. Conſiſt. def. 253.* exercitio artis ſagittariæ, palæſtræ, pilæ & comœdiarum non profanari ſabbathum aſſerit, valde dubia reddatur, quamvis conſvetudo ferme omnium locorum illam approbet, quæ etiam, ſi modo ſine neglectu cultus divini fiat, per ea, quæ de choreis proponuntur, hactenus tolerata eſt.

Alterum, quod reſtat, eſt illud: An die Dominica, vel tem- 27.
pore Encæniorum Civibus ac Ruſticis, ſervis ac ancillis, aut etiam juventuti generatim choreæ licite concedi queant? Multi hoc negant, eaque propter ad primitivæ Eccleſiæ Doctores provocant, qui contra choreas admodum duras ſententias proferunt, Chryſoſtomus *hom. 56. in Geneſ.* Diabolicas eas vocat, & Diabolum una ſaltare dicit. Auguſtin. *Conc. 1. Pſ. 32.* melius eſſe ait, *tota die Sabbathi fodere, quam ſaltare.* Quare idem Auguſt. *de dec. Chord. c. 3.* Judæos hiſce taxat verbis: *Melius faceret Judæus in agro ſuo aliquid utile, quam ſi in theatro otioſus exiſteret; & melius illorum fœmina in Sabbatho*

ptiſmi cum Canoniſtis, *can. Eccleſiis ſemel. 20. de conſecr. diſt. 1.* ſtatuamus, ſed inter adiaphora reponamus conſecrationem, quia
43. ſpeciali DEI mandato deſtituitur, hoc negamus. Hinc Athanaſius, cui jam olim crimini datum fuit, quod conventum in Eccleſia habuerit, antequam conſecrata & conſummata fuiſſet, *in Apol. Conſtant.* crimen hoc ita diluit, quod nunquam inceſſerit veteres iſta ſuperſtitio, ut nefas putarent, in loco non ſacrificato ſacra peragere. Imo & ipſe Pontifex Gregorius IX. hoc aſſerere, dum taliusmodi Eccleſiæ privilegium immunitatis concedit *cap. Eccleſiæ*
44. *9. X. de immunit. Eccleſ.* Communiter tamen & laudabiliter in noſtris Eccleſiis receptum eſt, ut ſtructura templi ad finem perducta, penes Nos quoque fiat conſecratio, laudesque Deo ferantur & pia vota pro conſervatione Evangelicæ religionis ſolvantur, qui laudabilis actus juxta mores primitivæ Eccleſiæ inſtitutus à Principibus jura Epiſcopalia exercentibus per ſupremos Paſtores vel Superintendentes ſecundum ſuperius dicta peragitur. Vid. Dn.
45. Struv. *Synt. Jur. Feud. aph. 15. cap. 6.* Quare licet nec reconciliatio, nec etiam reconſecratio penes nos neceſſaria ſit; Nihilominus ſi exuſtum vel deſtructum templum reparatum fuerit, pie preces ad DEUM juxta antiqvum Chriſtianorum ritum pro conſervanda vera vivifica religione feruntur, atque cultus divinus cum prædicatione verbi divini & adminiſtratione Sacramentorum denuo inchoatur, quo modo reconſecratione nullus ſane Noſtratium repugnabit, per ea, quæ ex Dn. Ziegler. *cit. loc.* jam antea monita ſunt.

(O)

CA-

CAPUT VII.

De Encæniis Templorum quotannis celebrandis.

Summaria.

1. *Encæniorum tractatus.*
2. *Etymologia & Homonymia.*
3. *Synonymia.*
4. 5. 6. *Origo Encæniorum Judaicorum.*
7. *Origo Encæniorum Chriſtianorum.*
8. 9. *Annua Encænia quando recepta ſint?*
10. *Ratio, cur in Encæniis inſtituantur convivia! Abuſus Encæniorum.*
11. *Ex abuſu Encæniorum orta ſunt Jurgia &c.*
12. 13. *Encæniorum protectio.*
14. *Quid ſit Jus,* den Wein und Bier fürzulegen. *Quid vocetur* Bann-Wein.
15. *Quibus competat Encæniorum protectio?*
16. *Protectioni adhæret Jus mulctandi ſubditum vicini.*
17. *Jus concedendi choreas.*
18. *Reſtrictus eſt Encæniorum uſus in terris Proteſtantium.*
19. *Quomodo Encænia admittantur in Electoratu Saxoniæ?*
20. 21. *Quomodo in Ducatu Gothano?*
22. *Qua occaſione commercia in Encæniis ſint inſtituta?*
23. *Nundinæ quid & quotuplices?*
24. *An Nundinæ diebus feſtis celebrari poſſint?*
25. *Penes nos ut plurimum nundinæ diebus dominicis prohibitæ ſunt.*
26. *An die feriato Ars ſagittaria exerceri poſſit?*
27. *An Choreæ licitè concedi poſſint? Chryſoſtomi & Auguſtini dicta in eas invectiva.*
28. *Multi quoque recentiores Scriptores choreas taxant, Fr. Joh. Paul. & Reinb. Lorich. Hadamar.*
29. *Multi contra Choreas approbant.*
30. *Additur diſtinctio, ut certo modo Choreæ tolerentur.*
31. *In ſacris fit mentio ſaltantium.*
32. *Moderatæ ac decentes Choreæ ad ſanitatem corporis & honeſtam recreationem ſpectant.*
33. *Limitationes ſub quibus Choreæ tolerantur, referuntur.*
34. *Magiſtratus Juventuti choreas etiam die dominica certo modo concedere poteſt.*

35. *Ad Clancularios conventus prohibendos & illicitas excurſiones vitandas facit conceſſio chorearum.*
36. *Prudentis Magiſtratus moderatio hic locum habet.*
37. *Chriſoſtomus & Auguſtinus loquuntur de ſaltatione impudica.*
38. *Reſpon. ad dubium Fr. Joh. Paul.*
39. *Affinia Encaniorum.*

1. PRopoſita Templorum conſecratione, Encænia quotannis celebranda ſubjicienda veniunt, de quibus *c. ſolonnitates 16. de conſecr. diſt. 1.* agitur & in Inſt. Jur. Can. *lib. 2. tit. 18. §. 19.* hoc proponitur: *Solennitates quoque dedicationum ipſarum Eccleſiarum per ſingulos annos erunt celebrandæ, ipſo Domino exemplum dante, qui, dum ad feſtum dedicationis templi celebrandum cum reliquis populis acceſſit, omnibus idem faciendi formam tribuit.* Ad meliorem illorum expli-
2. cationem ipſius vocabuli reſolutio, quod ἀπὸ τῦ ἐγκαινίζειν, ab innovando derivatur & (1) quidem generaliter pro innovatione alicujus rei ſumitur, ſpecialiter vero (2) novum quoddam ludorum genus & novam pomparum ſpeciem denotat, qua indicatur, quod is, qui eâ condecoratur, magnum quippiam geſſerit (3) in græcis & latinis hiſtoriis voce Encæniorum feſta anniverſaria urbium conditarum veniunt. (4) denique dedicationum Templorum feſtos dies, initiales & anniverſarios deſignat. Vid. Martin. *in Lexico Philolog. ad hoc vocab.* Wehner. *in Obſ. Pract. ad vocab.* Kirch-Weihe. Be-
3. ſold. *ibid.* Et hæc poſterior ſignificatio hujus loci eſt. Germ. Encænia vocantur Kirch-Weih. *id eſt Conſecratio Templi.* Weyhen enim apud Germanos ſacrare eſt. Id. Kirchmeß / Kermeß / Dn. Fritſch. de Nund. *c. 1. num. 21. & 25.* Alias latine dicuntur renovalia, it. feſta anniverſaria; Sicque Encænia nihil aliud ſignificant, quam feſtum dedicationis templi anniverſarium. Hinc & repetitio dedicationis templorum eſt & vocatur die Kirch-Weihe / ceu tradit Speidel. *ad voc* Kirch-Weih *in addit.*

4. Originem Encæniorum ſi conſideramus, videmus, quod ad imitationem Judæorum recepta ſint. Quo ritu Moſes tabernaculum DEI & Salomon templum de novo exſtructum conſecravit, *ex text. Exod. 4. & 1. Reg. 8.* clarius pateſcit. Renovatio quidem hujus dedicationis poſt captivitatem Babylonicam cum gaudio & ſacri-

ſacrificiis lautiſſimis inſtituta *Eſdr. c. 6. v. 16.* Sed annua Encæniorum repetitio ſub Juda Macchabæo demum recepta eſt, dum is Jovis idolum templo impoſitum deſtruxit, templum repurgavit, DEOque Iſraëlis, ſacris juxta leges publicas peractis, reddidit & edixit, ut memoria templi dedicati anniverſaria eſſet, totaque Iſraëlitica concio collecta, renovati altaris feſtum per integrum octiduum cum ingenti ageret gaudio. 5.

Ex eo tempore ſcribit Joſephus *lib. 12. Antiq. Jud. c. 11. mos hic* (quotannis feſtum reparati cum ceremoniis Templi celebrandi) *apud noſtros obtinuit, vocamusque hanc feſtivitatem luminum, opinor ideo, quod ex inſperato nobis illuxerit tanta felicitas.* Mentio qnoque hujus feſti, cui ipſe Salvator noſter interfuit, in N. T. *Joh. 20. v. 22.* extat, quem locum B. Luther. hoc modo vertit: Es war aber Kirch-Weyh zu Jeruſalem. 6.

Huncque morem Eccleſia primitiva imitata eſt. Nam ſicut in ritibus ſeſe Judæis propter eosdem lucrandos conformarunt Apoſtoli: Ita, ut in præſenti nos contineamus materia, è Synagoga Judaica Paſcha, Pentecoſte, Jejunia quatuor temporum & Templorum Encænia prodierunt, ut inaugurandi templa conſvetudo ſtatim &, ut cap. priori dictum, ex inſtituto Felicis, qui ſeculo tertio poſt Chriſtum natum Romanus fuiſſe Epiſcopus creditur, cœperit. 7.

Sed annua Encænia ante Conſtantinum M. vix reperiuntur. Is enim primus ad exemplum Salomonis templum Hieroſolymitanum non ſolummodo concionibus, precibusque pro ſalute Eccleſiæ & pro pace reipublicæ conceptis circa *A. C. CCC. XXXV.* dedicavit, ſed etiam tempus annuum conſtituit, quo memoria hujus beneficii innovaretur, DEOque pro conceſſa Eccleſiis pace agerentur gratiæ, teſte Nicephor. *lib. 8. Hiſt. Eccl. c. 50.* Secuta ſunt *A. C. CCCXLI.* Encænia templi Antiocheni. *A. C. CCC. XCIV.* Encænia templi Ruffiani fuerunt, quod Apoſtolorum nominarunt. 8.

Atque ita paulatim cujusvis templi natales vel Encænia in Eccleſiis & parochiis anniverſaria ſolemniter celebrari cœperunt, usque dum à jure Can. *alleg. c. ſolennitates 16. de conſ. diſt. 1.* confirmata ſunt, ita ut illo die, qui fuit initialis dedicationis Templi celebrentur, atque adhuc penes Pontificios in viridi ſint obſervantia. 9.

Sicut vero Rex Salomo poſt peracta Encænia Proceres & collectam multitudinem lauto excepit epulo. *1. Reg. 8.* Et Judas Mac- 10.

cab.

cab. annuo Encæniorum feſto condito ſumptuoſum quoddam ac ſplendidum populo exhibuit convivium, teſte Joſeph. *cit. loc.* Ita etiam Chriſtianis in more fuit poſitum, ut in ſuis Encæniis (bey ihren Kirch-Meſſen) ubi ſacrificia labiorum laudum & precum DEO immolaſſent, hilariter & pancraticè viverent, eumque diem feſtum ſolenni honorarent epulo, quæ conſvetudo poſtmodum in tantum invaluit, ut, nomine Encæniorum retento, vera ac recta intentio negligeretur, & Baccho potius potationibus, Cereri commeſſationibus, Veneri laſcivis ſaltationibus ſacra celebrarentur,
11. juſtaque perſolverentur. Hinc jurgia, rixæ, aliive congreſſus, fuſtibus & quicquid armorum furor ſuppeditat, exorti ſunt, ex quibus triplex gratiſſimum reſultavit commodum, duplex quidem ad Superiores ſpectans, alterum evacuatione cereviſiæ vinique doliorum, alterum jucundiſſimo mulctarum fructu obveniens. Knichen. *de territ. jur. c. 4. num. 478.* Tertium vero ad Mercatores nundinarum quæſtum exercentes redundavit. Vid. Speidel. Beſold.
12. Wehner. *ad vocab.* Kirch-Weyh: Quare Superiorum jus Encæniorum progreſſu in tantum excrevit, ut certa quoque Encæniorum protectio conſtituta fuerit, quam Kirchwey-Schutz vocarunt, ad diſtinctionem des Kirchen-Schutz/ quæ continua eſt, cum illa annalis ſit, & ſub initio Encæniorum publicè promulgata fuerit: Es iſt zu Eingang und Anfang der Kirch-Weyhen der Kirchwey-Schutz mit Trummeln und Pfeiffen und gewehrter Hand ausgeruffen worden/ ut
13. aſſerit Wehner. *in Pract. Obſervat. ad verbum* Kirch-Weih. Et hanc protectionem in pagis & vicis, quando Encænia celebrata ſunt, Superiores & Magiſtratus non ſolummodo per certos Officiales ſuſceperunt, ſie haben den Kirch-Weyh-Schutz vertretten/ ſed & vinum & cereviſiam vendiderunt, ſie haben den Bann-Wein und Bier für-
14. gelegt und ausgeſchencket. Principibus namque ac Dominis pagorum in Encæniis ruſticorum competiit jus den Wein/ Bier und Getranck fürzulegen und auszuſchencken/ quod adhuc hodie in quibusdam locis, teſte Wehner. *ad voc.* Bann-Wein/ obſervatur; in quibusdam vero per conventionem pagis & villis remiſſum eſt, hac addita limitatione, ut quotannis pro eo certam pecuniæ perſolvant ſummam, quod Bann-Wein-Geld/ it. Bann- und Schenck-Wein-Geld dicitur, qua ſoluta ipſi pagorum Schulteti & communi-

nitates vinum & cereviſiam præbent ac divendunt. Spectabant 15.
vero jura des Kirch-Weyh-Schutzes quibusdam in locis ad Dominos territorii, ex hac præprimis ratione, quod pœnarum mulctarumque compendia de jure feudali ad regalia referantur. *2. F. 56.* Borchold. *ad c. un. quæ ſint regal. n. 64.* Dn. Struvi *Synt. Jur. Feud. c. 6. aph. 29.* At moribus noſtris cum mulctandi jus inter JCtionis fructus ſimpliciter numeretur, ita ut illis quoque magiſtratibus, qui regalia non habent, competat. Wehner. *in Pract. Obſerv. ad vocab.* Vogtey. Dn. Struv. *cit. loc.* etiam protectiones Encæniorum, ubi adhuc obtinent, ut plurimum JCtioni cohærent, teſte Klock. *de ærar. lib. 2. c. 103.* ubi dicit: Der Kirch-weyh-Schutz und was dem anhängig / mit Platz und Tantz halten / mit Wein-Schencken / mit dem Kugel Platz iſt mixto imperio und der Nieder-Gerichtlichen Obrigkeit anhängig / &c. Cui vero jus protectionis competit, is & al- 16.
terius vicini ſubditum delinquentem in loco, ubi habentur Encænia, mulctare poteſt. Rütger. Ruland. *de commiſſ. part. 4. lib. 2. cit. 16.* Andr. Knichen. *de Jur. territ. c. 4. num. 409.* Ex probabili hac ratione, quod alias delinquens in loco commiſſi delicti forum ſortiatur, etſi enimis, qui delictum commiſit, in adjunctam delicto obligationem per ſe non conſentire videatur, cum tamen ea mente ad delictum acceſſerit, ut, licet impunitatem ſperarit, non recuſarit tamen pœnam, ideoque iſto conſenſu cum ejus loci, in quo delinquit, lege & judice contrahit, illique obligatus eſt ad ejus agnoſcendum forum. Alciat. *ad. c. 10. de off. jud. ordinar. n. 54.* De- 17.
nique & is, qui jus protectionis in Encæniis exercet; choreas aliudve honeſtorum ludorum genus permittere poteſt, ut præter Klock. *alleg.* teſtatur Wehn. *cit. loc.* Hinc nonnullis in locis ſub certis conditionibus extra Encænia toleratur conſvetudo, Daß die Bauren auf den Dörffern mögen Feſt- oder Pfingſt-Bier einlegen/trincken und Täntze dabey halten. Quia tamen chorearum conceſſiones die Verſtattung der Täntze mixto imperio in cauſa M. J. contra D. & K. Spiræ ventilata adſcriptæ ſunt, ut teſtatur Wehn. *in Obſ. Pract. ſub voc.* Tantz / ut à magiſtratu id impetrent ſubditi, requiritur, & tunc ad has compotationes nonnulli adhibentur Scabini, qui ut modeſte, quiete & ſine injuriis aut blaſphemiis omnia peragantur, proſpicere tenentur.

R Sed

Digitized by Google

18. Sed cum ex illis comeſſationibus in Encæniis multa exorta ſint mala, ideoque ſupremi Principes in noſtris Eccleſiis tum protectionem, tum ipſa Encænia partim abrogarunt, partim etiam, quantum fieri potuit, reſtrinxerunt. Theologi quidem Noſtrates Encænia non rejiciunt, ſi modo in honorem DEI cum debita devotione ac gratiarum actione ac prædicatione verbi divini ſine mixtura ſuperſtitionis aliisve abuſibus celebrentur. Chemnit. *in Exam. Concil. Tridentin. p. 4. p. 811. & ſeq.* Quia tamen abuſus mirum in modum crevit, ideoque reſtrictio quam maxime neceſſaria fuit. Et quidem ſi civitates ſpectamus vel plane nullum, vel etiam exiguum Encæniorum invenimus uſum. In pagis vero adhuc quidem tolerantur, ſed ita determinata ſunt, ut præcidantur omnes laſcivorum congreſſuum occaſiones; Imo quanquam incolis convivia in Encæniis concedantur, tamen vel conſtitutum eſt, ut omnes ſubditi alicujus territorii ſimul Encænia celebrent; quod in Ducatu Altenburgenſi hactenus obſervatum vidimus; vel etiam
19. modum & tempus non excedant. Quem modum ſupremus Saxonum Legislator præſcripſerit, ex *Ordin. Polit. noviſſima Elect. Saxon. tit. 20. patet*; cujus verba ſunt ſequentia: Weil dergleichen Schwelgerey unter andern auff den Bauer Kirch-Meſſen verübet werden / daß das Geſinde mit Verſaumnüß ihres Dienſtes und der Arbeit / auff die auswärtige lauffen und an Theils Orthen zu unbequemer Zeit den Hauß-wirthen die Kerch-Meſſen fallen / als wollen wir / daß alle Kirch-Meſſen zwiſchen Martini und Nicolai gehalten / auch kein Geſinde mehr als ein Kirch-Meß / immaſſen in unſerer Geſinde-Ordnung *c. 1. in. fin.* auch gedacht worden / auſſerhalb ſeines Dorffes zubeſuchen / noch ein Hauß-Wirth über 6. oder 8. Kirch-Meß-Gäſte am meiſten zu ſetzen / die Kirch-Meß über 2. Tage nicht zu halten / noch über 3. oder 4. Gerichte zu ſpeiſen befugt ſeyn ſolle / immaſſen Wir dann öffentliche Ausſchreiben förderlichſt ergehen / die Verbrecher auch ernſtlich &c.
20. beſtraffen laſſen wollen. Et quamvis *in Ordin. Polit. Vinar. de A. 1589.*
21. planè ſint abrogata Encænia, prout docent verba ſequentia: Daru wollen Wir / daß alle Kirch-Meſſen / Kugelleich &c. in den Städten / Märckten / Flecken und Dörffern zu Vermeidung des übrigen Verthuns und Verſchwendens / auch ander daraus wachſenden Unrichtigkeiten hinfürter gäntzlich ſollen abgethan und abgehalten werden. *In*

Or-

Ordin. tamen Provinc. Saxo-Gothan. p. 2. tit. 15. adhuc ſub certis quibusdam conditionibus, præprimis ut auſpicium eorum à concionibus ſacris inſtituatur, admittuntur, qua de re notabilia ſunt ſequentia *d. Ord.* verba: Demnach gleichfalls / wenn die Kirch-Meſſen auf die Sonn- und Feyer- oder auch Montage gehalten werden / viel und wohl die meiſten Leuthe / die Predigt und den GOttes-Dienſt verſäumen / oder die ſchuldigſte Sabbaths-Feyer doch ſonſten zum wenigſten mit Schlachten / Backen und anderer Zubereitung verbrochen wird / als ſollen ſolche in der Wochen auf den Dienſtag / der doch kein Feſt-Tag / oder Feſt-Abend ſey / ſondern ſo dergleichen einfallen / als denn einen andern bequemen Tag in der Wochen geleget / auch ſolches Tages Vormittage die Kirmieß-Predigt verrichtet / und von einem Bauren / der Kirmeß hält / ſeinen Gäſten mehr nicht / als vier Eſſen geſpeiſſet / und des andern Tages nur ein Frühſtück gegeben werden / bey Straffe zweyer oder auch wohl mehrer Gülden nach Gelegenheit der Verbrechung.

Singulas loci conſvetudines ut referamus, neque poſſibile, neque etiam ſcopo noſtro conveniens videtur. Quilibet ex patriæ moribus, an & quatenus Encænia tolerentur, vel reprobentur, facile dijudicare poterit.

Antequam vero ad alia progrediar, adhuc monendum reſtat 22 (1) quod in Encæniis plerumque commercia inſtituta & mercatus cum Encæniis ſimul celebrati fuerint, ita ut ex Encæniorum celebratione præter magiſtratus etiam mercatores lucrum ſibi quæſierint (2) Quod in Encæniis quoque jam olim choreæ permiſſæ fuerint & adhuc permittantur, ubi disquiritur: An hoc licite fieri queat. (1) Mercatus hac occaſione in Encæniis inſtitui cœperunt: Cum olim non adeo frequentes eſſent Eccleſiæ ac hodie, longius habitantes ad Parochiam aliquot millaria diebus Dominicis ut irent, coacti fuerunt, eo quoque piſtores, caupones, coqui, inſtitores & opifices varii, ut advenientibus neceſſaria adminiſtrarent, convenerunt, exinde inolevit hic mos, ut diebus Dominicis ac tempore Encæniorum nundinæ inſtituerentur. Imo, quia laici Epiſcoporum conciones vel miſſas meliores putarunt, quam vulgarium Sacerdotum, magnus fuit diebus feſtis in civitates Epiſcopales concurſus, audiendorum Epiſcoporum cauſa, ibi vero

cum mercatus & negotiationes frequenter fierent, factum eſt, ut, quemadmodum cantus, lectiones & alia templi officia; Ita etiam mercatus & negotiatio vendentium & ementium miſſæ appellentur, continuatus quoque eſt hic mos usque ad noſtra tempora, ubi plerumque inEncæniis habentur nundinationes. Sunt autem nun-
23. dinæ *vel Majores, vel Minores. Majores* nundinæ alias dicuntur univerſales, freye offne Meſſen / quarum conceſſionem ſibi Imperator reſervavit. Dn. Thomas *in Tab. Jur. publ. 26.* Spreng. *Inſt. J. Publ. l. 1. c. 2. Minores* & particulares vero ſunt vel anniverſariæ Jahr-Märckte / quæ conceduntur à Dominis territorii, von Landes-Fürſtlicher hoher Obrigkeit / vel Hebdomatarii mercatus Wochen-Märckte / quando ruſtici è vicinis pagis afferunt annonam, aliaque neceſſaria, ibique in foro venum exponunt, hos Magiſtrat. Civit. inſtituunt. De quibus omnibus latius videri poteſt Dn. Fritſch. *de nund.* Conf. Limn. *l. 4. c. 8. n. 302.*

24. Sed quæritur: An rectè tempore Encæniorum, quo ſacra tractanda ſunt, ut & diebus Dominicis ac feſtis celebrentur nundinæ? Quod omnino negamus, nam nundinæ cauſantur profanationem Sabbathi, ideoque media ejusmodi profanationis impiæ reſtringenda ſunt. Accedit, quod (1) jure divino in variis textibus (2) jure humano & Cæſareo *in l. ult. C. de fer.* Et canonico *in cap. 1. ext. de fer.* profanatio Sabbathi ſub temporali & æterna pœna prohibita fuerit, adeo ut nec ſangvine quidem iſtum diei dominicæ abuſum ſatis deplorari poſſe, Theologi noſtri pie admodum moneant, in-
25. terque eos Balduin. *de caſ. conſc. l. 1. c. 13. n. 7.* His aſſenſum ſuum præbent è JCtis Steph. Gratian. *dec. 21.* Ruff. *in conſt. Regn. Galliæ de merc. art. ult. gl. ult. n. 15.* Caſp. Klock. *de contr. c. 3. n. 86.* & noviſſime Marquard. *de jure commerc. l. 2. c. 6. n. 65.* Hisce rationibus moti pii Principes noſtræ religionis cum Encæniis nundinas, in quibus ut plurimum Baccho vel Cereri homines indulgent, in dies profeſtos transtulerunt. *R. I. de anno 1512. §.* Auch iſt für Nothdurfft &c. Quæ translatio, ne dies feſti Majeſtati altiſſimæ dedicati prophanentur, laudabiliter in locis Saxoniæ, Miſniæ ac Thuringiæ placuit Sereniſſimis Saxoniæ Ducibus aliisque Imperii Statibus Vid. die Policey-Ordnung *Joh. Georgii II. tit. 11. §. ult. verb.* Weiln an etlichen Orten / durch die Jahr- und Wochen-Märckte / wenn dieſelbe

auf

auf die Sonn- und Feyer-Tage gefallen / der Gottesdienſt von vielen mit Aergernüß hinangeſetzt und verſäumet wird / ſo ſollen dergleichen Jahr- und Wochen-Märckte auf die Werck-Tage verlegt / und alſo niemand um der Krämerey Willen an ſeiner Devotion gehindert / oder davon abgehalten / viel weniger die gewöhnlichen Predigten eingeſtellet werden. Idem conſtitutum in laudata *Ordin. Prov. Saxo-Gothan. tit.* von Jahr- und Wochen-Märckten / quod & Comites Svvarzb. receperunt, ſecundum Dn. Fritſch. *qui in tr. de Nund. c. 5. §. 6. & 7.* hanc quæſtionem latius evolvit. Hinc nequidem hiſce diebus artem 26.
ſagittariam exercere licebit, quamvis enim hoc licitum videatur, præprimis ſacris finitis, ne ſi alio die exerceatur, commercia impediantur, agricultura intermittatur, & officinæ mechanicæ negligantur & deſerantur, quod tamen maximo tam publici ærarii, quam privatorum diſpendio fieret. Sed tantillum temporis ſpatium atque lucelli compendium æſtimandum non eſt, ut ei gloria DEI, quam Sabbathi ſanctificatio unice reſpicit, poſtponatur. Quin potius gloria DEI ubique prædominari debet ſaluti publicæ, quæ ſi negligatur tam hujus, quam illius vitæ maledictionem affert certiſſimam. Et hæ rationes faciunt, quod non ſolum Toletus, artem ſagittariam diebus feſtis poſt ſacra peracta concedens juſtiſſimè ab Andrea Riveto reprehendatur; Sed & Dn. Carpz. ſententia, qui. *l. 2. Jurispr. Conſiſt. def. 253.* exercitio artis ſagittariæ, palæſtræ, pilæ & comœdiarum non profanari ſabbathum aſſerit, valde dubia reddatur, quamvis conſvetudo ferme omnium locorum illam approbet, quæ etiam, ſi modo ſine neglectu cultus divini fiat, per ea, quæ de choreis proponuntur, hactenus tolerata eſt.

Alterum, quod reſtat, eſt illud: An die Dominica, vel tem- 27.
pore Encæniorum Civibus ac Ruſticis, ſervis ac ancillis, aut etiam juventuti generatim choreæ licite concedi queant? Multi hoc negant, eaque propter ad primitivæ Eccleſiæ Doctores provocant, qui contra choreas admodum duras ſententias proferunt, Chryſoſtomus *hom. 56. in Geneſ.* Diabolicas eas vocat, & Diabolum una ſaltare dicit. Auguſtin. *Conc. 1. Pſ. 32.* melius eſſe ait, *tota die Sabbathi fodere, quam ſaltare.* Quare idem Auguſt. *de dec. Chord. c. 3.* Judæos hiſce taxat verbis: *Melius faceret Judæus in agro ſuo aliquid utile, quam ſi in theatro otioſus exiſteret; & melius illorum fœminæ in Sabbatho*

lanam facerent, quam quod tota die in Neomeniis ſuis impudice ſaltarent.

28. Ex recentioribus quoque multi Scriptores choreas deteſtantur, ut teſtatur B. Gerhard. *in loc. Theol. de Conjug. §. 47.* & Beſold. *in tract. de Educat. fol. 17. & ſeq.* Quare Fr. Joh. Paul. in Schimpff und Ernſt/ tit. von Tantzen / *c. 337.* ſequentia tradit: Es ſoll kein frommer Mann ſeine Frau / noch ſeine Tochter zum Tantzen laſſen gehen / du biſt ſicher daß ſie nicht als gut wieder heim kombt / als ſie iſt dargangen / ſie begehren oder werden begehret / und haben ihre Hand in einer unreinen Hand. Conſentit Reinhard. Lorich. Hadamar. qui *inſt. Princ. fol. 206.* ita ſcribit: *Hic ludus multorum dedecorum cauſa fuit. Sæpe ibi matrona diu ſervatum decus perdidit, ſæpe infelix virguncula didicit, quod melius*

29. *ignoraſſet.* Atque hæc contra choreas proferuntur. Multi vero inveniuntur, qui ex adverſo choreas non tantum indulgent, ſed & populum hoc modo in religione reformata ſtabiliri & à Papiſmo averti aſſerunt, inter quos eſt Franciſ. White, Epiſcopus Eliſienſis, *in Tract. Angl. de Sabbatho anno 1635.* publicato.

30. In hac diverſitate probabilius *media* incedimus *via*, atque illa, quæ *contra choreas* propoſita ſunt, *de inhoneſtis*, laſcivis, clancularìis & impudicis intelligimus, *choreæ* tamen *per ſe abſolute & ſimpliciter*, tanquam toto genere vitioſæ & illicitæ, neutiquam damnari poſſunt, quod (1) *exempla piorum ſaltantium* (2) *natura adiaphororum*

31. & (3) *effectus chorearum* comprobant. Nam ſacra pagina mentionem ſaltantium facit, neque illam ſpecialiter prohibet, ut choreæ ſint portio civilis converſationis, adeoque nec ſimpliciter improbari, ſed ex cauſarum, præſertim efficientis & finalis ſtatu æſtima-

32. ri debeant, præcipue cum decentes & moderatæ corporis ſanitatem ob moderatam membrorum agitationem tueantur, & animo honeſtam recreationem præſtent, quin etiam ſæpius primam ad conjugium contrahendum occaſionem præbeant, cum per eam juvenes & virgines ſibi invicem innoteſcant, mores utrinque explorent & conjugalis amoris primordia ponant. Non aliter tamen hoc pro-

33. cedet, niſi (1) ratio habeatur *perſonarum*, cum impudicis enim ſcortis ſaltare eſt probroſum, (2) *ætatis*, quia juvenili potius ætati, quam ſenili ſaltationes conveniunt. (3) *Temporis*, nocturnas enim choreas tanquam ſuſpectas prohibet *Conſtitutio Eccleſ. Elect. Saxon. art. gen. 18.* (4) *Loci*, ut in locis publicis, non occultis angulis & in

præ-

præſentia honeſtarum perſonarum inſtituantur & (5) *Modi.* Nam *de Conſtit. Eccleſ.* prohibet inhoneſtas circumgyrationes & omnes laſcivos ac impudicos geſtus B. Gerhard. *cit. loc. §. 473.*

Proinde quamvis tutius ſit, die dominica ſacris invigilare, ac 34.
opera pietatis exercere, choreas vero juxta illa, quæ *n. 26. huj. c.* dicta ſunt, reſtringere. Quod ſi tamen conſvetudine receptæ ſint, Magiſtratus loci poterit juventuti, famulis, ruſticis, nec non civibus ſacris finitis circa veſperam per breve temporis ſpatium concedere, quia ſaltare per ſe vitioſum non eſt, ſed indifferens, judice Regum ſapientiſſimo *Eccleſiaſt. 3.* & dies Sabbathicum aliis feſtis non tantum ſanctificationi, ſed & recreationi deputatus eſt, ad quam honeſtæ ſaltationes commode referri poterunt, modo permiſſio illa ita ſe habeat, ut circumſcribat Magiſtratus locum, tempus, perſonas & cætera; Quare etiam conſtituendi ſunt inſpectores, ut obſervent ſaltantes, & ut in eorum aliarum honeſtarum perſonarum conſpectu choreæ exerceantur. Quapropter 35.
ſatius eſſe, quandoque illas ſaltationes ruſticæ juventuti, quam otia vitioſa & clancularios conventus concedere, obſervatis obſervandis prudentiores judicant; ut hoc modo excurſiones illicitæ ad extranea loca ſaltandi gratia prohibeantur & inhoneſtæ converſationes in reditu tempore nocturno inſtitutæ prohibeantur, quam rationem ipſe exprimit Legislator Saxon. *cit. art. 18.* in verbis: So gelanget doch an uns / daß die leichtfertige Jugend deme auſſerhalb Landes nach leufft / etc.

Prudentia itaque Magiſtratus Chriſtiani hic omnia moderabi- 36.
tur, ut choreæ permiſſæ decenter & ordine, ne ſcandalum præbeatur, inſtituantur. Illuſtrat hæc omnia *Ordin. Eccleſ. Elect. Saxon, art. gener. 18.* in verbis: Damit aber ſolchen vorgekommen und der frechen Jugend hierinnen Ziel und Maaß gegeben werde / ſo laſſen wir / biß auf fernere Verordnung / geſchehen / da es gebrauchlich / daß der Tantz alle Sonntage nach verrichter Veſper-Predigt / vom Pfingſt-Dienſtage an / biß auf Michaelis / auch einen Tag auf jedes Dorfs Kirch-Meß / und einen Tag in der Faſtnacht / bey Tag und Sonnen-Schein / bey gewiſſer Poen / ehrlich ohne einig verdrehen / und unzüchtiges Geberde an einem öffentlichen gemeinen Orthe / und in keinen Winckeln zu halten verſtattet werde / doch daß die ärgerlichen Lobe-

L. Tän-

Täntze / Bettler-Täntze / und was dergleichen an etlichen Orthen biß-hero mehr ärgerliches geſtattet worden ſeyn mag / da Knechte und Mäg-de einen weiten Weg mit einander / darzu bey nächtlicher Weile / nicht ohne verdachter Unzucht wieder heimgehen / gäntzlich bey nahmhaffter
37. Poen verbothen / und ernſtlich darüber gehalten werde. Quæ vero ex Patribus adducta ſunt, contra hæc non pugnant. Nam Chryſoſtomus & Auguſtinus loqvuntur de ſaltatione non ſimpliciter tali, ſed de impudica, quam & nos tanquam profanationem inſignem deteſtamur, præterea agit Auguſtinus de Sabbatho cum Neomeniis adhuc connexo, quod Judæi ex ſuperſtitione obſervant, non
38. attendentes libertatem, quam Meſſias nobis peperit. Fr. Joh. Paul. vero ſi loquitur de his recreationibus, quibus adhæret vitium vel frequentiſſime accedit, Nos quoque conſentientes habebit; Sin de honeſtis, ipſi non annuimus. vid. Dn. Carpz. *lib. 2. Juriſpr. Conſiſt. def. 157.* & Dn. Oſiandr. *in tract. de Sabbath. ſub fin. quæſt. adject. 4.* Hæc data occaſione de choreis ſufficiant.

39. Affinia denique Encæniorum ſunt (1) celebratio *Jubilei*, in memoriam alicujus rei inſtitutæ, e. g. Academiæ, vel in memoriam purgatæ religionis (2) celebratio feſtorum propter rem memorabilem introductorum, ut eſt feſtum pacis anniverſarium (3) Celebratio Natalis Principis & ejuſmodi alia renovalia. De quibus alibi. Hæc de *Encæniis* ſufficiant.

CAPUT IIX.

De
Juribus Templum jam ædificatum præcipue vero cultum divinum concernentibus.

Summaria.

1. 2. Continuationis redditur ratio.
3. An ſecretæ quædam efficacia templis Sanctis dedicatis tribuenda ſit?

4. Ex

Digitized by Google

4. Ex laudabili cauſa templa exſtruuntur.
5. Ad ordinem ſervandum Deus Sabbathum conſtituit.
6. An Præceptum de Sabbatho ſit legis Moralis, an ceremonialis?
7. Quod ſit legis Moralis variæ evincunt rationes.
8. Alii ſtatuunt, quod determinatio ſeptimi diei ſit ceremonialis.
9. Decalogus eſt compendium totius legis Moſaicæ.
10. Conceditur, quod ſeptimi diei determinatio ſit ceremonialis.
11. Mediante diſtinctione hæc controverſia componitur.
12. Sabbathum tripliciter conſiderari poteſt.
13. Judæi circa Sabbathum peccant in exceſſu.
14. Anabaptiſtæ in defectu.
15. Falſitatis arguitur catechiſmus Racovienſis.
16. Sabbathi ſanctificatio neceſſaria eſt.
17. Sanctif. Sabbathi conſiſtit in cultu divino.
18. Cultus Dei diſtingvitur.
19. Præcipue cultus publicus requiritur.
20. Ritus divini cultus penes nos dirigunt Principes conſultis ordinibus Eccleſiæ.
21. Obſtantia removentur.
22. Ad congregationem faciendam pulſantur campanæ.
23. Penes Chriſtianos in primitiva Eccleſia campanæ non obtinuerunt, ſed alio & triplici modo conventus intimati ſunt.
24. Olim curſor pro intimatione cultus divini conſtitutus fuit.
25. Nonnulli ſonitu lignorum convocationem factam eſſe aſſerunt. Rejicit hoc Baronius.
26. Ceſſantibus perſecutionibus lignum pulſatum fuit.
27. Nec tempore Conſtantini obtinuerunt campanæ.
28. Quod & de Seculo VII. affirmat Baronius.
29. In Eccleſia occidentali Sec. V. uſus tintinnabulorum invaluit.
30. Originem ducunt campanæ ex tubis Hebræorum.
31. Unde dicatur Campana?
32. Inventio campanarum cui tribuenda ſit, certum non eſt:
33. Hoc certum eſt, quod Sec. V. campanarum uſus receptus ſit.
34. Receptionem ſecuta eſt benedictio.
35. [illegible] & Baptiſmus Campanarum.
36. Bellarminus & Caſal. Scriptores Pontif. Baptiſmum campanarum negant.
37. Ipſum tamen penes Pontificios obtinere demonſtratur.
38. In Comitiis Noribergenſibus Maximilianus I. cum Stat. Imp. de campanarum Baptiſmo conqueſtus eſt.
39. Quisnam Baptiſmum campana-

rum introduxerit? Qualem effectum ex ſententia Pontificiorum ſortiatur?

40. *Ritus Baptizationis campanarum referuntur.*

41. *Baptizationem & Nominis impoſitionem, quoad campanas uſitatam noſtra rejiciunt Eccleſia.*

42. *Quid penes nos quoad confectionem campanarum requiratur?*

43. *Finis campanarum varius fuit.*

44. *In perſecutione quoque Zingarorum campanæ pulſantur.*

45. *Rationes, cur Zingarorum perſecutio recepta, referuntur.*

46. *Tempore itidem incendii campanis ſignum datur.*

47. *Præcipue ad intimationem cultus divini campanæ adhibentur.*

48. *It. ad preces peragendas, unde preces campanariæ &* Beth⸗Glocken.

49. *Sic etiam tonitru ingruente pulſantur.*

50. *Origo hujus conſvetudinis Gregorio IX. adſcribitur.*

51. *Calixtus III. meridianum campanæ pulſum introduxit.*

52. *Preces campanariæ penes nos quoque frequentantur.*

53. *Pulſum campanarium in templis excipit cantus.*

54. *Veteres Germani res geſtas cantarunt.*

55. *Rythmi & Cantilenæ veteribus Germanis inſtar Annalium fuerunt.*

56. *Hiſce cantilenis maxime delectatus eſt Carolus M.*

57. *Cantando leges Germanorum in notitiam pervenerunt concivium.*

58. *In Eccleſiis canendi ritus jam tum temporibus Apoſtolorum obtinuit.*

59. *Cantilenis & in conviviis & ruri uſi ſunt veteres Chriſtiani.*

60. *Cantilenis & Muſica inſtrumentali adhuc in noſtris Eccleſiis utimur.*

61. 62. *A quonam Organa inventa ſint?*

63. *Illorum, qui Muſicam inſtrumentalem in ſacris improbant, ſententia rejicitur.*

64. *Ratio rejectionis proponitur.*

65. *Laudantur hac in re Eccleſia Proteſtantium.*

66. *Sententia Theologorum Wittebergenſium à Dedekenno relata proponitur.*

67. *Tempore Luctus publici Muſica inſtrumentalis in Templis intermittitur.*

68. *Adhibita diſtinctione hoc confirmatur.*

69. *Muſica inſtrumentalis etiam tempore concionum pœnitentialium ceſſat.*

70. *Præcipue ſanctificatio Sabbathi con-*

Digitized by Google

conſiſtit in prædicatione verbi divini.

71. *Mos concionandi à Mundo ferè condito uſitatus fuit.*

72. *Polydorus Vergilius à Moſe derivat conciones.*

73. *Origo concionum paulo altius, quam à Moſe petenda.*

74. *Ante Moſen etiam concionatores extiterunt.*

75. *Poſtmodum mos concionandi translatus eſt ad N. T.*

76. *Olim Notarii ad Conciones excipiendas conſtituti ſunt, ubi de origine hujus conſvetudinis.*

77. *Certum eſt, quoad Seculo III. hi Notarii recepti fuerint.*

78. *Cujus conciones exceptæ ſint?*

79. *Quid hac in re obtineat hodie?*

80. *Studioſorum exceptio concionum certo modo non improbatur.*

81. *Quæ de re conciones veterum habitæ fuerint?*

82. *Ad tempora Caroli M. referuntur Pericopæ Evangel. & Epiſtol.*

83. *Quo & antea in uſu fuerint, demonſtratur.*

84. *Quod ſeculo pericopæ hæ diſtinctæ ſint dubitatur.*

85. *Locus, unde habentur conciones.*

86. *Tempus concionum ordinarium eſt dies Dominicus.*

87. *Sacerdotes in concionando rectè taxant vitia.*

88. *Propterea non tenentur actione injuriarum.*

89. *Quandoq; tamen ſi in concionando affectibus indulgeant, actione injuriarum conveniri poſſunt.*

90. *Prius tentanda eſt amicabilis compoſitio, quod & Juri communi conſentaneum eſt.*

91. *Propter diſcordiam cum Parocho nemini uſus ſacramentorum alibi permittendus eſt.*

92. *Concluditur, quomodo Miniſtri Eccleſiæ vitia Parochianorum corrigere poſſint.*

93. *Conciones veſpertinæ in Sabbatho intermittendæ non ſunt.*

94. *Concio ultra horæ Spatium extendi non debet.*

95. *Exemplis veterum Chriſtianorum hoc confirmatur.*

96. *Parochiani à Magiſtratu ad auditum verbi divini compelli poſſunt.*

97. *Durantibus ſacris frequentatio cauponarum prohibita eſt.*

98. *Quid circa illos receptum, qui propter negotia ſuſcepta ſacris intereſſe nequeunt?*

99. *Collectio Eleemoſynarum non perinde, ut hodie inter concionandum facta eſt.*

100. *Preces olim in ædibus privatis, quin etiam in Sylvis & montibus peractæ ſunt.*

101. *In cœmiteriis poſtmodum ædiculas ad precandum exſtruxerunt.*

S 2 102. Tem-

102. Temporibus Conſtantini preces in Templis receptæ ſunt.
103. Recte Antiquitas pro fundendis precibus Templa conſtituit.
104. Olim in Altari preces fuſæ, hodie vero ad ſuggeſtum translatæ ſunt.
105. Sicut olim, ita hodie pro communi Eccleſiæ & reipublicæ ſalute preces feruntur.
106. Quinam hodie precibus publicis inſerantur?
107. Pro iis qui nec Domini Territorii neq; Patroni ſunt, preces non feruntur.
108. In Templis quoq; Cœnæ Dominicæ adminiſtratio inſtituenda eſt.
109. In Caſu neceſſitatis etiam in privatis ædibus ſacra Cœna adminiſtrari poteſt.
110. In primitiva Eccleſia ad ſacræ cœnæ adminiſtrationem menſa conſtituta fuit.
111. Poſt tempora Conſtantini M. lapideæ moles exſtructæ, candelæ additæ & multitudo altarium recepta.
112. Multitudo altarium cum ſigillo penes nos reprobatur.
113. De perſonis ad ſacram ſynaxin accedentibus relative agitur.
114. Parochianus in templo ſuæ Parochiæ ſacra cœna uti debet.
115. Excipitur caſus Neceſſitatis.
116. Diutius abſtinentes ad uſum ſacræ Cœnæ ſub certa pœna cogi poſſunt.
117. Uſum ſacræ cœnæ præcedit confeſſio.
118. Pœna dignus eſt, qui confeſſione facta ſacram negligit cœnam.
119. Si quis juſta cauſa impediatur, dominica ſequente ad ſacram cœnam accedere debet.
120. Confeſſio penes nos recepta in ordinariam & extraordinariam dividitur.
121. Ordinaria neutiquam intermitti debet.
122. Nonnullæ hujus aſſertionis proponuntur rationes.
123. Extraordinaria quid ſit confeſſio?
124. Miniſter Eccleſiæ hoc modo confeſſa neutiquam revelare debet.
125. Etiamſi Magiſtratus revelationem exigat.
126. Hanc ſententiam per varias rationes confirmat Dedekenn.
127. Teſtimonium Sacerdotis ex revelatione Confeſſionis deſumtum nullam meretur fidem.
128. Sacerdos quoq; pœna dignus eſt.
129. Nec Magiſtratus Sacerdotem ad Revelationem Confeſſionis cogere poteſt.
130. Limitatio proponitur, quæ conſiſtit in eo, ſi per revelationem promoveatur innocentia rei.
131. Committenda delicta miniſter Eccleſiæ revelare poteſt.
132. Per rationes hoc confirmatur.
133. In templis quoque habentur conciones

Digitized by Google

ciones pœnitentiales, Bußpredigten.

134. In templis peragitur baptizatio, ubi mos antiquitatis in fluminibus baptizandi refertur.

135. Poſtmodum baptiſteria in ædibus quoq; privatis ædificata ſunt.

136. Mos veterum fuit Baptiſteria extra Templa habere.

137. Poſtmodum in Templis ædificata ſunt Baptiſteria.

138. Viris ac mulieribus diverſus Baptiſterii locus aſſignatus eſt.

139. Penes nos in Templis quoq; exſtructa ſunt.

140. Ad Baptizationem adhibentur Patrini tanquam teſtes.

141. Rationes hujus conſvetudinis referuntur.

142. Requiſitio Patre negligente à matre fieri debet.

143. Quotnam Patrini de Jure Canonico requirantur?

144. Conſvetudo loci hac in re attendenda.

145. In Miſnia &c. tres requiruntur Patrini, Nobiles tamen plures adhibere poſſunt.

146. Ut mulier finito puerperio in Templo ſe ſiſtat, laudabile quidem eſt, ad id tamen cogi nequit.

147. In Templis porro novorum Conjugum copulatio inſtituitur, quam præcedit denunciatio publica.

148. Penes nos trina inſtituitur denunciatio.

149. Quem effectum trina iſta denunciatio habeat?

150. Copulatio de matrimonii Eſſentia non eſt.

151. Non tamen intermitti, nec in ædibus privatis inſtitui debet.

152. Quandoq; extra Eccleſiam copulatio peragitur.

153. Olim mortui in templis ſepeliri non poterant.

154. Poſtmodum hoc ſucceſſive receptum.

155. Rationem ſuppeditat Dn. Gerhardus, ubi additur, quod hodie obtineat.

156. A quonam Sepultura in templis impetranda ſit de Jure Canonica.

157. Penes nos quoq; Patroni requiritur conſenſus.

158. Ratio hujus aſſerti redditur.

159. Ad probationem actuum Eccleſiaſticorum facit Matricula Eccleſiaſtica.

160. Succeſſit in locum antiquæ apud acta factæ profeſſionis.

161. Effectus matriculæ quoad probationem.

162. In Conſiſtoriis quoq; matriculæ habentur.

163. Matricula Eccleſiaſtica aſſervatur in templis.

164. Poſtulanti exinde certioratio pro

actu Eccleſiaſtico probando conceditur.

165. Denique in Templis aſſervantur certi libri.

166. Penes nos in multis Templis Lutheri Tom. 15. aſſervari vidimus.

§. I.

1. ORdini noſtro ut inſerviam poſt conſecrationem & Encænia, jam *jura, quæ templum ædificatum concernunt*, excutienda ſunt: Illa vero commode dividi poterunt, quod vel *circa ipſum templum*, vel etiam *circa bona & res templorum* verſentur. Ipſum templum quæ ſpectant, iterum vel (1) *cultum divinum*, vel etiam (2) *inviolabilitatem* aliave privilegia Templorum reſpici-
2. unt. Et cum exſtructionis Templorum primaria cauſa ſit, ut DEUM recte colamus atque remiſſionem peccatorum humilime
3. poſcamus, ideoque cultus divinus præmittendus erit. Fateor equidem, quod ſecreta quædam efficacia templis ſanctis dedicatis neutiquam affingenda, nec ſingularis quædam energia precibus ibidem peractis attribuenda ſit, cum juxta ſuperius dicta non tam loci qualitas, quam orantis pietas orationem ſanctificet, neque externa Templorum veneratio precibus momentum ullum addat, ſed omne pondus à ſola Chriſti fide dependeat, quorſum pertinet,
4. quod Chriſtiani primitivæ Eccleſiæ ſine templis orarint. Quia tamen officium Chriſtiani non in precationibus tantummodo, ſed etiam in prædicatione verbi divini ejusque auditu conſiſtit, ideoque non ſine laudabili cauſa certa ſunt deſtinata loca publica, ut in iis cultus peragatur divinus, ac per prædicationem doctrinæ Chriſtianæ non ſolum honeſte vivendi, ſed & præcipue Deum colendi ratio in qualibet republica omnium inſcribatur animis.
5. Ut vero ordine & decenter cultus peragatur divinus, ipſe Summus JEHOVA diſcrimen inter dies operarios & feſtos *Exod. 20. v. 9. & 10.* conſtituit, juſſitque certo tempore ſibi cultum præſtare, quod ſine peccato ac ſcandalo negligi ac intermitti nequit. Ex quo enim ſanctificatio hæc in Decalogo præcepta fuit, non poteſt non in conſcientia obligare, præſertim cum vix aliud præceptum à DEO tam frequenter repetitum fuerit, quam de ſanctificando Sabbatho, qua repetitione DEUS nihil aliud, quam ſeveritatem ſui mandati in-

Digitized by Google

indicavit, ut teſtatur Frideric. Balduin. *de caſ. Conſc. lib. 2. cap. 13. caſ. 13.*

Magnis quidem animorum motibus de præcepto Sabbathi 6.
Chriſtianos obligante quæſtio agitatur, dum quidam præceptum illud *legi morali* adſcribunt; Alii vero & *legis moralis & legis ceremonialis* eſſe aſſerunt. Sed quod lex illa de Sabbatho moralis ſit, partim præceptum de ſanctificando Sabbatho, ut pars Decalogi, qui nihil aliud, quam legem moralem conſtituit, partim etiam hoc evincit, 7.
quod ante leges ceremoniales & forenſes ab ipſa creatione & mundi exordio, quamvis hoc neget Franciſc. Gomar. ab Oſiandr. *ad Grot. lib. 1. c. 1. §. 17. obſerv. 4.* propterea notatus, obtinuerit Sabbathi ſanctificatio ante lapſum quoque Adami, ut ita ceremoniale quid vocari nequeat, præcipue cum ſubſtantia præcepti in quiete & diei ſanctificatione conſiſtens non Judæos ſolummodo, ſed & alios concernat. Quamvis autem hæc argumenta ſatis ponderoſa 8.
videantur, nihilominus contraſentientes inveniuntur, qui ſeptimi diei determinationem non moralem, ſed ceremonialem & politicam eſſe aſſerunt, tum quia ſabbathum ſignum futuri dicitur, ut exinde appareat, quod nihil aliud ſit, quam ceremonia. *Exod. XXXI. verſ. 17.* tum quia ſtricta diei iſtius obſervantia fuit pædagogiæ legalis. *Exod. 16. verſ. 23.* tum denique quia ſabbathum cum aliis ceremoniis comparatur & ejusdem cenſus eſſe dicitur. *Matth. 12. verſ. 2. 3. &c.* Verum licet ad meliorem illuſtrationem hujus controver- 9.
ſiæ concedamus, quod Decalogus compendium quoddam totius legis Moſaicæ ſeu fœderis integri à Deo cum Populo Iſraelitico initi ſit, ita ut in Decalogo Deus voluerit aliquid morale eſſe & ceremoniale & politicum, quo tota lex Moſaica à Deo in monte Sinai propoſita quaſi comprobaretur, quod vel exinde patet, quia Tabula prima Decalogi omnium ceremoniarum & rituum cultus divini in V. T. Tabula vero ſecunda Politiæ Judaicæ & legum judicialium de furto, homicidio, adulterio, perjurio & cæteris radix exiſtit & fundamentum. Licet etiam ponamus ſeptimi diei deter- 10.
minationem ceremonialem & politicam eſſe; Exinde tamen neutiquam evictum eſt, ipſum eſſentiale hujus præcepti, quietem ſcil. mandatam & quietis ſanctificationem ceremonialem vel politicam eſſe; Quin potius ratio ſvadet, ut inter *Sabbathum Judaicum qua-* 11.

Digitized by Google

tale, prout ſeptimus dies determinate talis populo Judaico præſcriptus fuit, qui poſtmodum translatus in diem Dominicum, & inter *Sabbathum quocunque modo acceptum*, quatenus indefinite notat ſeptimum aliquem diem in circulo hebdomatario diſtingvamus. Jam ſi de moralitate Sabbathi diſputatur, non deSabbatho
12. *in prima*, ſed *in ſecunda acceptione* controverſia eſt. Quapropter Sabbathum tripliciter conſiderari poterit; (1.) ut *Juris moralis* naturalis eſt *cultus divinus* & tempus aliquod cultui divino deſtinatum. (2) quatenus *juris moralis poſitivi* eſt *circumſtantia ſeptimi diei indefinite*, & (3.) quatenus *juris mere ceremonialis* fuit *ſeptimus* & ultimus *ſeptimanæ dies* in ſe & ſua natura mutabilis, qui etiam actu immutatus, ſurrogato in ipſius locum die Dominico, in honorem reſurrectionis Chriſti.

13. Conſtat itaque *Judæos peccare in exceſſu*, dum ſabbathi ſui perpetuitatem defendunt nobisque fruſtra objiciunt præceptum de
14. obſervando die ſeptimo; *Anabaptiſtas* verò & Photinianos *peccare in defectu*, qui nihil moralitatis hic agnoſcere volunt, ut patet exCa-
15. techiſmo Racovienſi *quæſt. 69. 70. & 71.* Illum verò falſitatis arguit recta ratio, quæ dictitat cultum quendam Deo deferendum eſſe, tempusque peculiare illi deſtinandum, idem ſvadet moralitas Decalogi, nec non obſervatio Sabbathi ante tempora latæ legis inEccleſia, vid. lat. Dn. Oſiandr. *ad Grot. lib. 1. c. 1. §. 17. obſerv. 4. per tot.*
16. Et ſic hactenus dicta ſufficienter monſtrant, quod ſanctificatio Sabbathi maxime neceſſaria ſit. Nam cum Deus hebdomatim ſex dies conceſſerit, quibus laboribus noſtris vacare poſſumus, ad minimum æquitas ſvadet, ut in honorem Dei ſeptimum ſanctificemus, quod ipſum præceptum tertium Decalogi cum *ſuo memento ſive recordare* hominem ad hunc actum excitans injungit. Add. Thumm. in expoſ. Decal. cujus verba refert Dn. Oſiand. *in Diſſert. de Sabbath. ſanctificat. th. 1.*

17. In quo verò ſanctificatio illa Sabbathi conſiſtat, diſtinctius hic expendendum venit. Cum enim Deus præceperit ſanctificationem hujus diei, ſive deſtinationem ad uſus ſacros, in tantum à cæteris, in quibus noſtris inhæremus laboribus, ſegregatum ſibiq; conſecratum eſſe voluit, ut non niſi cultu ipſius hoc tempus transi-
18. gatur. Commode autem cultus diſtinguitur in *internum* & *exter-*

num

Digitized by Google

num, externus vero in *privatum & publicum.* Internus quidem conſiſtit in pia devotione, quæ cæteros actus dirigit, ſed privatus externus eſt, qui extra convocationem ſanctam obſervatur. Ut ve- 19.
ro omnia decenter & ordine in Eccleſia peragantur, cultus quoque publicus & ſolennis requiritur. Nec enim cultu interno vel externo, ſed privato ſolummodo ſanctificatio hujus diei abſolvitur, verum etiam hoc requiritur, ut cultus externus publicus hoc die vigeat, pietas illuſtris fulgeat, lumina devotionis per horarum intervalla ſe exerant, & horæ tum antemeridianæ tum pomeridianæ Deo conſecrentur, Conſtat hoc ex conſenſu omnium Theologorum agnoſcentium hunc diem Deo ita deberi, ut templa adeamus, conciones excipiamus, precum ſacrificia offeramus, Muſica & cantionibus ſacris condiamus, aliave pietatis opera exerceamus, quorum ritus in Eccleſiis Auguſtanæ Confeſſionis Principes aliive 20.
Status jura Epiſcopalia tenentes dirigere poſſunt, modo conſultis in Synodo verbi divini Miniſtris & convocatis Eccleſiæ Ordinibus eos determinent & diſponant. Cum reformatio cerimoniarum ad ipſam ſpectet Eccleſiam, quæ triplici conſtat ſtatu *Eccleſiaſtico* ſcil. ſub quo Paſtores, *Politico*, ſub quo Magiſtratus ſecularis & *Populari*, ſub quo quivis de populo venit, Reinking. *de Reg. Sec. & Eccleſ. lib. 3. Cl. 1. c. 6. n. 6. & ſeqq.* Ac licet Magiſtratus præcipuum 21.
Eccleſiæ dicatur membrum tanquam ipſius cuſtos, reliqui tamen per id neutiquam excluduntur, quin potius diſtingvendum erit cum Reinking. *de Regim. Sec. & Eccleſ. d. l.* inter rituum Eccleſiaſticorum *reformationem*, ac *directionem* externam, ita ut illa toti competat Eccleſiæ, hæc verò Principi tanquam nobili ejus membro & nutritio. Syring. *de pac. relig. concl. 41.* Dn. Philipp. *in uſu Pract. ad Inſt. lib. 1. Eclog. 17. & ſeq.*

Ad congregationem verò cultus divini gratia inſtituendam 22.
convocatio hodie mediante *Campanarum* pulſu inſtituitur, ſecus ac olim. Quamvis enim apud Ethnicos uſum tintinnabulorum peculiari libro demonſtraverit H. Magius à Fr. Svvertio *A. C. 1664.* iterum editus, illaque Romani in Thermis ſeu balneis adhibuerint, ut innuitur apud Martial. lib. 14. Epigramm. his verbis:

Redde pilam, ſonat æs thermarum, ludere pergis?
Virgine vis ſola lotus obire domum.

23. Penes Chriſtianos tamen primitivæ Eccleſiæ neutiquam recepta videmus. Tyrannis namque Eccleſia infeſtantibus ut publico ſigno ad ſacram Synaxin fideles convocarentur, periculoſum fuit. Quare campanis & nolis uti non licuit, ne ſacri conventus, quos in occultis, abditis & ſubterraneis locis celebrârunt, Tyrannis proderentur. Hinc vel (1) ſolo pietatis aut religionis ſtudio ad ſtatas horarias preces convenerunt, vel (2) in præcedenti ſolennitate ſubſecuturæ congregationis edocti, vel etiam (3) prænunciationibus
24. invitati ſunt. Uſi itaque ſunt internuncio quodam, quem *Curſorem* vocârunt. Ipſius munus erat, non literas tantum Synodicas ad Eccleſias perferre, ſed & fideles ad ſacra covocare. Amalarius Fortunatus quidem *de Eccleſ. Offic. c. 21.* tradit, quod tempore perſecutionis *ſonitu lignorum* fideles convocati fuerint; Verum huic
25. non immerito contradicit Cardin. Baron. *in ſuis Annal.* cùm hac de re nullum prorſus vetus reperiatur monumentum literis conſignatum, nec ratio triſtiſſimorum temporum talem per plateas ſtrepitum lignorum tulerit, aliàs enim omnium Gentilium aures & oculos in ſe convertiſſent priſci Chriſtiani. Speidel. *in ſpec. ſub voc* Gloc-
26. cken. Amoto vero perſecutionum metu ea conſvetudo invaluit, ut ſacra ligna pulſarentur, imò Græcis & Jacobitis cum reliquis Chriſtianis Hieroſolymis degentibus adhuc lignorum uſum vice campanarum eſſe, teſtatur Wormſ. *in Itinerar. terr. ſanctæ alleg.* à Dn.
27. Hildebr. *de ſacr. publ. prim. Eccleſ. c. 3. ferme circa fin.* Ac licet poſt Conſtantini Magni tempora res Chriſtianorum meliorem nactæ fuerunt conditionem, nondum tamen uſus æris campani introductus eſt, ſed adhuc Chriſtiani hominibus ad conventus indicendos utebantur & ſonitum ligni ad convocandos fideles retinuerunt.
28. Huncque morem Seculo VII. adhuc in Oriente obtinuiſſe, Annal. conditor Baron. *circa Ann. Chriſti 615.* teſtatur. Quapropter D. Hieron. *Epiſt. 27. ad Marcell.* docet, quod in clauſtris ſanctimonialium Monachorum convocatio peracta fuerit per unum è ſacro conventu exclamantem: *Alleluja*, qua voce & fratres & ſorores ad cœtum evocatos evocatasve fuiſſe aſſerit.

29. Tandem in Eccleſia Occidentali tintinnabulorum uſus præcipue ſeculo quinto invaluit; Quanquam in Orientalibus Eccleſiis ante medium ſeculi noni ærea iſta inſtrumenta in uſu ſacrorum vix in-

inveniantur. Quare *anno Chriſti 856.* in hiſtoria Veneta refertur de Duce Urſo Patritio, quod primus ille fuerit, qui ad Michaelem Cæſarem Orientalem campanam miſerit, Græcis hucusque ignotam. Baron. *ad A. C. 865. tom. 10. Annal.* Videntur autem Campanæ 30. originem ducere ex Tubis Hebræorum, quibus populus Iſraeliticus convocari ſolebat, quare antiquiſſimum Dei præceptum *Num. 10. verſ. 2. & ſeq.* propoſitum ad comprobandum campanarum uſum Rubert. Albin. *de divin. offic. lib. 1. c. 16.* & Walafrid. Strabo *de reb. Eccleſ. c. 5.* adducunt. Denominatio campanæ occaſione Campa- 31. niæ Italicæ Provinciæ exorta eſt, ibidem namque primum fieri cœperunt; Appellantur quoque Nolæ à Nola civitate ejusdem Campaniæ, ubi eadem vaſa confecta ſunt, ut refert cit. Walafrid. Strabo *de reb. Eccleſ. c. 5.* Plerique inventionem tribuunt Paulino di- 32. ctæ civitatis Epiſcopo, ſed Polydor. Vergil. *de rer. Inventor. lib. 6. c. 12.* Papam Sabinianum inventorem eſſe aſſerit. Quare H. Magius à Fr. Swertio *A. Chr. 1664. iterum editus c. 2.* ait: *Paulino Epiſcopo Nolano tintinnabuli inventum nonnulli adſcribunt; Fr. Petrarcha verò & nuper Panvinius Sabinianum Pont. Rom. in eum, quem hodie cernimus, uſum Templorum turribus Campanas primum impoſuiſſe teſtantur.* Nobis 33. hac vice, quicunque etiam inventor ſit, ſufficiat, quod ſciamus *ſeculo quinto* & ſequioribus temporibus uſum campanarum receptum eſſe, quod præter dicta variis confirmat teſtimoniis Joh. Baptiſt. Caſal. *de veter. ſacr. Chriſt. ritib. p. 3. c. 43.* citans Bedam. *lib. 2. c. 23.* in Hiſtoria Anglorum ao. 700. demonſtrantem, quod tunc temporis ſonarint Campanæ ſpecialiori quodam ſono, cum quis è vita exiſſet.

Receptis hoc modo Campanis poſtmodum quoque ipſarum 34. benedictio introducta fuit, ut nomine quodam impoſito Deo conſecrentur, qui ritus Johanni XIII. Pontifici adſcribitur. De eo ſiquidem refertur, quod primariam Lateranenſis Eccleſiæ Campanam ritibus ſacris adhibitis Deo conſecrârit ipſique Johannis nomine indiderit. Qua occaſione campanas ſolenni ritu luſtrandas, vel ut 35. vulgo loqui amant, baptizandas ſequioris ævi ſuperſtitio duxit, quod enim Baptiſmus Campanarum in Papatu uſitatus ſit, ex Martin. de Arles *in tract. de ſuperſtit. n. 9. & 14.* confirmat B. Gerhard. *in loc. de Baptiſm. §. 166.* Bellarmin. quidem *lib. 4. de Roman. Pontif. c. 12.* 36.

& Joh. Baptiſt. Caſal. *cit. loc.* negant hunc baptiſmum. Hinc Caſal. dicit: *Errore vulgi dicuntur baptizari Campanæ, cum benedictionem ac nomen ab Epiſcopo accipiunt.* Et Bellarminus ſequentia tradit: *Hæretici aut rem ipſam vel nomen Baptiſmi Campanarum reprehendunt. Si rem aperte decipiuntur, non enim Campanæ revera baptizantur, ſed ſolum benedicuntur & dedicantur divino cultui eò modo, quo templa, altaria, calices,*
37. *& alia ſacra vaſa &c.* Sed ipſa res teſtatur, quod longiorem apparatum, ambitioſiorem pompam, cerimonias plures, majoris momenti præcones, honoratiores miniſtros ad baptiſmum Campanarum, quam ad infantum requirant, unde Bellarmin. *d. l.* fatetur: *Nomen Baptiſmi non quidem à Pontificibus, ſed à vulgo Campanarum benedictioni imponi, quia vident eas aſpergi, nominibus inſigniri, ablui, ungi,*
38. *exorcizari.* Quapropter Maximilianus I. Romanorum Imperator & Status S. R. I. in centum gravaminibus coram Legato Pontificio in Comitiis Noribergæ *Ao. 1522.* propoſitis pie & prudenter de Campanarum Baptiſmo conqueruntur his verbis: *Suffraganei excogitarunt, ut ſolum ipſi & nullus alius Sacerdos Laicis campanas baptizent. Credunt deinde ſimpliciores ita affirmantibus ſuffraganeis, tales campanas baptizatas pellere Dæmones & tempeſtates. Quapropter innumeri plerumq; adhibentur compatres, præcipue verò qui fortunó pollent, exorantur, qui baptizationis tempore funem, qua campana religata eſt, tangunt, ac ſuffraganeo præcinente* (quemadmodum in parvulorum baptizatione fieri ſolet) *omnes pariter reſpondent ac campanæ nomen ingeminant, veſteque nová* (quemadmodum & Chriſtianis fieri ſolet) *Campana induitur, inde ad ſumtuoſa properatur convivia, quibus præcipue compatres, ut eò largius munera offerant, adhibentur, nec non ſuffraganei & eorum Capellani cum multis aliis miniſtris regaliter paſcuntur. Nec hoc ſatis eſt, ſed & ſuffraganeo mercedem perſolvere neceſſe eſt, quam illi munuſculum vocare ſolent: inde evenit, ut aliquando etiam in parvis villis centum floreni in tali abſumantur & expendantur baptizatione, quæ res non ſolum ſuperſtitioſa, ſed etiam Chriſtianæ religioni contraria, ac ſimpliciorum ſeductio & mera eſt exactio: Veruntamen Epiſcopi, ut ſuffraganeos vel viliſſimos obærare poſſint mercede, talia & adhuc abſurdiora tolerant. Res itaq; tam nefanda & illicita merito aboleri debet. Cæterum, ſi conducere vocatur, ut campanæ conſecrentur,* (ita enim ſuffraganei baptizationem appellant, quoties à prudentioribus de hac re interpellantur) *conveniens erit, ut talis conſecra-*

ſecratio per unumquemq; fiat ſacerdotum, quemadmodum cum aqua benedicta, ſale, herbis & ſimilibus fieri ſolet, idq; abſq; pretio & expenſa Laicorum, ne populus ſimplex ita ſeducatur & damno afficiatur, nec non avaritiæ deteſtandæ præſumptio evitetur. Hæc Cæſar & Imperii Ordines. Congemina de Baptiſmo campanarum tradit Wierus *lib.1. de præſtig. Dæmon. c.9.* & ex eo Joh. Wolf. *lection. memorab. cent. 16.*

Hanc campanarum baptizationem cit. Joh. XIII. tribuunt. 39. Aſſignatur quoque campanis hoc modo baptizatis ſingularis quædam virtus & efficacia ad expulſionem omnis Diaboli inſultus, ad fuganda tonitrua & fulmina; ad ſalutem defunctarum animarum. Quinimò tam ſanctæ habentur, ut ſi Eccleſia vel populus aliquis ſub anathemate ſit, ſignum illis dari magnum ſit piaculum, ut à Bonif. VIII. *in cap. alma mater 24. §. adjicimus de ſentent. Excomm. in 6.* & Gregor. IX. *in c. permittimus 57. X. de ſentent. excommun.* ſtatutum. Ritus in baptizatione illa adhibendos, quo nimirum modo campa- 40. num circumeant, aqua S. & ſale conſpergant, eluant, inungant, ſacris innotent crucibus, ſvavi odore excipiant, quas quoque preces pro excitanda in fidelibus ad ſacra vel ad ſolennes preces convocandis devotione profundant, qui noſſe voluerit, Pontificiale Romanum *Anno 1520. Venet. editum evolvat, ubi l. 2. de benedict. Campan.* latiſſime deſcribuntur, verba refert B. Gerhard. *in loc. de Baptiſm. §. 166.* quorſum cupidum harum rerum Lectorem, ne paginæ ſuperſtitioſis his cerimoniis repleantur, remittimus, interim tamen ex hac deſcriptione facile deprehendimus, qui ſtatuendum ſit de exceptione Stanislai Hoſii, qui æque ut Caſalius, campanas à ſuis non baptizari, ſed conſecrari dicit.

Verum ejusmodi benedictionem, baptizationem & nominis 41. impoſitionem Campanarum, quæ in ſuperſtitionem vergunt, noſtræ Eccleſiæ merito rejiciunt, quia illi, quod in numero ac cenſu hominum vivorum non eſt, baptiſmus neutiquam conferendus venit. Quemadmodum enim Deus propter homines ſe in verbo revelavit, ita quoque non niſi propter hominum ſalutem & Sacramentum Cœnæ & Baptiſmi inſtituit; Illis igitur ſolis adminiſtranda erunt, Gen. 17. v. 12. Baptiſmus quoque eſt lavacrum regene- 42. rationis & renovationis, illius vero ſoli homines viventes ſunt capaces, non mortui, multominus aliæ res inanimatæ, ut Campanæ

B. Gerhard. *cit. loc. §. 164.* Quare in noſtris Eccleſiis ſufficit, ſi campanæ authoritate ejus, qui jura Epiſcopalia exercet, conficiantur, Patroni tamen & Parœcianorum conſenſu non excluſo, cum omnia illa, quæ de ædificatione propoſita ſunt, huc etiam applicanda veniant, præcipue compoſitionem procurant Præfecti ærarii Eccleſiaſtici. Et cum labor compoſitionis periculoſus ſit, merito preces pro feliciori ſucceſſu adhibentur; Ipſi quoque campanæ memoriæ gratia per ſcripturam confectio additur, ut de ea poſteris conſtare poſſit, quæ omnia per quotidianam fuſius comprobantur experientiam.

43. Finis campanarum pro varietate rerum varius eſt, pulſantur namque campanæ ad *uſus* quoque *prophanos*, it. tempore lætitiæ & mœſtitiæ, quare in multis locis penes Nos receptum, ut mortuo quodam parochiano Campanæ illius Parochiæ per aliquot temporis ſpatium pulſentur, quod etiam juxta Caſal. *cit. loc.* in Anglia ob-
44. ſervatur. In Zingarorum quoque perſecutione, præcipue in pagis, campanarum pulſu ruricolæ ad illorum perſecutionem & expulſionem convocantur, quod præ cæteris confirmat das Chur-Fürſtl. Sächſ. Ausſchreiben/ die Zigeuner nicht im Lande zu dulten/ſondern mit Ernſt zu verfolgen *de ao. 1621.* cujus inter alia hæc ſunt verba: Gebiethen auch darauff allen und jeden unſern Praelaten/Grafen/Herren etc. Erbſchutz-Verwandten / und gemeiniglich allen unſern Unterthanen / daß ſie hierauff fleiſſige Beſtellung machen und Obacht haben / da einer oder mehr ſolcher herumb ſchweiffender Ziegeuner und ihnen zugethanen Perſonen unter ihren Gebiethen oder Bothmäſſigkeiten angetroffen und befunden / daß der oder dieſelben nicht gedultet / gehauſet / geheget / noch beherberget oder einigerley ander Unterſchleif ihnen nicht geſtattet/am allerwenigſten aber Kundſchafften und Paßporten gegeben/ſondern mit That und Ernſt / vermöge des Heil. Reichs-Ordnung/wieder ſie verfahren werde / und ſo bald ſie dieſelben vermercket / und durch den Glockenſchlag dahin vermahnet worden/ alsbald und ungeſäumt ſich zuſammen halten / und dieſen unſern Mandat mit Verfolgung der
45. Ziegeuner unweigerlich folge leiſten &c. Ratio hujus conſtitutionis ſat evidens eſt; Cum enim illa erronum colluvies fraudibus incautum agricolam decipiat, res ipſius furto auferat & publicarum viarum, locorum & diverſoriorum ſecuritatem non raro minus tu-

tam

tam faciat, eamque infeſtet. Hinc merito publicis Imperii ac Ordinum conſtitutionibus ex finibus Imperii ejiciuntur, ac ſubditi ad perſecutionem illorum per campanæ pulſum convocantur; Sicut 46.
aliàs ad convocationem quoque Civium, ut & tempore incendii ad ſignum dandum campanæ adhibentur, de quo latius agit Fürſtl. Sächſ. Goth. Feuer-Ordnung. *c. 2. art.* von Beſtürmung des Feuers ſo wohl bey Tag/ als auch des Nachts.

Præcipue verò campanæ ad hoc conducunt, ut Parochiani cer- 47.
tiores fiant de tempore, quo ad templum cultus gratia convenire debeant. Quapropter etiam *ſigna* appellantur à priſcis Patribus, collimat huc vetus campanarum inſcriptio:

Dum trahor audite! voco vos ad ſacra venite:

it.

Laudo Deum verum, plebem voco congrego clerum,
Defunctos ploro, nimbum fugo, feſtaq; honoro.

Neque ſolum ad intimationem cultus divini, ſed etiam ad preces 48.
peragendas campanæ pulſantur. Hinc preces campanariæ poſtremis ſeculis adinventæ ſunt. Vocantur autem preces campanariæ, quæ ad quotidianum campanæ pulſum recitari ſolent, quas campanas ita pulſatas noſtri vocant Beth-Glocken. Quandoque et- 49.
iam tonitru & tempeſtate ingruente ad pietatis fervorem promovendum pulſantur, unde Wetter-Glocken appellantur. Cui conſvetudini *Anno Chriſti 1230.* Papa Gregorius IX. occaſionem dediſ- 50.
ſe videtur. Cum enim inter ipſum & Fridericum II. Imperatorem varia intercederent certamina, in hiſce turbis inſtituit, ut certis horis dato campanæ ſigno in Templis *Salve Regina* caneretur & beata Virgo ad pulſum campanæ invocaretur, quemadmodum etiam campanulas & nolas Miſſæ primus addidit, ut populus audito illo ſono in genua procumberet, teſte Alberto Crantzio. Tandem *ann. Chriſt. 1457.* Calixtus III. meridianum campanæ pulſum an- 51.
gelica ſalutatione honorandum ſanxit. Hocque modo preces campanariæ introductæ ſunt, quæ etiam ſequeſtratis abuſibus penes 52.
Nos frequentantur. Quare hæc precum monitoria ſtatis horis in noſtris adhuc retinemus Eccleſiis & tum pro danda, tum etiam pro conſervanda pace Deum deprecamur. Dn. Hildebr. *de precib. vet. Chriſtian. c. 2. th. 39.*

Si-

Digitized by Google

53. Signo per campanas ad peragenda ſacra dato cultus divinus à cantu inchoatur & laudes Dei per Pſalmos & hymnos exaltantur, quem canendi modum à majoribus noſtris accepimus. Teſtatur
54. namque hiſtoria quoad ſecularia, quod Germani veteres ſuas & ſuorum hiſtorias resque geſtas, non ut nos, literis commendaverint, nec exactos ſcripſerint annales, Faſtos, Ephemerides, ut Hebræi, Græci ac Latini, ſed res memorabiles, laudes Heroum, & quicquid ab oblivione hominum liberare voluerunt, rythmis incluſum & vulgaribus cantilenis comprehenſum recitarint canendo, hujus juniores à ſenioribus edocti, quaſi per manus ad poſteros transmiſerunt, ut hic mos etiamnum hodie apud indoctum vulgus ſervetur, ut docet Joh. Jacob Draco *de Orig. & jur. Patrit. lib. 1. c. 11. n. 6.* Hinc & rythmos & cantilenas veterum Germanorum
55. literarum ſecreta ignorantibus annalium uſum præſtitiſſe, autor eſt Tacit. *de mor. German.* His enim res à ſuis geſtas incluſerunt, easque in conviviis cum voluptate decantarunt, ut de Gothis tradunt Jornandes Urſpergenſ. in der Bäiriſchen Chronick *lib.* 1. ubi de ejusmodi rythmis ita ſcribit: Von Anfang lange Zeit hernach haben die Alten / was ſie ſchreiben wollen / und ausgehen laſſen / nur in Reimen und Verß verfaſſet / ſind gut zu ſingen / beſſer zu mercken und auswendig zu lernen / begreiffen mit kurtzen Worten viel / haben nicht weite ümſchweiſende Red / heiſſen Meiſtergeſänge / welche aus Befehl unſer alten Könige / und Keyſer von denen Helden Teutſchen Landes be-
56. ſchrieben ſind worden auf Poetiſche Arth. His cantilenis imprimis delectatus eſt Carolus M. qui eas undique conquiri juſſit. Reinecc. *de dignit. hiſtor. fol. 52.* Heig. *p. 1. quæſt. Saxon. 7. n. 61.* Quare apud Eginardum *libr. de vit. Carol.* & Crantz. *lib. 2. Saxon. c. 8.* videmus, quod antiqua patriæ monumenta & carmina deſcripſerit. Referuntur huc Cantilenæ de Theodorico Veronenſi, GothorumRege (vulgo Dietrich von Berne / quæ etiamnum in Germania per ruſticos & mechanicos decantantur, teſte Gryphiandr. *de Weichbild. Sa-*
57. *xon. c. 16. n. 6.* Eodem modo leges in notitiam hominum pervenerunt. Docet enim Aventinus, veteres Germanos leges ſuas, ut concivibus cognitæ fierent, decantaſſe, quamobrem probabiliter colligunt, quod adhuc modernæ poſitiones in cantilenis vocentur

tur Geſätze / ad imitationem hujus conſvetudinis. Tantum de cantionibus ſecularibus Germanorum.

Quoad Eccleſiam verò canendi ritus interChriſtianosApoſto- 58.
lorum ſtatim tempore receptus eſt, qui tamen à minuritionibus cavebant, ut pronunciantibus quam canentibus viciniores eſſent. vid. Voſſ. *de ſcient. Mathemat. pag. 89. & ſeq.* & Dn Zigler. *ad jus canon. lib. 1. tit. 23. §. 2.* Et hujusmodi religioſis & modeſtis modulationi- 59.
bus ad rerum æternarum ſtudium ſe invicem Chriſtiani erigebant, atque Pſalmorum cantum tam magni æſtimabant, ut eo etiam in conviviis & ruri creberrime uterentur. Hinc Hieronymus ad Marcell. epiſtol. 17. inquit: *In Chriſti villula præter pſalmos ſilentium eſt, quoumq; te vertis, arator ſtivam tenens Alleluja decantat, ſudans meſſor pſalmis ſe evocat & curva attollens vitem falce vinator aliquid Davidicum canit.* Quare adhuc in noſtris Eccleſiis muſica inſtrumentali & pſalmo- 60.
rum cantibus, exemplo ſacræ ſcripturæ utimur, cum Moſes & alii Deo devoti laudes Domino decantandas præſcripſerint, ac David non ſolummodo plurimos compoſuerit pſalmos, ſed & choros inſtituerit cantorum, inſimulque hortetur, ut inſtrumentis Muſicis Deum laudemus, quæ rationes effecerunt, ut jam dudum Organa recepta fuerint. Hinc & ipſorum uſum in Eccleſia antiquiſſimum fuiſſe, demonſtrat fuſius Joh. Baptiſt. Caſal. *de veter. Sacror. Chriſtian. ritib. p. 3. c. 44.* Primum autem Pipino Regi à Conſtantino 61.
Imperatore Græco organa miſſa eſſe, autor eſt Marianus Scotus *in Pipino.* Quare Aymon Monachus *lib. de geſt. Francor. c. 113.* affirmat: *Organa more Græcorum primum in Francia compoſita eſſe cujusdam, cui nomen Gregorius, induſtria accedente, imperante Ludovico pio, ejusque ſumptibus.* Quamvis ad alia tempora organorum inventum referat 62.
Navarr. *lib. de orat. & hor. Canon. c. 16.* Add. Polydor. Vergil. qui *lib. 1. c. 14. & 15. de rerum inventor.* de eo, qui primus Muſicam invenit, agit, inſimulque tradit, quantum ea valeat ad tolerandos humanæ vitæ labores. Plura hic non addimus, antiquitatis verò ſectatorem ad cit. Joh. Baptiſt. Caſal. *de veter ſacror. Chriſtian. ritib. c. 44.* remittimus, ubi multa de Organorum origine, de Choro, de cantu alternativo in Eccleſia, & hymno glorificationis, de Alleluja & de Muſicæ uſu proponit. Jung. quoque Polydor. Vergil. *de rer. inventor. lib. 6. cap. 2.* Licet itaque multi inveniantur, qui muſicam 63.

Digitized by Google

inſtrumentalem & organicam in ſacris peragendis improbant, illos
tamen merito apud Georg. Dedekenn. *vol. 1. Conſil. Theol. p. 2. in ap-*
pend. ad locum de miniſter. ſect. 6. n. 5. refutatos videmus, cum uſus
64. muſicæ inſtrumentalis ipſorum infringat argumenta. Sicut enim
carminibus & cantibus, tanquam numeris, menſuris intervallisq;
concluſa memoriæ diutius & tenacius inhærent; Ita quoque magis
affectus & mentem commovet.

65. Quare noſtra Eccleſia laudanda eſt, quod finem cantionum,
& muſices faciat ædificationem ſui & gloriæ DEI illuſtrationem, ut
non modo preces, lectiones, conciones & Sacramentorum admi-
niſtrationes, ſed etiam Pſalmi ſimplices & harmonici, ſine inſtru-
mentis & cum inſtrumentis organove admixtis in Eccleſia audian-
66. tur, Quam ob cauſam recte concludunt Theologi Wittebergenſes
apud Dedekenn. *cit. Conſil.* Was ſonſten die Orgeln anlanget / ſind
Wir aus Göttlicher Schrifft gewiß / daß man GOTT auch mit In-
ſtrumenten und Seitenſpiel lobet und preiſet / wie uns der Heilige Geiſt
67. lehret / ſonderlich im 150. Pſalm. Quod ſi vero tempus luctus pu-
blici adſit, v. g. ſi vel Princeps territorialis vel etiam alius ex fami-
lia iſtius obierit, muſicam figuralem & inſtrumentalem in noſtris
Eccleſiis intermitti videmus. Num vero hoc rite fiat? Multi du-
bitant. Sed inter *ipſum cultum, & modum cultus* divini ſi diſtingva-
68. mus, dubium hoc in totum enervari poterit. Quantumvis enim
Muſica organica & inſtrumentalis ad tempus certum ſuſpenda-
tur, nihilominus tamen verus DEI cultus, in templis qui alias per-
agitur, remanet, & cum certum ſit, muſicam inſtrumentalem &
organum pnevmaticum inter cerimonias & adiaphora referri, i-
deoque pro ratione ſtatus ab Eccleſia, iisque qui jura Epiſcopalia
69. exercent, determinari poterit. Hinc etiam muſica inſtrumenta-
lis illo tempore, quo conciones habentur pœnitentiales, non ſine
ratione omittitur, ut vel ex defectu ſolennium in Eccleſia Audito-
res ad reſipiſcentiam eo facilius commoveantur & ſeriam agant pœ-
nitentiam. Dn. Carpz. *lib. 2. Juriſpr. Conſiſt. def. 263.*

70. Hymnos & muſicam excipit prædicatio verbi divini, in qua
præcipue ſanctificatio ſabbathi conſiſtit, quod manifeſtum reddit
Apologia 2. Juſtini pro Chriſtianis relata à Balduin. *de Caſ. Conſcient. lib.*
2. c. 13. caſ. 4. in qua hæc leguntur verba: *Omnes urbani & ruſtici ex*
agris

agris in unum congreguntur, & primo leguntur ſcripta prophetica & apoſtolica. Secundo Præſes orationem habet & exhortationem, ut bona, quæ lecta ſunt, imitentur. Hanc Juſtini *apologiam* mores primorum Chriſtianorum demonſtrans Balduin. *d. l.* latius examinat, regulas inde generales depromit & opera Sabbathi refert, inter quæ maximum & præcipuum eſt congregatio in templo ad audiendum verbum divinum & ſimiles pietatis actus exercendos. Circa hanc prædi- 71.
cationem notandum, quod concionandi mos in DEI populo, nam de concionibus in civili foro locum habentibus alibi agendum erit, à mundo fere condito, ex quo homines fuerunt, uſitatus fuerit. Polydorus quidem Vergil. *de rer. inventor, lib. 5. c. 9.* à temporibus 72.
Moſis concionandi derivat conſvetudinem. Cum enim Decalogum ſive decem præcepta recitaſſet, ſubjicit: *Hæc fuit prædiactionis materia, unde eſt mos concionandi natus, Moſis enim primus habita concione populum de ejusmodi præceptis & lege DEI docuit, cumque per hæc ad bene beateque vivendum inſtituit.* Sed nobis origo concionum paulo alti- 73.
us, quam à Moſe, divinæ legis Dictatore arcenda videtur. Licet enim Decalogus, de quo Polydoro potiſſimum ſermo eſt, primis illis temporibus in literas relatus non fuerit, Patriarchis tamen, tanquam lex naturalis omnium hominum cordibus inſcripta æque notus fuit, ut illi non minus, quam Moſes concionandi materiam habuerint. Nec veritati conſentaneum eſt, Moſen primum egiſ- 74.
ſe Concionatorem; Noachum enim, Loth, Enochum aliosque, qui diu ante Moſen floruerunt, concionatores fuiſſe, ex ſacris Pandectis conſtat, quod fuſius demonſtrat Dn. Hildebrand. *in Diſſert. de veter. concion. c. 1. per tot.* Atque hic concionandi ritus ex veteri 75.
teſtamento ad novum translatus ac ad moderna usque laudabiliter ſane continuatus eſt tempora, cupidum Lectorem, qui plura de his Concionibus deſiderat, ad *cit. Diſſert. Dn. Hildebrand.* brevitatis gratia remittimus.

Olim quoque Notarii ad excipiendas Conciones conſtituti fu- 76.
erunt. Incertum quidem eſt, quis primus Notarios in Eccleſiam invexerit. Anaſtaſius in vitis Pontificum refert, Clementem Romæ *Notarios Regionarios* conſtituiſſe, qui per omnes Regiones Urbis Romæ dicta & facta Martyrum conquirerent & conſignarent. Alii Fabianum Papam Notarios in Eccleſiam circa A. C. 240. introdu-

77. xiſſe exiſtimant. Quicquid autem de eo ſit, hoc certum eſt, quod jam tertio ſeculo opera Notariorum, quæ in excipiendis Concionibus ſita erat, in Eccleſia recepta fuerit. Hinc Euſebius *lib. 6. Hiſtor. c. 21.* de Ambroſio quodam aſſerit, quod Origeni ſeptem Notarios adjunxerit, qui ejus dicta exciperent; Similiter Socrates *lib. 6. hiſtor. c. 4.* de Chryſoſtomianis Concionibus tradit, quod quædam
78. illarum celeri & exercitata ſcribarum manu exceptæ ſint. Cujus Conciones hoc modo excipiebantur, illæ inſignis & eruditus Homileta habebatur, ſi vero contrarium accideret, indicio id erat, Conciones minus fuiſſe elaboratas, indoctas & vulgo minus approbatas.
79. Hodie ad excipiendas Conciones Notarii deſierunt conſtitui, in celebrioribus tamen civitatibus nonnulli â Parœcianis conſtituuntur, ut Conciones Paſtorum celebriorum excipiant, atque ſoluto honorario cuilibet, pro lubitu & fervore religionis communicent, quamvis non ubivis hoc fiat, ſed pro dignitate Concionum
80. â cujusvis arbitrio dependeat. Studioſi quoque in Academiis teſte quotidiana experientia, Conciones ut plurimum excipiunt, quod improbandum non eſt, modo fiat cum intentione quadam imitationis; Neutiquam vero ut in Miniſterio poſtmodum in ſupplementum negligentiæ cedant.

Habuerunt porro veteres Chriſtiani diebus feſtis & dominicis
81. lectiones & ſermones tempori reique præſenti congruos. Quid *Seculo 8.* Carolus M. prædicari juſſerit, patet ex *lib. 1. Legum Francicarum ab Anſegiſo collectarum c. 76.* Idem ex Conſtitutionibus ejus A-
82. quisgrani factis conſtat. Ad hoc ſeculum quoque Pericoparum Evangelicarum & Epiſtolarum, quibus hodie utimur, diſtributio refertur, quod teſtimonio ſuo confirmat Calixtus *in Apparatu Theologico p. 128.* dum inquit: *Carolus M. P. Warnefridi opera diebus dominicis & feſtis ſuas ex Evangeliis & Epiſtolis Lectiones, quæ hodieque uſurpantur, adſignaſſe fertur.* Verum cum auſpiciis Caroli M. Pericopæ
83. Evangelicæ homiliis Patrum per Paulum Warnefridum ſint illuſtratæ, ideoque jam ante Carolum M. in uſu fuiſſe videntur. Confirmat hoc ipſum Sigebertus Gemblacenſis *ad ann. Chriſti 807.* in verbis: *Carolus Imperator per manum Pauli Warnefridi* (qui fuit Diaconus Aquileenſis & Monachus Caſſinenſis) *decerpens optima quæq; de ſcriptis Catholicorum Patrum lectiones Unicuique feſtivitati convenientes per circu-*

lum

lum anni in Eccleſia legendas compilari fecit. Oportet igitur jam tempore Caroli M. pericopas illas fuiſſe diſtinctas. Quo verò ſeculo 84.
id factum ſit, de eo dubitatur. Walafridus Strabo, qui *Seculo IX.* claruit, primis Apoſtolorum ſucceſſoribus, verum rationibus minus certis hanc operam tribuit. Meminit quoque Hieronymus in apologetico adverſus Vigilantium jam ſuo tempore, *Seculo ſc. IV.* Pericoparum Evangelicarum in Eccleſiis Græcis uſitatarum. Verùm an illæ ipſæ ſint, quibus hodie utimur de eo dubitant, quare demum concludunt, quod jam *Seculo VI.* tempore Gregorii M. pleraque fuerint diſtincta Evangelia, quibus adhuc hodie ütimur. Dn. Hildebrand. *de veter. Concion. cap. 3. §. 36.*

Locus ex quò conciones habentur, ſicut olim, ità & hodie 85.
editior & excelſior eſt, ad hoc ut eo commodius ab omnibus audiri queat concionator. Tempus verò concionandi ordinarium & o- 86.
lim, ut & Juſtin. *Apolog. 2.* & aliis Patribus liquet, fuit & adhuc eſt dies ſolis quamvis & aliis diebus ſermones ad populum habiti fuerint, unde & hebdomatim penes Nos tum in pagis tum etiam præcipue in Civitatibus Conciones nonnullas haberi videmus, ad hoc ut Parochiani à vitiis & impia vita deterreantur. Quocunque ve- 87.
rò tempore conciones habeantur, verbi divini Miniſtris neutiquam vitio verti poterit, ſi monendo & corripiendo ſuum faciant officium, quia à Deo ipſis injunctum, & non modo à Prophetis ac Apoſtolis, ſed & ipſo Salvatore noſtro facto declaratum eſt. *Joh. 8. v. 44.* Multominus hoc nomine in jus vocari aut actione injuriarum conveniri poterunt. Non enim ſuam, ſed Chriſti cauſam 88.
pro concione agunt, atque ſecundum præſcriptum verbi divini debità ſeveritate, conſtantia & παῤῥησία Auditores fidei ſuæ commiſſos cum ob errores in doctrina, tum etiam ob vitia & peccata in vitæ converſatione reprehendere debent, juxta monitum D. Apoſtoli Timotheo datum *2. ad Timoth. 4. v. 2.* Quod & ipſum Deus Legatis ſuis inculcavit, *Eſa. 58. v. 1.* & *Ezech. 33. v. 6. & 8.* Add. Reink. *lib. 3. Claſſ. 11. c. 2. n. 4. & ſeq.* Quia tamen quandoque in concio- 89.
nando affectibus indulgent privatis, odium ſub prætextu muneris emittunt, atque Auditores injuriis proſcindunt, hinc non inconcinne quæritur: An Sacerdotes tunc quando pro concione certam perſonam, vel expreſſe nominatam, vel graphice depictam, con-

tumelioſis verbis criminis alicujus arguunt, injuriarum teneantur?
Quod affirmatur arg. *l. 32. ff. de injur. Rec. Imp. Aug. de anno 1530. §.*
Wir haben &c. verſu: Die Prediger ſollen ſich mit ihren Predigen
unſerm Abſchied gemäß halten &c. it. Darzu ſtümpfirens/ ſchmä-
hens und läſterns ſich enthalten. *Receſſ. Imp. Spir. de anno 1542. §.* Da-
mit aber unter den Gemeinen &c. Reinking. *cit. lib. 3. Claſſ. 2. c. 2. n. 7.*
Balduin. *de Caſ. Conſc. lib. 4. cap. 7. c. 5. circa fin.* Add. Harprecht. *ad*
§. non ſolum 11. Inſt. de Injur. n. 31. & ſeq. ubi hoc multis modis decla-
90. rat ac limitat. Notandum autem, quod prius tentanda ſit recon-
ciliatio & compoſitio amicabilis, antequam adverſus Miniſtros Ec-
cleſiæ Proceſſus decernatur. Dn. Carpzov. *lib. 3. Juriſpr. Conſiſt. def.*
99. num. 3. Quod ipſum juri Communi conveniens eſt, amicabilis
ſiquidem compoſitio litigium præcedere, & priusquam ad pro-
ceſſum deveniatur, à Judice inter partes litigantes tentari debet.
l. 13. §. 3. ff. de uſufr. c. ex literis 1. de mut. petit. c. ult. de transact. Weſen-
bec. *lib. 1. conſil. 21. num 21.* Dn. Fibig. *in Proc. p. 1. c. 2. membr. 3. §. 1. n. 4.*
Eſtque id non minimum inter requiſita à Chriſtianis litigantibus
obſervanda, ne via pacis negligatur. Vent. de Valent. *in Partb. li-*
tigioſ. lib. 1. c. 3. Præterea pendente proceſſu, propter inimicitias
91. & diſcordiam cum Parocho, nemini cultus divinus & uſus Sacra-
mentorum alibi & in cœtu alieno absque ſpeciali conceſſione per-
mittendus eſt, idque non ſolum Jure Canonico proviſum, *in c. o-*
mnis 12. de pœnit. & remiſſ. Sed etiam expreſſe ſancitum in *Ordinat.*
Eccleſ. Elect. Saxon. art. 8. §. ult. ibi: Es ſoll auch kein Pfarr oder Kir-
chendiener jemands/ der in ſeine Pfarr nicht gehörig/ das hochwürdige
Sacrament ohne Erlaubniß des Superintendenten reichen. Et ita
Conſiſtor. Suprem. Elect. Saxon. *ad requiſitionem* Hanſen *B. zu M. M.*
92. *Febr. anno 1613.* reſpondit. Quare licet Parochianos ob vitia corri-
gere & ad veram in Concionando Miniſtri Eccleſiæ adhortari poſ-
ſint pœnitentiam, neutiquam tamen affectibus privatis indulgere,
odium ſub prætextu muneris emittere, atque auditores injuriis
proſcindere debent. Hoc namque citatis Receſſibus expreſſe pro-
hibitum eſt.

93. Prætererea ne multum temporis in Sabbatho vacuum relinqua-
tur, conciones veſpertinæ & cultus divinus pomeridianus in Ci-
vitatibus & villis populoſioribus, ubi miniſterium non una, ſed

dua-

duabus vel pluribus conſtat perſonis, receptus eſt, quod non ſolummodo per præceptum Sabbathi generale, ſed etiam per Ordinat. Eccleſiaſt. & rationem hanc confirmari poteſt. Ne alias, ſi cultus pomeridianus intermitteretur, exercitia pietatis in ludos ſcenicos, commeſſationes, ſaltationes & ſimilia alia degenerarent. Interim ne in auditoribus appetitus major impediatur, ſed tepor in 94.
audiendo verbo divino eo facilius removeatur, receptum eſt, ne concio ultra horæ ſpatium extendatur; quod præcipue *Decret. Synodale Elect. Saxon. de anno 1624. §.* Und damit die Leute. confirmat. Hocque familiare antiquis fuit. Hi enim quam maxime brevitati in concionando ſtuduerunt. Quapropter S. Baſilius cogno- 95.
mento *M. in Enarrat. in Pſalm. 14.* Conciones ſuo ævo ultra horam non duraſſe docet. Egregium hac de re ſimile adducit Gregorius Nazianzenus in verbis: *Sermonis ſatietas eſt auribus inimica non aliter atq; cibus immoderatus. Sicut enim ciborum copia tandem nauſeam parit; ita quoq; ſermonis prolixitas tædioſa eſt.* Vid. Hildeb. *de vet. concion. c. 3. §. 12.* Cum autem Parochiani de fervore ſuo ſæpius aliquid remit- 96.
tant & cultum negligant, officium Magiſtratus requirit, eos ad hunc adigere & adhortari, ut hoc modo ad Numinis divini excitentur venerationem; Et ſi tanto impietatis ducantur impetu, ut medium converſionis ſuæ reſipiſcentiæ & ſalutis reſpuant, concionemque contemnant, merito à Magiſtratu quibuscunque modis ad auditum verbi divini compellendi ſunt. Hinc in bene conſtitutis re- 97.
bus publicis receptum, ut durante in templis cultu divino frequentatio cellarum vinariarum & cauponarum ſevere prohibeatur. Quia vero plures dantur, qui propter negotia quotidiana ſacris intereſſe nequeunt, quales ſunt: Hirten/ Schäffer/ Müller/ Küh- 98.
ler/ Roßbuben/ Reffträger/ Fuhrleute und dergleichen. *in Ordin. Provinc. Ducat. Goth. p. 1. c. 1. tit. 5. §.* weil auch ſonderlich. laudabiliter proviſum, ut aurigæ admoneantur cultus divini alibi quoque diebus feſtis celebrandi, reliqui vero durantibus ſacris partim expeditiones illas omittant, partim, ſi hoc fieri nequeat, ab Eccleſiæ miniſtris vel æditius juxta præſcriptum dictæ Ordinat. informentur modum.

Concionibus in templis cum collectione Eleemoſynarum ad- 99.
jiciuntur preces publicæ. Et quidem quod attinet collectionem

Ele-

Eleemoſynarum, olim moris non fuit, ut inter concionandum colligerentur. Habebant enim veteres ſuas oblationes, quas ad altare deferebant, eæque cedebant in uſum pauperum, viduarum, pupillorumque & aliorum, quin & magna earum pars ad Euchariſtiæ uſum deſtinata erat. Poſtea vero ceſſante offerendi ritu vicem oblationum ejusmodi collectio Eleemoſynarum ſupplet, quæ dum verba ad populum fiunt, apud nos inſtituitur. Pecunia hoc modo collecta Germanice vocatur das Cymbelgeld/ de quo inferius.
100. Preces vero in Eccleſiis hic pari paſſu cum ſtructura ædium ſacrarum ambulant. Nam ſicut primis ſeculis Chriſtiani templis caruerunt, ut ex capite 3. fuſius patet. Ita quoque partim in privatis ædibus orârunt, partim etiam perſecutionibus Chriſtianorum inſtitutis ad ſylvas, montes & antra cœca rupium ſeſe receperunt & iisdem locis ſua cum Deo colloquia per preces habuerunt, quas *preces ſylveſtres, Montanas* & *Vallenſes* quis denominare poſſet. Et hæc orandi loca, quæ olim cogente neceſſitatte precibus dicta fuerant, temporis ſucceſſu ſponte à plurimis frequentata ſunt, unde tot *Eremitas* natos videmus.
101. Cum vero paulisper Halcyonios dies nacta eſſet Eccleſia, Chriſtiani in Cœmiteriis fabricas vel ædiculas exſtruxerunt, ſub quibus ab injuriis cœli immunes precari poſſent, quæ licentia tunc temporis in magna felicitatis parte erat, usque dum Deus ter Optimus Maximus Eccleſiam ſub Conſtantino Magno reſpirare fecit.
102. Cum enim Conſtantinus M. primus condendis fidelium templis Imperii Theſauros aperiret, ac Hieroſolymis Encænia celebraret, Deoque templum ſalvatoris dedicaret, meminit Euſebius precibus Sacerdotum diem illum ſolennem factum ac ſupplices in illo templo preces pro communi pace, pro Eccleſia, ipſoque Imperatore, harum præclariſſimarum rerum Autore, proque ejus Deo charis liberis fuſas. Quare in Decreto Gratiani ex Epiſtola Felicis ad Orthodoxos Templa tabernacula Dei vocantur, divinis precibus delibuta.
103. Recte autem veneranda antiquitas Oratoria & Templa precibus fundendis ſtatuit, non quidem quod locus per ſuperius monita ſit de neceſſitate orationis. Sed quia in templis attentio, devotio, efficacia precum facile major eſt, non quidem ex ſanctitate loci, ſed ex ſacris conventibus & ſacris rebus in templo peragi ſolitis, ut latius tradit Dn. Hildebrand. *de prec.*

vet.

vet. Chriſtian. c. 1. §. 25. & ſeq. Propemodum verò œcumenicus antiquitatis fuiſſe mos videtur, in altari preces fundere, quod obſervat Calixt. *in tract. de ſacrif. Miſſæ th. 73.* Hodie vero in noſtris Eccleſiis eædem preces de altari ad ſuggeſtum translatæ ſunt, ita ut inter veteres & noſtras publicas preces ferme nihil diſcriminis ſit. 104.
Sicut vero jam olim temporibus Conſtantini preces pro communi pace, pro Eccleſia ipſoque Imperatore fuſæ ſunt; ita quoque penes Nos obtinuit, ut poſt ſingulas conciones publicæ prælegantur preces pro felici ſtatu Eccleſiæ atque reipubl. omniumque hominum ſalute, quarum formulam pro diverſitate Ditionum nobis exhibent *Ordin. Eccleſiaſt.* 105.
Ubi obſervandum, quod ut plurimum mentionem faciunt non ſolum Cæſareæ Majeſtatis, ſed & præcipue Principis, cui illius loci ſuperioritas territorialis competit, ejusque Familiæ illuſtris, quin etiam Magiſtratus inferioris; Quare Eccleſiæ quoque Patroni precibus iis nominatim comprehenduntur, non tantum ex obſervantia, ſed & juſtiſſima ex cauſa vel ratione; Cum enim Reges & Principes ſint nutricii Eccleſiæ & naturalis ratio ſvadeat, ut Patrono Eccleſiæ benefaciendo honor & reverentia exhibeatur, ideoque æqvum eſt, preces pro eorum ſalute fundi publicas Finckelthuſ. *de jur. Patron. c. 6. n. 153.* 106.
Hæc ratio cum ceſſet in Principibus, qui non ſunt Domini Diœceſeos, & in Nobilibus, qui nec Patroni ſunt, ut teſtatur Carpz. *lib. 2. Jur. Conſiſt. def. 269.* Ideoque eorum petito, ut nominatim ac in ſpecie precibus inſerantur publicis, annuendum non eſt, quod obſervantia & conſvetudo ubivis fere locorum recepta ſatis ſuperque comprobat. 107.

Peractis concionibus plerumque adminiſtratio Cœnæ Dominicæ in templis inſtituitur, quare nemo in ædibus privatis, domo Parochiana & ſacrario ad uſum Cœnæ Dominicæ regulariter admittitur. Eſt enim publicæ confeſſionis ſignum, & proſpiciendum, ne per communionem in ædibus privatis inſtitutam conventiculis domeſticis & illicitis hæreſin quandoque præ ſe ferentibus anſa præbeatur contra *l. conventicula 15. C. de Epiſc. & Cleric.* Quare idem proviſum *in art. gener. Ordin. Eccleſ. Elect. Saxon. 7. §.* Deßgleichen ſoll auch die Beichte und Verhör derer / ſo zur Communion gehen wollen / aus vielen beweglichen Urſachen nicht in des Pfarrers oder Diaco- 108.

ni Hauß / ſondern in der Kirchen öffentlich im Chor geſchehen. Sed
109. hoc in caſu neceſſitatis limitationem recipit. Quamvis enim inveniantur, qui ægrotis in ædibus privatis adminiſtrationem ſacræ Cœnæ denegant, iſti tamen aſſenſum neutiquam mereri queunt, partim quod impium eſſet, epulum hoc ſacratiſſimum & una conſolationem divinam ægrotis lecto affixis denegare, partim etiam quod ipſemet Chriſtus Cœnam primam non in templo Hieroſolymitano, ſed in ædibus privatis celebraverit, ut propterea Sacramentum Euchariſtiæ in caſu morbi vel alterius neceſſitasis privatim utique adminiſtrari poſſit vid. Balduin. *de Caſib. Conſcientiæ lib. 2. c. 12. caſ. 13.* Extra hunc caſum neceſſitatis ordinarie in templis ſacræ cœnæ peragenda eſt adminiſtratio in altari ad id exſtructo.
110. In primitiva quidem Eccleſia ſicut nulla templa, ita quoque nulla tam ſplendida atque fixa altaria adfuerunt, menſas ſolummodo veteres Chriſtiani in conventibus ſuis adhibuerunt, aut loca ſaltim editiora, ut in iis reponerent oblationes ſacras & quæ ad ſacram communionem pertinerent, fuerunt iſtæ menſæ ligneæ ac linteo coopertæ, ut & portatiles, quare earum crebra mentio in Eccleſia jam adulta facta eſt, ut Theodoret. *Hiſtor. 3. c. 2.* de Juliano aſſerit: *Minxiſſe eum adverſus ſacram menſam.* Add. Petr. Molin. *tract. de altar.*
111. *& ſacrif. c. 7. & 8.* Poſt tempora Conſtantini Magni lapideæ moles cœperunt exſtrui, quod tamen non ubique obſervatum. Denique etiam candelæ & colores additi ſunt ab Innocent III. *ſerm. 2. de conſecr. Alt.* & multitudo altarium cum illorum ſigillo recepta
112. eſt. Sed ſicut ſuperſtitioſum eſt, quod in uno templo numeroſa multitudine exſtruantur altaria, Ita quoque ſigillum altaris, de quo jam antea dictum, cum reliquiis ſanctorum merito reprobamus. Neque aliud niſi pro adminiſtratione ſacro ſanctæ Cœnæ in
113. noſtris Eccleſiis altare admittimus. Aliàs hic multa de perſonis quæ ad ſacram Synaxin admittuntur vel non, proponenda eſſent, ſed quia hæc omnia ſolide à Carpzov. *lib. 2. Juriſpr. Conſiſtor. def. 274. & multis ſeq.* ut & Dedekenn. *vol. 1. Conſil. Theol.* explicantur, ideoque hac vice omittimus. Hoc ſolummodo adjecto, quod quili-
114. bet Parochianus in templo, cujus eſt Parochus, ad ſacram accedere debet menſam, prout etiam univerſaliter & ubivis fere locorum receptum eſt, ut patet ex conſiliis, quæ ſuper hac quæſtione con-

ges-

geſſit Dedekenn. *vol. 1. Conſil. Eccleſ. p. 3. lib. 1. ſect. 4.* Niſi caſus ne- 115.
ceſſitatis interveniat, propter quem ut & alios modos limitationem recipit, ut Balduin. *de caſib. conſcient. lib. 4. cap. 9. caſ. 5.* It. quod diu- 116.
tius à communione ſacra abſtinentes ad uſum ejus comminatione carceris alteriusve pœnæ adigi poſſint, in tantum ut admoniti, ſi in abſtinentia malitioſe perſeverarint, non tantum expelli, ſed etiam cogi poſſint, ut bona ſua vendant & ad alium migrent locum, quod ſi vero ad interim moriantur, ejusmodi contemptoribus verbi divini honeſta denegatur ſepultura, ut cum Carpzov. docet Dn. Struv. *Exerc. 15. th. 82.*

Antequam vero uſus Cœnæ ſacræ inſtituatur, eam merito ju- 117.
xta Ordinationes in Provinciis noſtris receptas, *confeſſio privata*, vulgo auricularis dicta, in templo quoque peragenda præcepit, quæ neutiquam intermitti debet, ut fuſius demonſtrat Carpz. *lib. 2. Jur. Conſiſt. def. 275.* quapropter acceſſurus ad ſacram Cœnam propterea, quod confeſſionem omiſerat, arceri poteſt, niſi ex juſta cauſa hoc ſit factum, uti tradit Balduin. *de caſ. conſc. lib. 2. c. 12. caſ. 18.* Sicut verò is, qui in uſu Cœnæ decorem non obſervat, ſed hoc ipſo tempore, quo ſacra tractare debet, vitiis vel levitati indulget juxta *Ordin. Eccleſ. Elect. Sax.* multò ſeveriori judicabitur dignus pœ- 118.
na, qui poſt confeſſionem privatam, die Sabbathi factam, ſubſequente die Dominica SS. Euchariſtiam contemnit, & ad cœtum communicantium non accedit, ſeque hoc modo divino hoc convivio indignum reddit, aliis vero ſcandalum præbet, quod nunquam in Eccleſia impunitum eſſe debet. Conſul. Aym. Cravett. *Conſil. 264.* Niſi quis itidem juſtà cauſà v. g. *Incendio exorto, vi ho-* 119.
ſtili, timore juſto, aliave ex cauſa probabili impediatur, quo caſu Dominica ſequente ad communionem ſanctam admittendus eſt. Et cum præparatio, quæ in probatione ſui ipſius cum convenienti 120.
examine totius vitæ juxta præcepta Decalogi & pœnitentia ſeria inſtituta conſiſtit, uſui ſacroſanctæ Cœnæ neceſſario præmittenda ſit, ideoque ejus rei gratia, rejecta enumeratione peccatorum Papali, Eccleſiæ noſtræ Aug. Conf. privatam ſed generalem cum abſolutione ſubſequenti receperunt *confeſſionem*, quæ congrue ad *ordinariam* & *extraordinariam* revocari poteſt. *Ordinaria* dicitur confeſſio, quæ 121.
præcedit uſum ſacræ Cœnæ, & in generali peccatorum confeſſio-

ne conſiſtit, hæc quamvis abſolute neceſſaria non ſit, quippe nu-
ſpiam mandata, nequaquam tamen intermitti debet, vid. Dede-
122. kenn. *vol. 1. Conſil. Eccleſ. p. 3. ſect. 3. num. 32.* Per eam ſiquidem
(1) Paſtori occaſio præbetur cum communicantibus ſeorſim & in
ſpecie agendi; illos informandi, corrigendi & ad ſeriam pœniten-
tiam reducendi (2) Conſolationum fontes aperit, teſte Luthero
tom. 6. Jenenſ. Germ. fol. 110. ubi de ſemetipſo teſtatur: *Utor confeſſio-
ne, nec carere ea poſſum, quia ſæpe numero maximum mihi ſuppeditat ſo-
latium, dum in anguſtiis ac ſolicitudinibus animi hæreo.* Denique ad pu-
erorum informationem, privatas admonitiones, conſcientiarum
conſolationem & ſpecialiorem remiſſionis certitudinem quam ma-
xime neceſſaria eſt. Vid. Dieter. *in Catechiſm. ſub tit. de pœnit. §. 27.*
Balduin. *de caſib. Conſc. lib. 4. c. 10. caſ. 2.* ubi cauſas non leves eſſe
aſſerit, ob quas Auguſtana Confeſſio art. 11. eam retinendam eſſe
123. ſvaſit. Extraordinaria confeſſio dicitur, quando delinquens in
confeſſione ad exonerationem conſcientiæ ſpeciale quoddam deli-
ctum miniſtro Eccleſiæ revelat ejusque abſolutionem & remiſſio-
nem petit. Circa hanc gravis mota eſt quæſtio: Utrum ſacerdos,
124. quæ ipſi hoc modo confeſſa ſunt, revelare poſſit? Reſp. quod non,
quia Deo, non homini, aut non ut homini, ſed ut ſacerdoti & Dei
vicario dicitur confeſſio facta *c. ſi ſacerdos 2. X. de offic. Jud. ord.* quam
rationem eleganter B. Lutherus comprobat *in Colloqu. Menſ. cap. 14.*
cum dicit: Ich habe nichts gehöret / hat Chriſtus was gehöret / ſo ſage
ers. & poſtea: ich höre nicht Beichte / abſolvire auch nicht / ſondern
Chriſtus &c. Nam ſecreta qui revelat, jus naturæ videtur viola-
re. Gigas *in tract. de Crim. læſ. Majeſt. Rubr. qui accuſ. poſſ. Crim. læſ.*
125. *Majeſt. quæſt. 18.* Hinc etſi magiſtratus id exigit, non tamen ſub ſi-
gillo confeſſionis ſibi concredita revelare debet miniſter Eccleſiæ,
propterea, quod ea, quæ confeſſionarlo clam aperiuntur, ſine
inſtar maximi pretii depoſiti, non tam penes hominem quam De-
um recondita, neque confeſſio eſt inſtituta propter inquiſitionem
judicialem aut carnificinam Conſcientiæ, ſed ad diſciplinam Eccle-
ſiaſticam, exonerationem Conſcientiæ & abſolutionem ſalutarem
mœſtorum, hinc illius uſus inverti nequit. Et hanc ſententiam
126. per rationes juris divini & canonici confirmat Dedekenn. *vol. 1.
Conſ. Theol. p. 3. ſect. 3. n. 32.* adeo, ut interrogatus ſacerdos ſine

men-

mendacio recte de ſua ignorantia reſpondeat, cum ut homo & teſtis ignoret factum, ſuper quo interrogatur. *c. 12. X. de pænit. & remiſſ.* Et licet contra hanc prohibitionem egerit, pro fide digno tamen teſte non habetur. *Can. ſacerdos 2. de pænitent. diſt. 6. d. cap. omnis 12. circa fin. v. careat aut omnino X. de pænitent.* Nec teſtimonium hoc quicquam operatur. Anton. Gomez. *tom. 3. variar. reſolut. c. 13. n. 9.* Sed pœnæ reus potius cenſetur, ut juxta Jus Canon. ab officio deponatur & ad agendam pœnitentiam in arctum detrudatur monaſterium. *d. c. omnis 12. X. de pænitent. & remiſſ.* Jungat. *Ordinat. Eccleſ. Elect. Sax. art. gener. 7. §. ult.* ubi hæc habentur verba: Nachdem auch mehrmahls groſſe Beſchwernüß erfolget / wenn entweder der Kirchendiener oder die verhörte Perſohnen aus der Beichte geſchwatzet/ ſoll ihnen allen auferleget / beſonders aber den Kirchendienern eingebunden werden / was ihnen für Gewiſſenshändel in der Beichte vertrauet/ niemand wer der auch ſeyn möchte/ bey Vermeidung ernſtlicher Straffe / zu offenbahren / ſondern wie ſichs gebühret / verſchwiegen zu halten. Quod ſi ergo nemini prorſus miniſter Eccleſiæ confeſſa revelare debeat, uti apparet ex verbis: Niemand wer der auch ſeyn möchte; Sequitur exinde, quod ne judex quidem miniſtrum Eccleſiæ ad teſtimonii depoſitionem compellere queat. Vid. Carpz. *lib. 3. Jurispr. Conſiſt. def. 25.* Interdum tamen hæc ſententia limitationem recipit; ita ut ea, quæ in confeſſione à reo Sacerdoti revelata ſunt, minime tacenda veniant, veluti ab inclyta Facultat. Theolog. & Jurid. Jenenſ. *M. Aug. 1624.* *Reverendo Miniſterio* zu Mühlhauſen reſponſum fuit. Jung. *noſtra Diſſ. Inaug. de Jur. Epiſcop. c. 3. n. 18.* & hoc potiſſimum fieri poteſt, ſi per hanc revelationem promovetur innocentia rei, vel informatur Judex, quomodo contra delinquentem, qui delictum in judicio ſeculari confeſſum coram Miniſtro Eccleſiæ iterum revocavit, ſeque innocentem eſſe conqueritur, procedendum ſit, uti ex *cit. Reſponſ. ejusq. verb. ſeq.* apparet: Ob nun wohl ſonſten das jenige/ was die Beichtkinder bekennen / verſchwiegen zu halten / ſo hat es doch bisweilen und ſonderlich dißfalls / damit die weltliche Obrigkeit Nachrichtung erlange/ ob mit der Leibesſtraffe zu verfahren/ oder andere Mittel wider die Gefangenen zu gebrauchen/ eine andere Gelegenheit / &c. Denique etiam committenda delicta præcipue graviora, quæ ad interitum & perniciem reipublicæ ten-

127. (beside "remiſſ. Et licet …")
128. (beside "n. 9. Sed pœnæ …")
129. (beside "Quod ſi ergo …")
130. (beside "Interdum tamen …")
131. (beside "Denique etiam …")

dunt, Miniſtros Eccleſiæ, ſi non denominando perſonam, tamen
generaliter Magiſtratui revelare poſſe, dubium nullum eſt, cum
hactenus dicta commiſſa ſolummodo concernant delicta; Ac ſicut
confesſio auricularis non propter necesſitatem ſimplicem, ſed hy-
pothetice talem, quæ conſtitutionem ex utilitate deſumptam con-
cernit, recepta eſt, per ea quæ latius exhibet Dedekenn. *vol. 1. Conſ.*
Theolog. p. 3. ſect. 3. n. 32. Ita quoque prohibitio hæc in confesſione
fundata ejusdem juris erit, ut Miniſter Eccleſiæ ſalva conſcientia
ad impedienda delicta graviora ab eadem recedere & ad ſervan-
dam tranquillitatem Reipubl. malevolam confitentis intentionem
non ſolum per ſerias dehortationes, ſed etiam per denunciatio-
133. nem Magiſtratui Politico factam impedire posſit. De *deprecatione*
ſæpisſime confesſioni accedente latius in ſubſequentibus dicen-
dum erit. Præter ordinarium cultum divinum hactanus propoſi-
tum pie faciunt ſuperiores, dum pro ratione ſtatus ac temporis in-
ſtituunt conciones pœnitentiales, Buß-Predigten / iisque certum
diem in ſeptimana præfigunt, ut hoc remedio Parochiani univerſi
conjunctim ad ſeriam excitentur pœnitentiam, in quo laudabiliter
id, quod ſui officii eſt, gerunt, cum omnem curam & ſolicitudi-
nem in eo collocare debeant, ut religionis ſumma habeatur ratio,
juxta Reinking. *de R. S. & E. lib. 3. cl. 1. c. 1. n. 9.* Merito itaque ad-
miramur Sereniſſimorum Principum Saxoniæ ſollicitam religio-
nis curam, vigore cujus hactenus varias conciones atque dies pœ-
nitentiales Buß-Predigten und Buß-Tage / cum ſummo ſubdito-
rum fervore inſtitutas vidimus.

134. Denique in templis quoque *Baptizatio, Copulatio, & Sepultura*
quandoque peragitur. Quod *Baptiſmum* attinet, antiquitati vene-
randæ baptiſteria nondum cognita fuerunt, quare extra Eccleſias
in fontibus & fluminibus Chriſtiani primis temporibus baptizaban-
tur. Illuſtrat hoc Honorius Auguſtunenſis, qui *in lib. de Gemm. a-*
nim. ait: Quod Apoſtoli non ſolum in fluviis, *ſed & in fontibus & ſta-*
gnis baptizarint. Sicut & jam hoc clare ex *Actis Apoſtol. c. 8. v. 36.* pa-
135. tet. vid. Walafrid. Strabo *de Reb. Eccleſ. c. 26.* Deinde Baptiſteria
inventa, ſed extra Eccleſiam quoque in ædibus privatis ædificata
ſunt, imo ſævientibus tyrannis ſanctisſimi homines extra urbem
in occultis & abditis locis baptiſteria ſtatuerunt, donec Imperator

Con-

Conſtantinus Magnus ea ad ſuburbium tranſtulit, ut teſtatur Socrat. *hiſtor. Eccleſ. lib. 1. c. 26.* Et ſic mos priſcorum fidelium fuit, col- 136.
locare baptiſteria extra Eccleſiam, quo modo indigitabant, quod ſolum per baptiſteria admittantur homines in Eccleſiam ad ſacroſancta myſteria, ut ex Gregor. Turonenſ. *lib. 5. Hiſtor. c. 11.* refert Stephan. Durand. *de ritib. Eccleſ. lib. 2. c. 19.* Creſcente tamen fideli- 137.
um numero, ne infantes, dum baptizarentur, ob imbecillitatem ætatis ab aëre offenderentur, decretum fuit tempore Clodovei Francorum regis, ut baptiſteria intra Eccleſiam à ſiniſtra parte ingredientium conſtituerentur, ut ex Gregor. Turonenſi *de Mirac. ſancti Martin. lib. 2. c. 21.* refert Joh. Baptiſt. Caſal. *d. veter. ſacror. Chriſtian. ritibus. p. 2. c. 5.* Denique etiam in ſingulis Parochialibus Eccleſiis baptiſteria conſtituta ſunt. Dn. Arnd. *de antiquit. Eccleſ. ſub vocab. Baptiſmus §. 148.* Viris tamen ac mulieribus quondam diverſus Ba- 138.
ptiſterii locus aſſignatus fuit. Nam cum eodem tempore multos utriusque ſexus baptizari oporteret, illosve veſte denudari illorum temporum conſvetudo poſtularet, ideoque verecundia hoc ſvaſit. Quare Ambroſ. *ſermon. 10.* ait: *Nudi accedimus ad lavacrum, ut nudi quoq; & expediti ad cœli januam properemus.* De qualitate, collocatione & conſecratione Baptiſteriorum adhuc multa proponit cit. Caſal. *d. c. 5.* it. Dn. Ziegler. *ad Inſt. Jur. Canon. lib. 2. tit. 18. §. 3.*
Penes Nos baptiſteria in omnibus templis exſtructa videmus, ut 139.
in templo extra caſum neceſſitatis Baptizatio peragatur. Ad illam 140.
vero univerſa ferme Eccleſia teſtes, quos vulgo Patrinos ac ſuſceptores appellitant, adhibendi ſunt, & quidem ob varias easque probabiles cauſas; Patrini namque (1) infantes baptizandos miniſtro verbi offerunt ac ſiſtunt, quinimo precibus ſuis Deo commendant (2) confeſſionem nomine ipſorum edunt. (3) Sunt teſtes ba- 141.
ptiſmi legitime adminiſtrati, & (4) ſe ad inſtituendum infantes in doctrina Chriſtiana obligant, ſi parentes è vita immaturius evocati fuerint. Quæ rationes tales ſunt, ut patrinorum rogationem 142.
quam maxime requirant, adeo ut patre recuſante hoc matri aliisve proximioribus cognatis injungi poſſit, teſte Carpzov. *lib. 2. Jur. Conſiſtor. def. 271.* Ab initio quidem unus tantummodo fuit unius 143.
baptizati ſuſceptor, ut patet ex *c. in Catechiſmo & c. 100. de conſecr. diſt. 4.* Poſtmodum autem introductum, ut plures ad eundem baptiza-

zatum ſuſcipiendum admitterentur, prout patet ex *c. quamvis ult.*
de cognat. ſpiritual. in 6. Sed in concilio Tridentino numerus Patri-
144 norum itidem ad unitatem redactus eſt; Quia verò hæc res de adi-
aphoris Eccleſiæ habetur, ideoque ad conſvetudinem Eccleſiæ, cui
præciſe ſtandum, ſemper reſpiciendum erit. Finckelh. *Quaſt. il-*
145 *luſtr. 99.* In Miſnia, Thuringia & Haſſia plerumque tres requirun-
tur Patrini in adminiſtratione Baptiſmi, cui conſvetudini merito
ſtandum eſt, exceptis militibus & nobilibus, qui perpetuo quaſi di-
ſpenſationis jure gaudent, ut numerum patrinorum in baptiſmo
liberorum ſuorum pro lubitu ferme augere poſſint, quam præro-
gativam ipſis non invidemus; cum certum ſit, quod illa, quæ mo-
ris ſunt, ſuo vigori relinquenda veniant. *l. 31. §. quia aſſidua 20. ff.*
146 *de Ædil. edict.* Carpz. *lib. 2. Juriſpr. Conſiſt. def. 270.* Circa baptiſmum
quoque multis in locis conſvetudo invaluit, ut finito puerperio
mater infantem ſiſtat in templo ac benedictionem à Miniſtro Eccle-
ſiæ accipiat, quæ conſvetudo quidem honeſta & laudabilis eſt, in-
terim tamen matrem, ſi ſe ad eam conformare nolit, cogendam
non eſſe, per varias deducit rationes Dn. Carpzov. *d. lib. 2. def. 273.*
147 Add. Balduin. *de caſib. Conſcient. lib. 4. c. 11. caſ. 4.* Præter baptizati-
onem in Templis quoque novorum conjugum copulatio peragi-
tur, quam denunciatio ſive proclamatio præcedere debet, cujus
finis duplex eſt, unus, ut de impedimento matrimonii, ſi quod
fuerit, conſtet, ac is, qui voluerit ac valuerit, competenti termi-
no præfinito illud opponat, alter ut Eccleſiæ precibus novi conju-
148 ges commendentur. Propter quas cauſas penes nos tribus diſtin-
ctis vicibus ex ſuggeſtu novorum ſponſorum denunciatio peragi-
tur, niſi ſpecialiter diſpenſatio impetrata fuerit. vid. Carpzov. *in*
149 *Juriſpr. Conſiſt. lib. 2. def. 137. & ſeq.* Habent iſtæ trinæ proclamatio-
nes ſeu denunciationes vim peremptoriæ citationis cum adjuncta
pœna ſilentii, quod poſt deſtinati temporis effluxum, qui matri-
monium iſtud impedire velint, audiri amplius non debeant, etſi
matrimonium benedictione ſacerdotali nondum conſummatum
fuerit. Matth. Berlich. *dec 76.* quod quidem cum Dn. Ziegler. *ad*
Inſt. Jur. Canon. lib. 2. tit. 15. §. 1. concedimus, ſi allegetur ab accu-
ſante impedimentum, quod dirimit matrimonium; Quod ſi vero
tale urgeatur, quod plane neget matrimonium, impedientem

bene

bene admitti poſſe Dn. Ziegler. *cit. loc.* concedit & per exempla illuſtrat. Proclamationem excipit Copulatio, quæ quidem ad ma- 150.
trimonium ſolenne requiritur, interim tamen de matrimonii abſolute conſiderati eſſentia non eſt, ut per rationes ſolidas confirmat Dn. Struv. *in Synt. Jur. Civ. Exerc. 28. th. 26.* ut & *in Syntagm. Jur. feud. c. 9. aph. 3. in fin.* Neutiquam tamen intermitti, nec pro lu- 151.
bitu in ædibus privatis, ſed in templo coram facie Eccleſiæ peragi debet, quia talis copulatio ritus Eccleſiaſticus eſt, qui merito in templo locoque ſacro ad ejusmodi actus deſtinato celebrandus venit, niſi diſpenſationem impetraverint novi ſponſi, ut ex juſta cauſa in ædibus privatis copulatio inſtituatur, quod omnino fieri poteſt, cum hic actus alias ſit Juris poſitivi, cui Princeps derogare poteſt. Gail. *1. obſerv. 14. n. 6.* Hinc videmus, quod quandoque 152.
copulatio Sacerdotalis in Conſiſtorio, quandoque etiam in Prætorio à Miniſtris Eccleſiæ, ſi vel periculum in mora eſt, vel etiam fugæ ſuſpicio exiſtit, ne Sponſus deciſum judicis eludat, peragatur. Dn. Carpz. *Jur. Conſiſt. lib. 2. def. 146. & 147.*

Ultimo ſe offert ſepultura in templo facienda. Juxta antiquos 153.
quidem mores mortui in Templo ſepeliri haud poterant, ob rationem, quod eo in loco, ubi divina quotidie celebrantur officia, Deusve colitur, humana adeſſe cadavera turpe ſit, quapropter in atrio aut in porticu, potius corpora defunctorum ſepulta ſunt, ex hac forſan ratione, ut quotidiano conſpectu hujusmodi monumentorum, mortalitatis admonerentur poſteri. Gilken. *ad l. nemo 2. C. de SS. Eccleſ. n. 2.* Pedetentim tamen morem illum irrepſiſſe, 154.
colligi poteſt *ex c. 18. Concilii Bracarenſis 1.* ubi ſtatutum fuit, ut corpora defunctorum nullo modo in baſilica ſanctorum, ſed ſi neceſſe ſit, de foris circa murum baſilicæ ſepelirentur. Concilium quidem Triburienſe *cap. 17.* Laicorum corpora in Eccleſia humari prohibet, addit tamen: *Nemo in Eccleſia ſepeliatur, niſi forte talis ſit perſona Sacerdotis aut cujuslibet juſti hominis, qui per vitæ meritum talem ſuo corpori defuncto locum acquiſivit.* Poſtea creſcente ſuperſtitione ſub Gregorio Magno in ipſis quoque templis ac Monaſteriis mortui ſepeliri cœperunt. Rationẽ reddit Dn. Joh. Gerhard. *in loc. Theo. de mor-* 155.
te §. 88. ſcil. quo Pontificii ex vigiliis, miſſis & aliis anniverſariis eo facilius ſacra & quæſtum facere potuerint; Sed qualis qualis ratio

Digitized by Google

ſit, dempta ſuperſtitione, hic mos ſepeliendi defunctos in noſtris quoque Eccleſiis invaluit. Jus ſepulturæ in templis peragendæ de jure Canonico ab Eccleſia ſolummodo impetrandum eſt, *per can.*
156. *non æſtimemus. 19. c. 13. qv. 2. cap. cum in Eccleſiis, 9. X. de Simon.* Moribus vero hodiernis, repurgata in Provinciis Statuum Imperii Evangelicorum religione, jus illud ſepeliendi non ab Eccleſia, neque à Magiſtratu Eccleſiaſtico tantum, ſed & à Patrono Eccleſiæ impetrari debet, juxta Carpz. *Conſiſtor. Juriſpr. lib. 2. def. 390.* Nec hoc ſua
157. deſtituitur ratione. Cum namque per ſepulturam in Eccleſia ejus fabricæ facile afferri poſſit damnum, iniqvum ſane foret, ſepulturam in templis inſalutato Patrono concedere, cum ad ſuppeditationem ſumptuum, quando templum reparatione indiget, obſtrictus ſit. *arg. c. quicunque 30. c. 16. q. 7. c. nemo. 9. de conſecr. diſt. 1. cap. cum ſicut. 8. X. de conſecr. Eccleſ.*
158. unde quoque fluit, quod ædificatio templi ſine Patroni conſenſu neutiquam ſuſcipienda ſit, uti in antecedentibus fuſius demonſtratum eſt.

159. Sed ut ſepulturæ, baptiſmatis, copulationis & aliorum actuum Eccleſiaſticorum probatio congrua detur, in quolibet templo certam quantam *Matriculam Eccleſiaſticam* offendimus, quam Germanice ein Kirchen-Buch / oder Kirchen-Matricul vocamus, in qua baptizati, novi conjuges copulati, ſepulti &c. conſignantur, qui mos ut antiquis non ignotus, ita hodie multo magis uſitatus eſt. Solebant enim Antiqui apud acta profiteri nomina liberorum, addito die & Conſule, patre & matre, quo facilius ætas probari poſ-
160. ſet. *l. 1. C. ſi min. maj. ſe dixerit.* In cujus profeſſionis locum Matricula Eccleſiaſtica ſucceſſit; quæ à Wehner. *Liber Baptiſmi* vocatur,
161. præcipue ex annotatione diei Baptiſmi. Effectus ejus eſt, quod non minus ac inſtrumentum aliud publicum in probando plenam mereatur fidem. *arg. c. cum cauſam 13. X. de probat. cap. ad audientiam 13. X. de præſcript.* Viv. *dec. 184. n. 2.* Ruland. *de commiſſ. lib. 1. c. 14.* ad
162. ejus imitationem in Conſiſtoriis quoque Matriculæ inveniuntur, quæ in Viſitationibus collectæ & approbatæ ſunt, ut perinde ac matricula Eccleſiæ publicam faciant fidem. Ut enim Matrices (unde Matriculæ per diminutionem) olim libelli erant, in quibus Cæſareo fiſco penſitantes deſcripti continebantur; Ita & hodiernis moribus Matriculæ ut alibi in Imperio, ita & in Conſiſtorio intentionem

nem Conſiſtorii ob autoritatem Superiorum fundant. Finckelthuſ. *de Jur. Patron. c. 8. num. 47.* Conſimiles ſunt die Meß-Bücher, qui itidem pro authenticis libris reputari ſolent. Borchold. *p. 1. conſil. 29.* it. literæ antiquæ Monachorum & Regiſtræ Monaſterii. Nicol. de
Paſſer. *de privat. Scriptur. lib. 5. c. 1. & 2.* Aſſervatio quidem hujus 163.
Matriculæ Eccleſiaſticæ non tam in Prætorio vel Curia Magiſtratus Politici, quam in ipſo templo fieri debet, cum totam Matricula illa concernat Eccleſiam, & hoc diſertis verbis ſtatutum eſt *in Ordin. Eccleſ. Elect. Saxon. ſub tit.* Von der *Viſitation* in verbis: Daß ſolche Verzeich-
nüß bey den Kirchen bleiben. Petenti tamen informatio & certiora- 164.
tio exinde deſumpta deneganda non eſt, quare poſtulantibus à Miniſtris Eccleſiæ ad probandam ætatem legitimam, licitum connubium & ſimilia documentum ex Matricula Eccleſiæ deſumptum
concredi videmus. Pertinet huc & illud, quod in multis Territo- 165.
riis receptum, ut ex ærario Eccleſiaſtico certi comparentur libri, qui pro re nata à Superiore determinantur ac aſſervantur in Templis, hocque propterea receptum, ut Miniſtris Eccleſiæ, quorum res anguſta domi ſæpius impedit, quo minus pretioſa ſibi compa-
rent ſcripta, in promotione ſtudiorum ſuccurratur. Hanc ob cau- 166.
ſam quoque hactenus in multis Templis Tomos B. Lutheri juxta editionem maxime Reverendi Dn. Sagittarii in Miniſtrorum utilitatem comprobatos videmus, quod laudandum ſane eſt, cum tale adminiculum tractationem ſtudii Theologici Miniſtris Eccleſiæ impoſiti non parum adjuvet.

CAPUT IX.

De Cenſura Eccleſiaſtica in Templis peragenda.

Summaria.

1. *In Templis inſtituitur cenſura Eccleſiaſtica.*
2. *Eſt conſervandæ pietatis remedium.*
3. *Miniſtris Eccleſiæ tria incumbunt.*
4. *Textibus ſacræ Scripturæ cenſura Eccleſiaſtica confirmatur.*

5. *Exemplis ſacræ Scripturæ comprobatur.*
6. *Quid ſit cenſura Eccleſiaſtica?*
7. *Dividitur in excommunicationem & Deprecationem.*
8. *Alias tres ſpecies Canoniſtæ conſtituunt.*
9. *Interdictum Eccleſiaſticum quid ſit?*
10. *Sub interdicto Eccleſiaſtico latet inſignis malitia.*
11. *Abominabilius eſt excommunicatione Pontificia.*
12. *Excommunicatio quid ſit?*
13. *Deſcriptio Heinr. Caniſ. proponitur.*
14. *Dn. Hülſemanni & Dn. Ziegleri.*
15. *Dividitur in majorem & minorem.*
16. *Quid ſit Major excommunicatio?*
17. *Quid ſit Minor?*
18. *Quid de utraq; excommunicatione in Articulis Schmalcaldicis ſtatutum?*
19. *Major Excommunicatio Pontificia penes nos habetur pro pœna civili.*
20. *Excedit enim terminos cenſuræ Eccleſiaſticæ, dum tollit ſocietatis humanæ vincula.*
21. *Illa vincula excommunicatio major diſſolvere nequit.*
22. *Ratione hoc confirmatur.*
23. *Excommunicationem Cujacius ab Anathematiſmo ſeparat.*
24. *Excommunicatio antiquiſſima eſt.*
25. *Penes Judæos quoq; excommunicatio obtinuit.*
26. *Quapropter in primitiva ſtatim Eccleſia recepta ſit?*
27. *Verbis Lehmanni Excommunicationis illuſtratur materia.*
28. *Excommunicatione quoq; contra Reges & Imperatores uſi ſunt Pontifices.*
29. *Ac frequentiſſima facta eſt.*
30. *Propter nimiam frequentiam & abuſum langveſcere cœpit.*
31. *Princeps potius admonendus quã excommunicandus eſt.*
32. *Si Magiſtratus excommunicandus ſit, ſubditi à debitis obſequiis eximendi non ſunt.*
33. *In Reges & Principes non niſi minorem competere excommunicationem aſſerit Dn. Zieglerus.*
34. *Olim non niſi propter graviſſimas cauſas inſtituta.*
35. *Sed Papatu creſcente ad leviſſimas quoq; cauſas extenſa.*
36. *Etiam contra beſtiolas frugiperdas decreta fuit excommunicatio.*
37. *Noſtræ Eccleſiæ non niſi propter vitia ſcandaloſa adhibent.*
38. *Gradus admonitionum præcedere debent.*
39. *Quid ſint gradus admonitionum & quomodo fieri debeant?*

40. Con-

40. *Conſenſu totius Eccleſiæ interveniente inſtitui debet Excommunicatio.*
41. *Conſenſus Principis requiritur præcipue in terris Proteſtantium.*
42. *Ratio hujus aſſerti redditur.*
43. *Modus Excommunicationis penes nos recepta ex Ordin. Elect. Saxon. refertur.*
44. *Ad effectum Excommunicationis honeſtæ quoq; ſepulturæ denegatio pertinet.*
45. *Jure Canonico ne quid. cum excommunicatis orandum.*
46. *Hodierni Pontificii quoad converſationem leniores facti ſunt.*
47. *Effectus Excommunicationis quando remittatur.*
48. *Modus reconciliationis ex Conſtit. Elect. Saxon. proponitur.*
49. *Altera Cenſuræ Eccleſiæ ſpecies eſt Deprecatio publica, quæ ab Excommunicatione differt.*
50. *Quibus imponatur deprecatio publica.*
51. *In veteri Eccleſia ex neceſſitate introducta eſt.*
52. *Hinc & eam noſtrates Theologi & Eccleſiæ receperunt.*
53. *Ritus deprecationis publicæ in antiqua Eccleſia recepti proponuntur.*
54. *In noſtris Eccleſiis ritus deprecationis publicæ quoq; diverſi ſunt. Nam quandoq; (1) à ſenatu Eccleſiaſtico inſtituitur.*
55. *Quandoq; (2) reſipiſcentes ad fores templi ſiſtuntur.*
56. *Quandoq; (3) in templo ſiſtuntur ac publice de reſipiſcentia compellantur.*
57. *Quandoq; (4) fit per miniſtrum Eccleſiæ è ſuggeſtu deprecatio.*
58. *In ordinat. Eccleſ. Vinar. variæ formulæ pro ratione deprecationis, ſi prima, ſecunda, vel tertia vice fiat, traduntur.*
59. *Interdum in favorem matrimonii remittitur deprecatio.*
60. *Jura quidem Cæſarea approbant partum ſeptimeſtrem, in Eccleſia tamen indifferenter recepta non ſunt.*

COnſideratis actibus ad cultum divinum ſpectantibus, neceſſarium erit, ut in *Cenſuram Eccleſiaſticam*, quæ in templis 1.
quoque peragitur, inquiſitio inſtituatur. Hæc enim o- 2.
ptimum conſervandæ pietatis remedium eſt, per quod impœnitentes ab Eccleſia ſeparantur, pœnitentes vero in gremium
Eccleſiæ iterum recipiuntur. Quare fidelibus Eccleſiarum Præſu- 3.
libus atque miniſtris *tria* cumprimis in templis peragenda incum-

 bunt

bunt (1) ut *ſacroſanctum Dei verbum ſedulo* ac ſincere *doceant.* (2) ut *ſacramenta* à Chriſto inſtituta juxta mandata ejus & inſtitutionem rite & *recte diſpenſent.* (3) *ut clavium poteſtate legitime utantur*, pœnitentiam agentes à peccatis ſuis abſolvendo, impœnitentes autem, qui nec monitis nec obſecrationibus à peccatis ſuis converti poſſunt, ab Eccleſiæ & ſacrorum communione prohibendo, quæ *Clavis regni cœlorum ligans*, alias *Cenſura Eccleſiaſtica* dicitur. In ſacris
4. autem diſerte fundatur, quod multi Divini Codicis textus confirmant, præprimis *Matth. 16. v. 19.* ubi dicitur: *Tibi dabo claves Regni cœlorum, & quicquid alligaveris in terra, erit alligatum in cœlis.* Add. *Matth 18. v. 17. & ſeq.* in verbis: *Quod ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi velut Ethnicus & publicanus. Amen dico vobis, quæcunque alligaveritis ſuper terram, erunt ligata in cœlo, & quæcunque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta in cœlo.* Exempla quoque Scripturæ ſacræ comprobant. Nam
5. Paulus inceſtuoſum. *1. Corinth. 5. v. 3. 4. & 5.* Philetum & Hymenæum Satanæ tradidit *1. Timoth. c. 1. verſ 20.* vid. & *Luc. 17. verſ. 3. 2. Theſſ. c. 3. v. 14.* Denique hujus diſciplinæ antiquitatem confirmant nonnulli expulſione primorum hominum è Paradiſo *Gen. 3. v. 23.* Ejectione Caini è patria terra. *Gen. 4. v. 14.* Exemplis Mirjamæ & Uſiæ lepra percuſſorum. *Num. 12. it. 2. Paral. 26. verſ. 19.* Dn.
6. Havemann. *de Jur. Epiſc. tit. 10. §. 2.* Nihil autem aliud eſt hæc cenſura Eccleſiaſtica, quam poteſtas ſpiritualis cognoſcendi & animadvertendi in transgreſſores obſtinate in delictis perſeverantes propter gravem Eccleſiæ offenſionem, qua de poteſtate agit Rein-
7. king. *de Regim. Sec. & Eccleſ. lib. 3. claſſ. 2. c. 2. n. 1. & ſeqq.* Et ſub ſe comprehendit *Excommunicationem* ſive Bannum Eccleſiaſticum, den Kirchen-Bann / & *Deprecationem* publicam, ſive Pœnitentiam publicam, die Kirchen-Buſſe. vid. Dn. Carpz. *lib. 3. Jurispr. Conſiſtor. def. 82. n. 1. & ſeq.* de quibus in præſentiarum. Alias ſpecies *Cenſuræ Ec-*
8. *cleſiaſticæ* tres ſequentes, *Excommunicationem, Suſpenſionem* & *Interdictum* Eccleſiaſticum cum Svarez. *de Cenſur. Diſp. 1. num. 5.* Canoniſtæ communiter efficiunt, Interdictum autem vocant, quando
9. Univerſitati certæ facultas & jus exercendæ religionis adimitur, ac Clericis interdicitur, ne divina ibi celebrent officia aut Sacramenta adminſtrent. Reinking. *de R. S. & Eccleſ. lib. 3. cl. 2. c. 2. n. 24.* Quale interdictum Paul. V. Papa adverſus Venetorum Rempubli-

cam

cam promulgavit *an. 1606.* de cujus nullitate & iniquitate pleniſſime egerunt Theologi pariter ac JCti, de quo alibi. Inſignis quoque malitia & impietas ſub hoc interdicto latere videtur. Si peccavit populus, Sacerdotum eſt, pro illo orare, illum docere, arguere, increpare, & tunc vel maxime viri Eccleſiaſtici munus hortandi, docendi, monendi, orandi exercere debent. Quod ſi innocens eſt populus, eo major eſt abominatio propter unius delictum eum ab omnibus ſacris arcere. vid. Dn. Zigler. *ad Jus Canon. lib. 4. tit. de Eccleſ. Introd. 14. §. 7. & paſſim.* Quare multo abominabilius excommunicatione Pontificia, nec in primitiva Eccleſia uſitatum eſſe aſſerit. Alias de Interdicti natalibus & extrema injuſtitia præclare agit Marc. Anton. de Domin. *de Republ. Eccleſ. lib. 5. c. 9. n. 38. & ſeq.* Excommunicationem quod attinet, notandum eſt, quod ſit dicta, quaſi extra communionem poſitio. Quapropter à Canoniſtis definitur, quod ſit à communione excluſio, quæ definitio tamen nimis generalis eſt, cum de omni ſocietate etiam mere civili intelligi poſſit. Hinc ab Heinr. Caniſ. *lib. 3. Inſt. Jur. Can. tit. 23. quæſt. Excommunicatio quid & quotuplex &c.* ſtrictius definitur *per Chriſtiani hominis à corpore Eccleſiæ vel tantum à perceptione Sacramentorum excluſionem.* Dn. Hülſemann. *de correpi. fratern. §. 18. n. 131.* atque cum eo Magnif. Dn. Ziegler. *ad jus Canon. tit. de Eccleſ. cenſur. §. 2.* dicit, *quod ſit cenſura Eccleſiaſtica, per quam cujusvis particularis Eccleſiæ membrum ob ſcandaloſum crimen in vita & falſam profeſſionem in fide ſuſpenditur vel plane excluditur à Communione Verbi & Sacramentorum, nec non converſationis fraternæ, quæ Chriſtianis tanquam fratribus intercedit.* Dividitur ſecundum Canones in *majorem* & *minorem.* Marc. Anton. de Dominis quidem *lib. 5. de Republ. Eccleſ. c. 9. n. 12.* addit tertiam ſpeciem, illam ſcil. quæ à ſolo conſortio excludit, de hac v. quid ſentiendum ſit, explicat latius Dn. Ziegler. *ad Jus Canon. lib. 4. tit. de ſentent. Excomm. 13. §. 1.* *Major* excommunicatio à communione fidelium ſeparat. *c. 59. de ſentent. excomm.* & fit majori quadam ſolennitate, ut contumacia gravior oſtendatur & idcirco anathema, h. e. mortis æternæ damnatio dicitur. *c. nemo 41. cauſ. 11. qu. 3.* In ſenſu igitur Eccleſiaſtico Anathema eſſe nihil aliud ſignificat, quam exciſioni atque æternæ damnationi obnoxium eſſe; Hinc denotat excluſionem hominis ab Eccleſia & à communione ſalutis.

10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.

Mi-

17. *Minor* vero excommunicatio Sacramentorum uſum interdicit, ho-
minum tamen conſvetudinem permittit. *d. cap. ſi quem 59. & cap. à
nobis 2. de Exceptionib. c. 3. de Sent. Excomm. in 6.* De utraque Ex-
18. communicationis ſpecie in Articulis Schmalcaldicis ita cavetur:
Den groſſen Bann / wie es der Pabſt nennet / halten wir für eine
lautere weltliche Straffe und gehet uns Kirchendienern nichts an / aber
der kleine / das iſt der rechte Chriſtliche Bann / daß man offenbahre
hallſtarrige Sünder nicht ſoll laſſen zum Sacrament oder andere Ge-
meinſchafft der Kirchen kommen / biß er ſich beſſere und die Sünde mei-
19. de. Ex quibus verbis patet, quod rejecta excommunicatione ma-
jori, Eccleſiæ noſtræ minori ſolummodo utantur, & quod major,
quatenus Lutheri ætate uſu & exercitio Pontificiorum invaluerat,
pro mera civili pœna, quæ ad miniſtros Eccleſiæ neutiquam perti-
net, habenda ſit. Lutherum quidem propterea Didac. Covarruv.
in relect. c. alma mater, de ſentent. excommun. in 6. p. 1. n. 9. repreben-
dit, ſed ipſe Covarruv. neutiquam negare poterit, hanc excom-
20. municationem apud Pontificios terminos Cenſuræ Eccleſiaſticæ
exceſſiſſe & in civilem degeneraſſe pœnam, dum Pontifex per illam
omnia ſocietatis humanæ vincula, quæ inter parentes & liberos,
Magiſtratum & ſubditos, virum & uxorem intercedunt, relaxat,
quam communionem tamen civilem major excommunicatio in
ſenſu genuino & eccleſiaſtico nequaquam tollere, nec conjugia
diſſolvere, vel debita magiſtratui obſequia denegare aut alia cha-
ritatis officia ſuſpendere, ſed tantum ſacra converſatione piorum
21. privare poteſt. Quia ſpiritualis animæ pœna non illa vincula, quæ
jus divinum, naturæ & gentium colligaverunt, ſed illa tantum, quæ
Baptiſmi & Sacramenti Cœnæ communione contracta ſunt, diſſol-
vere poteſt; adeo ut excommunicatus quoque heres inſtitui ac re-
liquorum, quæ juris civilis ſunt, etiam poſt excommunicationem
22. particeps eſſe queat. Dauth. *de teſtament. n. 105. verſ. hinc. infertur. ad
excommunicationem* Dn. Ziegler. *ad Jus Canon. lib. 4. tit. 13. §. 1.* Et hanc
23. Excommunicationem ab Anathematiſmo ſeparat Cujac. *ad c. 10. X.
de judic.* hoc modo, *quod minor excommunicatio à Sacramentorum tantum
perceptione, non à conſortio fratrum; Major verò à fraterna ſocietate & con-
ſvetudine ſeparet, at Anathematiſmus ab ipſo corpore Chriſti reſcindat & a-
pellat.* Confer. Marc. Anton. de Domin. *lib. 5. de republ. Eccl. c. 9. n. 16.*

Ori-

Originem Excommunicationis quod ſpectat, ea ſane antiquiſſima 24.
eſt, non ſolum enim Paulus *1. Corinth. 5. inceſtuoſum Satanæ tradidit in interitum Carnis, ut ſpiritus ſalvus ſit in die Domini noſtri Jeſu Chriſti;* ſed etiam ſimili excommunicationis modo per traditionem Satanæ alibi uſus eſt adverſus Alexandrum & Hymenæum, eosque hoc modo à communione fidelium abſciſſos fuiſſe, Patres omnes conſentiunt. Tertull. *de pudic. c. 13.* Illam vero Cenſuram Eccleſiaſticam propterea Excommunicationem dictam fuiſſe putamus, quod, qui eam ſentirent, à communione ſanctiſſimæ Euchariſtiæ & quocunq; fidelium conſortio arcerentur. Huncque morem à Judæis ad 25.
Chriſtianos translatum eſſe, teſtatur Polydor. Vergil. de rerum inventor. *lib. 4. c. 12.* Penes Judæos namque receptum fuit, extra Synagogam i. e. congregationem ejicere, qui dicto minus audientes contra legem vel Pontificum mandatum aliquid perpetrârunt. Quare in primitiva Eccleſia in vitam & mores Chriſtiano- 26.
rum civium usque adeo licuit advertere Sacerdotibus, ut ſontes potuerint tum aliis, tum etiam excommunicationis pœna plectere, quod ſub Francorum quoque obtinuit imperio, ut fuſius demonſtrat Lehman. *in Chron. Spirenſ. lib. 2. cap. 34.* Quibus temporibus 27.
excommunicatio effectum longe maximum obtinuit, ut patet *ex Capitul. Anſegiſi. in proœm. cit.* Hinc Lehmann. *all. loc.* dicit: Die Gewalt des Kirchen-Bannes iſt darinnen beſtanden / wann einer Todſchlag / Ehebruch / Blutſchande / Diebſtahl oder Meyneyd begangen / und für dem Biſchoff beruffen / und zur Buß erinnert werden / ſich aber demſelben in aufgeſetzter Buß widerſetzig und ungehorſam erwieſen / hat der Biſchoff Macht gehabt / denſelben hierum öffentlich zu verbannen / das iſt: Er hat in der Kirchen öffentlich geiſtlicher oder weltlicher Mann- und Weibs-Perſohnen Mißhandlung kund gemacht / und den Zugang zur Kirchen und Chriſtlichen Verſamlung und Gemeinſchafft der Sacramenten verboten. Wann dann ſolche öffentliche Bannes Erklarung ergangen / hat niemand mit den Verbandten eſſen oder trincken / oder einige Gemeinſchafft in Handel und Gewerbe pflegen / noch einige Gaab und Geſchencke thun / oder von ihm annehmen dürffen / ſondern hat ſich ein jeder deſſen mit Worten und Wercken allerdings äuſſern und enthalten müſſen / bey ebenmäßiger Straffe des Bannes. Et hæc excommunicatio abſque diſcrimine etiam contra Imperatores, 28.

Reges & alios Principes obtinuit, præcipue aucta poteſtate Pontificum Romanorum, ut præ reliquis horrenda illa excommunicatio Heinrici IV. à Lehmann. *in Chron. Spir. lib. 5. c. 31.* deſcripta com-
29. probat. Hocque tempore malum excommunicationis in tantum propagatum eſt, ut Catholici vix ſe ab eorum contagio poſſent illæſos cuſtodire, quare ubique ſententia excommunicationis tepeſcere cœpit, ceu ex Bertold. Conſtantin. refert Lehmann. *cit. c. 31.* Cum enim plerique Pontifices hac poteſtate nimis ambitioſe uterentur, Cenſuræ hujus vis ita langveſcere cœpit, ut excommunicatione hac Pontificia apud pleroſque Principes nihil contemptius habitum fuerit, uti tradit Bodin. *lib. 6. de republ. c. 1. circa fin.* Cer-
30. tum quidem eſt, poteſtatem hanc eſſe ſpirituale Chriſti tribunal, concernens conſcientias, ut propterea nemo mortalium ab illa dominatione immunis ſit, ne Supremus quidem Princeps. Hieron.
31. Schurff. *1. Conſil. 72. n. 1. & 2.* Attamen cum magnum hic verſetur præjudicium & Magiſtratus ſummi autoritas hac ratione non parum violetur, ideoque non facile id admittendum, ſed Princeps potius monendus, quam ſubditorum ludibrio exponendus erit, ut per Prophetas olim factum, cujus rei notabile exemplum *1. Sa-*
32. *muel. c. 15.* allegatur. Quod ſi quoque è re Eccleſiaſtica videatur, ut Magiſtratus excommunicetur, ita id fieri debet, ne ſubditi eximantur à debitis obſequiis, quia cenſura hæc ſicut neminem juxta aurea dicta bonis & prærogativis politicis privare; Ita nec ſum-
33. mis Principibus, qui ad rerumpublicarum ſedent gubernacula, Reipubl. adminiſtrationem adimere, ſed illa ſaltem, quæ Deus peculiariter ſuæ concredidit Eccleſiæ, auferre poteſt, ut cum Arctand. *de excomm. memb. 4. p. 84.* tradit Reinking. *de Reg. Secul. & Eccleſ. lib. 3. cl. 2. c. 2. n. 39.* & Marc. Anton. de Domin. *de Republ. Eccleſ. lib. 1. c. 7. n. 10.* Quare non ſine ratione cum allegatis Dd. aſſerit Dn. Ziegler. *ad Inſt. Jur. Canon. lib. 4. tit. de ſentent. excomm. 13. §. 31.* in Reges & Principes non niſi minorem competere excommunicationem.

34. Quamvis etiam olim non niſi ex juſtiſſima cauſa, qualem demum vitia ſcandaloſa ſive in doctrina, ſive in moribus, iiſque accedens pertinacia & incorrigibilitas conſtituunt, excommuicatio
35. adhibita fuerit; Nihilominus tamen ſucceſſu temporis & Papatu creſcente ad privatas eaſque leviſſimas quoque Epiſcopis, Clericis aut

aut eorum miniſtris illatas offenſas extenſa eſt, ut & propter damnum exile jumentis & canibus Epiſcoporum datum, it. ſi eques ſecularis Clerico pediti obviam factus non illico ad terram decidit, galeroque de capite ſublato ſinceræ ſalutationis munus Clerico exhibuit, juxta conſtitutionem concilii Matisconenſ. *can. 15.* excommunicationis evibratum fuerit fulmen. Ut taceamus, non man- 36.
ſiſſe inter homines hanc cenſuram, ſed etiam adverſus mures; ſorices, locuſtas aliasque beſtiolas frugiperdas decretam fuiſſe, qua de re conſuli poteſt disquiſitio Barth. Chaſſanæi *Conſil. 1.* Sed hanc excommunicationem, ut ſuperſtitioſam, recte rejicit Leonhard. Vair. *de faſcin. lib. 2. c. 11. in fin.* Confer. Navarr. *lib. 5. conſil. 57.* & Gravamina Nationis Germanicæ in Comitiis Noribergenſibus exhibita *§. 25. 26. 27.* Hinc & noſtræ Eccleſiæ merito reprobant, ac 37.
hanc cenſuram non niſi propter vitia ſcandaloſa ſive in doctrina, ſive in moribus cum pertinacia conjuncta decernunt; Modo *gradus* 38.
admonitionum præceſſerint. Antequam enim Judex Eccleſiaſticus ad excommunicationem progrediatur, gradus admonitionum obſervet, neceſſe eſt, neque ſententiam excommunicationis omiſſis gradibus admonitionum ferre poteſt. *c. ſacro 48. X. de ſentent. Excomm.* Gradus vero admonitionum vocamus amicas correctio- 39.
nes & adhortationes de emendatione nævorum ac vitæ diſſolutæ, quæ *trina vice* fieri debent; quo ſpatium ſit duplex intermedium delinquenti ſufficiens ad emendationem morem pravorum, priusquam ad ipſam deveniatur excommunicationem, nec de ulla præcipitantia conquerendi detur occaſio, velut colligi poteſt ex Ordinat. Eccleſ. Elect. Saxon. *tit. gener. 10.* ſub rubr. Vom rechten Chriſtlichen Bann. §. welches doch weder auf die erſte &c. Add. Covarruv. *in c. alma mater. de ſent. Excomm. in 6.* & Dn. Ziegler. *cit. loc. §. 17.* Monitiones iſtæ debent fieri perſonis præſentibus, ut de iis teſtentur, per *c. 48. X. de ſent. Excommun.* Et poſtmodum ita inſtituen- 40.
da eſt, ut conſenſus totius Eccleſiæ interveniat, quia excommunicatio non tantum ad Miniſterium, ſed etiam ad populum & poteſtatem ſecularem ſpectat. Ad Miniſterium quidem, quatenus dependet à poteſtate clavium: Ad poteſtatem verò ſecularem, quatenus fori exterioris diſciplinam reſpicit. Hinc nullo modo debet negligi conſenſus Domini territorialis. Etſi enim Laicus ex- 41.

communicare proprie non poſſit, Principi tamen externa poteſtas uti circa religionem, ita quoque circa diſciplinam & cenſuram Eccleſiaſticam competit, ut ſine Principis autoritate excommunicatio fieri nequeat, quod multo magis in terris & ditionibus Statu-
42. um Evangelicorum Auguſtanæ Confeſſionis procedit. Ibi namque ſuſpenſa jurisdictione Pontificia ab Eccleſiaſticis Excommunicatio ſine cognitione & decreto nec fieri poteſt, nec etiam debet, quia ad illorum, tanquam jus Epiſcopale exercentium, curam ſpectat, ne Eccleſiaſtici ea abutantur & perperam hanc pœnam adhibeant. Ziegler. *in commun. concluſ. §. Landſaſſii n. 18.* Hinc minus congrue ad ſolas perſonas Eccleſiaſticas reſtringit Jus Canonicum, teſte Reinking. *de R. S. & Eccleſ. lib. 3. cl. 2. cap. 2. n. 28. & ſeq.* Modus
43. Excommunicationis penes nos receptæ quoad ſingulas circumſtantias ab Electore Saxon. *in Ordin. Eccleſ. art. gener. 11.* Von den Proceß / wie und auf was Weiſe der Bann wider die Unbußfertigen exequiret &c. deſcribitur in hiſce verbis: Nehmlich ſo eine Perſon / Mann oder Weib / mit einem öffentlichen Laſter dermaſſen verhafft / daß es unverneinlich / notorium oder beweißlich / und von unſern Amptleuten / Erb-oder Gerichts-Herren / vermöge unſer Policey- und Landes-Ordnung / geſtrafft / und doch über daſſelbe keine Beſſerung erſcheinet / ſo ſoll ſie anfangs von ihrem Pfarrer inſonderheit und mit allem Fleiß dahin ermahnet werden / daß ſie von ihrem ärgerlichen Leben abſtehe / und einen Chriſtlichen Wandel führe / da nun hierüber keine Beſſerung folget / ſoll der Pfarrer ſolches ſeinem Superintendenten berichten / welche beyde alsdann / neben und mit zweyen politiſchen Perſohnen deſſelben Orths / die ärgerliche Perſohn beſchicken / und ihr abermahls ſämtlich mit Ernſt ihre Untugend unterſagen / und zur Beſſerung vermahnen / da das auch nicht helffen wolte / die bemelten Superintendens / Pfarrer und zween Verordnete ſolches alles dem General-Superintendenten deſſelben Gezircks förderlich ſchrifftlich fürbringen / derſelbe folgends die Handlung ferner an unſere Conſiſtorialn gelangen laſſen / damit die ſchuldige Perſohn vor dieſelbigen erfordert / und für das letzt zur Beſſerung auf das ernſtlich ermahnet werden mag. Da nun ſolche Perſohnen / unangeſehen aller dieſer Ermahnung / Trauung und Straff / in dem Laſter unbußfertig fortfahren / und daſſelbige gnugſam erkundiget würde / als dann ſoll ſie (die Perſohn) von den verordneten Perſoh-

Digitized by Google

nen im Obern Conſiſtorio und Conventu Superattendentium, in gemeiner Verſamlung / ſo im Jahr zwey mahl gehalten wird / (doch alles mit unſern Vorwiſſen und Verwilligung) in die Kirchen-Straff erkant / und ſolche Erkäntniß auf folgende Weiſe promulgiret und ausgeruffen werden: Nemlich / daß die Perſohn / ſo ordentlich in die Excommunication und Kirchen-Straff erkandt / auf einen beſtimmten Sonntag / nach der Predigt im Chor der Pfarr-Kirchen / dahin ſie gehörig / öffentlich gegen dem Kirchen-Spiel fürgeſtellet / und ungefährlich nachfolgender Geſtalt / oder wie es zu jederzeit nach Umſtände der Mißhandlung aus dem Synodo zu verleſen befohlen wird / durch den Pfarrer auf der Cantzel / oder neben der Perſohn ſtehend / aus einem Brieffe verleſen werde: Ihr lieben in Chriſto / dieſer / vel dieſe N. iſt im Laſter der Gotteslaſterung (vel) Trunckenheit (vel alterius generis) bishero eine lange Zeit verhafft geweſen / und wiewohl vielfältige Ermahnung / und Straffen / beyde durch GOttes Wort und weltliche Obrigkeit / an ihm (vel ihr) verſuchet / ſo hat doch ihn (oder ſie) ſolches alles nicht zur rechter Chriſtlichen Beſſernng bewegen wollen.

Damit nun nicht durch ein räudiges Schaf eine gantze Heerde verderbet / und das böſe ärgerliche Exempel gemeiner Chriſtlicher Verſammlung ſchädlich und nachtheilig ſey / daß auch GOttes Zorn und Straff verhütet werde / ſo haben die Verordnete zu Verrichtung der Kirchen-Sachen / dieſen (vel dieſe N.) bis auf ſein / (oder ihr) offentliche / beweißliche Beſſerung / von der Chriſtlichen Kirchen abgeſondert / und von dem Gebrauch des H. Abendmahls unſers lieben HErrn JEſu CHriſti / als unwürdig ausgeſchloſſen / daß er (oder ſie) auch zu keinen Gevattern in Kindes-Tauff gebraucht / und zu keiner Chriſtlichen Verſamlung (auſſerhalb der Predigt GOttes-Worts) zugelaſſen werde. Der Allmächtige Barmhertzige GOTT wolle ihm (oder ihr) ſeine (oder ihre) Sünde zu erkennen geben / rechte Reu in ihm (oder ihr) ſchaffen / und zur Beſſerung des Lebens erwecken / Amen!

Nach Verleſung dieſer Sententz ſoll der Cuſtos die fürgeſtellte Perſohn öffentlich durch das Volck aus der Kirchen führen / und ſie ihres Weges ziehen laſſen. Alsbald ſolches durch den Pfarrer verrichtet / ſoll unſer Amptmann / Erb- oder Gerichts-Herr / wie es ihme von uns aus dem Synodo jederzeit von jeder Perſohn inſonderheit befohlen wird / der ausgeſchloſſenen Perſohn alle Hochzeit und andere Ehrliche Geſellſchafft /

auch alle Wehr verbiethen/ und darüber den andern unſern Unterthanen verkündigen / wo einer oder mehr befunden / ſo mit denſelben wiſſentlich in den ehrlichen Verſammlungen zechen halten/ die ſollen nach ihrer Gebühr geſtrafft werden / darnach wiſſe ſich männiglich zu richten/ doch ſoll ſolcher Perſohn ihre weltliche Handthierung/ mit kauffen und verkauffen / nicht abgeſtrickt ſeyn. Es ſoll auch ein ſonderlich Geſtühl in der Kirchen beſtimmet und verordnet werden / da die excommunicirte Perſohn alle Sonntag und Feyertag zur Zeit der Predigt ſtehen / und auf die Sonntag / da das Heil. Abendmahl gehalten / ſoll allewege der Kirchner ſolche Perſohn nach der Predigt und Gebeth / vor Anfang des H. Abendmahls / aus der Kirchen durch das Volck hinausführen / biß der Sünder ſich lernet ſchämen / und einen züchtigen/ Chriſtlichen Wandel an ſich nehmen.

44. Effectus Excommunicationis ex jam citatis verbis patet, ad quem & denegatio honeſtæ refertur Sepulturæ. Quare itidem *cit. art. gener.* hæc exhibentur verba: Im fall aber die excommunicirte Perſohn / ohne Beſſerung aus dieſem Leben abſchiede/ ſo ſoll das Pfarr-Volck nicht bey demſelben Begräbniß ſeyn/ ſondern ſie ohne gebührliche Ceremonien/ durch die beſtellten Todengräber / doch auſſerhalb des Kirchhoffs / als ein abgeſchnitten Glied der heiligen Chriſtlichen Kirchen/

45. vergraben laſſen. Jure quidem Canonico poſt publicatam ſententiam excommunicati in tantum fugiendi, & veluti conſortio indigni ita vitandi ſunt, ut ne orandum quidem cum illis ſit, uti volunt *c. excommunicatos 17. c. 11. q. 3. c. 29. X de ſentent. Excommun. c. 2. X. de Except.* Sed hoc nimis durum videtur, ut viſum Oſiandr. qui *ad can. 10. Apoſt.* hanc addit ἐπίκρισιν: Hic Canon nimium rigidus eſt. Commercium enim familiare cum excommunicatis quidem fugiendum, ne videamur eos pro veris & vivis Chriſti membris agnoſcere, ſed tamen quandoque neceſſe eſt, ut cum iis loquamur, inprimis quando eos admonemus, ut reſipiſcant & in viam redeant.

46. Quoad civilem quoque converſationem haud paulo leniores ſunt facti hodierni Pontificii. Concedunt enim in Germania, Svecia, Belgio, Dania &c. ubi Lutherana & Calviniana viget religio, poſſe cum Lutheranis & Calvinianis commercium haberi, non obſtante, quod illis, quamvis cum ſumma injuria, hæretici manifeſti & publice excommunicati dicantur, vid. Andr. de Caſtellan. *Miſſion. Apo-*

Apoſtol. p. 4. q. 1. & 2. Remittitur vero hic rigidus Excommunicatio- 47
nis effectus, ſi is, qui excommunicationi ſubjacet, pœnitentiæ edat
ſpecimina receptionem in gremium Eccleſiæ quærat & vitæ emen-
dationem promittat. Modus hujus reconciliationis *cit. art. 11.* præ- 48
ſcribitur in verbis: Da nun die excommunicirte Perſohn eine Chriſt-
liche Probe thun und ein züchtig / gehorſam Leben / von der Zeit der auf-
erlegten Kirchen-Straff bis auf die nechſt nachfolgende Viſitation füh-
ren / und um Gnade bitten würde / ſo ſoll deshalben der Specialis Su-
perintendens, ſamt dem Pfarrer des Orths / auch Amptmann und
Gericht / unſere verordnete im Conſiſtorio ſchrifftlichen berichten / als-
dann ſollen unſere Conſiſtorialn den Excommunicirten (doch aber-
mahls mit unſerm Vorwiſſen und Verwilligung) der Kirchen-Straff
wiederum öffentlich ledig erkennen / und dem Pfarrer deſſelben Orths
Befehl zukommen laſſen / daß er den Excommunicirten wiederum öf-
fentlich in der Kirchen ungefährlich auf folgende Weiſe / oder wie jeder-
zeit der Verhandlung und Beſſerung nach befohlen wird / abſolviren /
und auf den nechſten Sonntag nach Empfahung des Befehlichs / der
Kirchen reconciliren ſoll. Nemlich: Ihr Geliebten in Chriſto / nach-
dem bis anhero N. eine zeitlang / von wegen ſeiner Mißhandlung / aus
der heiligen Chriſtlichen Kirchen / als ein unnütz Glied abgeſondert / von
dem hochwürdigen Sacrament des H. Abendmahls / auch andern ehr-
lichen Kirchen-Verſammlungen ausgeſchloſſen geweſen / und aber ſeid-
hero aus GOttes Gnaden in dieſe Straff ſich gehorſamlich / gedüldig /
Chriſtlich gehalten / auch verſprochen / er wolle fürohin durch GOttes
Gnad ein unärgerlich Chriſtlich Leben führen / ſo haben die Verordne-
ten des Conſiſtorii nach empfangenen Bericht und Kundſchafft / erken-
net / daß der gemeldte N. ſeiner Kirchen-Straff / zu dieſenmahl ver-
gangener Sachen halb / erlediget / und wiederum zu der Chriſtlichen Em-
pfahung des hochwürdigen Sacraments des Abendmahls / auch andern
Chriſtlichen Kirchen-Verſammlungen zugelaſſen werde.

Und ſollet hierauf ihr alle ermahnet ſeyn / fleißig zu bitten / daß der
Allmächtige barmhertzige GOtt / dieſen N. und uns allen unſere Sünde
gnädiglich durch JEſum Chriſtum vergeben / und mit dem Heil. Geiſt
begaben wolle / daß wir bis in unſern Todt / ein Chriſtlich / züchtig Le-
ben führen / durch unſern HErrn JEſum Chriſtum Amen!

Dar-

Darauf ſoll der Pfarrer den Excommunicirten/ſo vor Angeſicht der Gemein nieder kniet/ die öffentliche Beicht/ und alsbald auch die Abſolution fürſprechen/ und den Actum Eccleſiæ mit dem gewöhnlichen Geſang beſchlieſſen.

49. Miſſa Excommunicatione jam altera Eccleſiaſticæ Cenſuræ ſe offert pars Deprecatio ſc. publica, quæ ab excommunicatione in eo differt, quod Excommunicationum mereantur fulmen, qui (1) vitiis ſcandaloſis ſive in doctrina, ſive etiam in moribus obruti ſunt & quidem (2) cum quadam pertinacia & incorrigibilitate, quod probat *Ordin. Eccleſ. Elect. Saxon. art. gener. 10. in verb.* Dann von der heiligen Tauffe und Heil. Abendmahl niemand abzuhalten/ noch vielweniger in öffentlichen Bann gethan werden ſoll/ er ſey dann impœnitens, das iſt/ er erzeige ſich alſo/ daß er alle Vermahnung verachte/ und gäntzlich keine Beſſerung bey ihm zu hoffen ſey. Deprecatio vero

50. publica imponitur illis, qui quidem (1) facinoroſi & publici peccatores ſunt, pœnitentia tamen (2) ducuntur & uſum ſacræ cœnæ deſiderant; Hi quia propter perpetrata delicta grave ſcandalum toti Eccleſiæ intulerunt, mediante hac deprecatione publica cum ipſa iterum reconciliantur, qui ritus pœnitentiæ in veteri Eccleſia adeo

51. cenſebatur neceſſarius, teſte Cypriano *in fin. ſermon. quint. de lapſis*, ut ſine illa neminem lapſum recipiendum vel abſolvendum eſſe ſtatuat, & ſacerdotes accuſet, quod, ſine publica deprecatione, nonnullos publice abſolverent & ad communionem admitterent. Nec ſine juſta ratione. Nam cum maleficus facinore ſuo non ſaltem privatos, ſed & totam Eccleſiam læſerit ſcandalo, ut hinc ſaltem in conſcientia ſua occulte pro excommunicato habeatur, juxta illud Apoſt. *1. Corinth. 5. v. 11. ſi is, qui frater nominatur inter vos, eſt fornicator, aut avarus, aut idolis ſerviens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cum hujusmodi ne cibum quidem ſumite, &c.* Sane non ſufficit Magiſtratui tantummodo ſeculari ab eo ſatisfactum eſſe, ſed & cum Eccleſia in gratiam redire debet, quam offendit, quod aliter, quam per pœnitentiam publicam fieri nequit. Balduin. *d. caſ. conſc. lib. 2.*

52. *c. 12. caſ. 3.* Hinc pœnitentiam publicam ſive Deprecationem, ductu Apolog. Aug. Confeſſ. *art. de pœnit. cap. de confeſſ. & ſatisfact.* noſtrates Theologi nequaquam improbant, ſed potius tolerandam & ambabus manibus recipiendam eſſe ſvadent. Balduin. *de caſ. conſc. alleg. lib.*

lib. 2. c. 12. B. Luther. *tom. 4. latin. Jenenſ. fol. 801.* & Dn. Havem. *de Jur. Epiſc. tit. 10. §. 4.* Quapropter Deprecationis publicæ rationem habendam eſſe, non ſolum in provinciis Electoratus Saxonici, ex Decreto Synodali *de anno 1624. §.* Und nach dem wir vermercken *in fin.* Entweder eine ſolche Kirchen-Buſſe zu verordnen &c. perſpicuum eſt; Sed etiam in aliis territoriis Saxonicis Ordinationes Eccleſiaſticæ teſtantur. Confirmat hoc eleganter des Fürſtenthums Weymar verbeſſerte Kirchen-Ordn. *p. 2. c. 28. §. 1.* ubi hæc habentur verba: So iſt es doch nicht unbillig / daß die jenigen / welche mit öffentlichen groben Sünden ein gantze Chriſtl. Gemeine geärgert / ehe ſie zum Heil. Abendmahl zugelaſſen werden / eine öffentliche Abbitte thun / und das gegebene Aergerniß hierdurch abwenden. Ritus & ſolennia
Deprecationis hujus publicæ variant. Si antiquos Eccleſiæ ritus 53.
conſideramus, quam varie diverſis temporibus ſe illi habuerint, non ſolum tres pœnitentiæ ſpecies: Solennem, Publicam & Privatam, de quibus *in §. 2. Inſt. Jur. Canon. de pœnitent. & remiſſ.* agitur, ſed & plures publicæ Pœnitentiæ & animadverſionis Eccleſiaſticæ cum variis ſolennibus offendimus gradus Chemnit. *in Exam. Concil. Trid. p. 348. & ſeq.* Taliter enim pœnitentes Eccleſiæ intuitu prohibebantur, in ejus limine ad terram projecti, ſqualidi, horridi, & miſerabili habitu in oculos prætereuntium incurrebant, fidelium veſtes oſculabantur, lachrymis calceos irrigabant, horumque genua officioſe non ſine ratione complectebantur, atque ad ſacros ordines inhabiles reddebantur. *§. pœnitentes. Inſt. Jur. Canon. tit. qui promov. non poſſ.* Vid. Gabr. Albasquin. *lib. 2. Obſerv. 34.* Porro introducta fuit προσκλαυσις, cum quis commiſſo peccato extra Eccleſiam ſtans cum luctu & lachrymis eos, qui ingrediebantur, orabat, ut preces pro ſe funderent; Fuit deinde ἀκρόασις, cum quis extra Eccleſiam ſtans divinas ſcripturas audiebat, usque ad lectionem Evangelii; Fuit ὑπόπτωσις, cum quis intra Eccleſiæ ſepta poſt ſuggeſtum ſtabat, & cum catechumenis egrediebatur; Fuit etiam σύστασις, cum quis cum fidelibus orabat, nec dum tamen ad Sacramenta admittebantur. Vid. Chriſtoph. Juſtell. *ad Cod. Can. Eccl. univ. p. 160.* & Havem. *de Jur. Epiſc. tit. 10. §. 4.* Et ſic varios circa pœnitentiam hanc Eccleſia præſcripſit ritus, nec ſine ratione. Vide Selden. *de Synedr. lib. 1. c. 13.* Quamvis vero recte monuerint

veteres, externos illos pœnitentiæ ritus non mereri remiſſionem peccatorum, ſed tantum eſſe externa ſigna & teſtimonia, nihilominus paulatim aſſui cœperunt opiniones ſuperſtitioſæ, ritus illos promereri & impetrare veniam, quas tenaciſſime hodienum retinent Pontificii, hinc varia adhuc circa Deprecationem publicam ſolennia receperunt, quorum relationem tamen hac vice ſtudio o-
54. mittimus. In noſtris Eccleſiis Auguſtanæ Confeſſionis ritus Deprecationis publicæ pro locorum diverſitate diverſi ſunt. Nam in quibusdam cœtibus populoſis coram Senatu Eccleſiaſtico, totam hoc in actu Eccleſiam repræſentante, diſciplina publicæ Deprecationis ita peragi ſolet, ut pœnitens de reſipiſcentia & meliori vita admonitus, delictum & transgreſſionem confiteatur, ac veniam petat, quo facto ad uſum ſacræ Cœnæ absque ulteriori mora vel actu eſt admittendus, quæ deprecatio pro actu publico habetur, Nicol. Rebhan. in Bericht von öffentlicher Kirchen-Buſſe. *c. 9.* Aliis
55. in locis reſipiſcentes ad advertendum ſcandalum aliquot diebus Dominicis ante fores templi ſiſtuntur, baculos albos in manibus geſtantes, prout videre eſt ex *Ordinat. Eccleſ. Elect. Saxon. art. gener. 10.*
56. §. Wenn aber die Obrigkeit &c. Quandoque etiam recipiendus in medio vel certo templi loco, aut coram altari poſitus, ut à toto cœtu conſpici poſſit, hiſce interrogationibus publice compellatur; Ob er erkenne und bekenne / daß er groſſe Sünde und Unrecht gethan / den gerechten GOtt grauſamlich erzürnet / ſeinen Nechſten beleidiget / die Kirche betrübet und geärgert habe / auch damit zeitliche und ewige Straffe verdienet? &c. Ad quæ ſi affirmative reſpondeat, abſolutionem impetrat, & admonentur adſtantes, ut reſipiſcenti condonent; & pro recepto membro Eccleſiæ habeant. Additur & hoc in quibusdam locis, ut coram altari pœnitentes in genua procumbant, usque dum nomine eorum Deprecatio publica à Miniſtro Eccleſiæ ex ſuggeſtu fiat, vel ſaltem inter communicantes ultimum teneant locum, quorum rituum meminit *Decret. Synodal. Elect. Sax. de anno 1624.* §. Und nach dem wir vermercken *verſ.* Wo aber das Abbitten von der Cantzel. it. Das Knien vor dem Altar / das Stehen vor der
57. Kirchen und dergleichen. Denique in aliis locis ſola fit Deprecatio publica per Miniſtrum Eccleſiæ è ſuggeſtu poſt habitam concionem ante ſacram Communionem, quo facto ad ſacram Cœnam accedere

poſſunt

poſſunt recipiendi. Rebh. *cit. loc.* Et cum Deprecatio à plebejis pro ignominoſo habeatur, Sacerdos in concione ſolet & debet inſtruere parochianos eosque admonere, ne ſcandalum inde ſibi concipiant, neve publice deprecantem propterea deſpectui habeant. Vid. die verbeſſerte Fürſtl. Sächſ. Weymar. Kirchen-Ordnung. *p. 2. C. 28. §. 7.* In illa, namque Ordinat. Eccleſiaſt. *d. l. §. 8.* variæ Deprecationis publicæ, der Kirchen-Buſſe / formulæ traduntur, ad cujus perlectionem B. L. remittimus. Diſponitur porro ibidem, ut deprecans, ſi pœnitentia Eccleſiaſtica à Conſiſtorio ipſi impoſita, & ad confeſſionem privatam admiſſus ſit, ante ſacræ Cœnæ perceptionem, in facie Eccleſiæ publice Deprecationem inſtituat. Et ſi ſemel hoc modo ſit præſtita, Reus autem, non obſtante illa, alia delicta notoria, per quæ graviter Eccleſia offenditur, committat, ut ſecunda vice ipſi Deprecatio injungenda ſit, tunc aliæ adhuc ſolennitates adhibentur, quæ eleganter *in cit. Ord. Eccleſ. d. c. 28. §. 8.* proponuntur in verbis; Es ſoll der Verbrecher 3. Sonntage mit einem weiſſen Stab vor der Kirch-Thür ſtehen / und nicht hinein gehen / biß ſo lange man anfangen wil zu predigen. Fürs andere ſoll er / wann man itzt zu predigen anfahen will / durch den Kirchner mitten in der Kirchen vor den Predigſtuhl geführet / und an einen beſondern Ort geſtellet werden. Zum dritten / wenn die Predigt vollendet / ſoll der Pfarrer anzeigen / aus was Urſachen ihme abermahl Kirchen-Buß zu thun auferleget worden / wenn ſolches geſchehen / und der Gottesdienſt durch Sprechung des gemeinen Kirchen-Seegens vollendet / mag der pœnitent wieder anheim gehen / und wie es den erſten Sonntag mit ihm gehalten worden / alſo ſoll es auch den folgenden gehalten werden / den dritten und letzten Sonntag aber / da man ihm vorgehends gethaner Bekäntniß das hochwürdige Abendmahl zu reichen vorhaben / und er ſich hinwiederum / wie die vorigen Sonntag vor der Kirch-Thür præſentiret / ſoll der Pfarrer nach gehaltener Predigt das Volck anreden / wie im gleichmäßigen Fall angeordnet / etc. Quod ſi tertia vice Deprecatio publica propter reiterata delicta adhiberi debeat, in hunc caſum vigore *cit. Ordin. Eccleſ. dict. loc.* Ipſi Sereniſſimi Principes diſpoſitionem, quomodo procedendum, ſibi clementiſſime reſervarunt. Nam cum per *Tranſactionem Paſſavienſem de anno 1552.* & inſecutam *Religionis Pacificationem de Anno 1555.* ut & *Oſnabr. Pacif. art. 5. §. 1. & 16.* 58.

Jurisdiction Eccleſiaſtica & jura Epiſcopalia Principibus ac Statibus Imperii Auguſtanæ Confeſſionis, per ſuperius dicta reſtituta ſint. Merito etiam Jure Superioritatis territorialis diſpoſitionem pœnitentiæ publicæ ſibi vindicare poſſunt, cum alias cauſas Spirituales & Eccleſiaſticas per Conſiſtoria Eccleſiaſtica decidant. Matth. Steph.
59. *de Jurisd. lib. 3. p. 1. c. 15.* Denique remittitur quandoque Deprecatio publica in favorem matrimonii jam contracti, vel etiamnum contrahendi. Svadet ſiquidem favor matrimonii, ne durius reddatur conjugibus, neve impediatur, in quo ſalus totius Reipubl. conſiſtit; Nam ſine generatione, quæ genus humanum quaſi immortale facit. *l. lege. 14. C. de legit. hæred. Novell. 39. in præfat. verſ. rurſus.* Reſpubl. una cum Eccleſia facile perire poteſt. *l. 1. ff. ſolut. matrim. l. 2. C. de indict. viduit. toll.* Nec objici poteſt intereſſe publicum, quod coërcitionem delinquentium præprimis requirit, non enim metuendum, quod delinquentes impuniti evadant, remiſſa ipſis deprecatione, cum ſecularis pœna propter remiſſionem pœnæ Eccleſiaſticæ vel aggravari, vel Deprecatio in mulctam pecuniariam converti poſſit, per ea, quæ tradit Dn. Carpz. *cit. lib. 3. Juriſpr. Conſ. def. 88.* Quapropter *in Ord. Eccleſ. Vinar. p. 1. c. 16. & p. 2. c. 28.* non ſine prægnante ratione diſtingvitur inter illos, qui ſtuprum commiſerunt, & inter illos, qui ante benedictionem ſacerdotalem concumbunt. Ita ut illi Deprecatione publica gravari poſſint, hi vero Deprecationi eximantur; Interim tamen cavetur, ut ad ſcandalum removendum, vel cum, vel etiam ſine denominatione, ſi ad ſacram Synaxin accedant, talis à Miniſtro Eccleſiæ poſt concionem prælegatur formula: Es iſt auch E. L. zu vermelden / daß itzo zwo Perſohnen ꝛc. Zum Tiſch des HErrn gehen werden / welche vor dem Kirchgange und Prieſterl. Copulation ſich zuſammen gefunden / und wider das 6. Gebot geſündiget / GOtt im Himmel dadurch erzürnet / und dieſe Chriſtl. Gemeinde ſehr geärgert haben. Wenn ihnen dann dieſer begangene Sünden-Fall hertzlich leid / auch nunmehro von denſelben auf ihre vorgehende Erkänt- und Bekäntnüß / ordentlicher Weiſe abſolviret ſeyn; Als wird es E. L. angezeiget / daß ſich niemand daran ärgern / ſondern vor ſolchen und dergleichen Sünden hüten und fürſe-
60. hen ſolle / ꝛc. Et licet jura Cæſarea *per l. 12. ff. de ſtat. hom. & l. 3. §. ult.*

ult. ff. de ſuis & legit. hered. partum ſeptimeſtrem pro legitimo agnoſcant, quam ſententiam & Medici & Philoſophi amplectuntur, quorum magnum numerum allegat Paul. Zach. *lib. 1. Quæſt. Medic. Legal. tit. 2. q. 3.* licet ipſe cum pauciſſimis diſſentiat; In Eccleſiis tamen hoc indifferenter receptum non eſt, quin potius conjuges talem partum procreantes ad judicium vocantur Eccleſiaſticum, ut disquiratur, an ante contractum matrimonium illicite ſe commiſcuerint. Interdum quoque pro re nata juramentum purgatorium defertur, & Judicis Eccleſiaſtici arbitrio committitur, an pro ratione circumſtantiarum Deprecatio vel ſimplex, vel publica obtinere debeat, uti latius in cit. *Ord. Eccleſ. Vinar. all. loc.* explicatur, ubi inſimul formulæ variæ hoc in caſu adhibendæ proponuntur. Et hæc de Deprecatione quoque publica hac vice ſufficiant. Plura qui deſiderat, adeat noſtram Diſſertationem de Deprecationibus, in alma Salana anno 1670. habitam, quæ cap. 2. multa hac de re exhibet.

CAPUT X.

De Inviolabilitate aliisque Templorum privilegiis.

Summaria.

1. *Templa poſt conſecrationem fiunt divini Juris & inviolabilia.*
2. *Templi & Principis violati par olim extitit pœna.*
3. *Interdum Templa violari poſſe videntur.*
4. *Hoc non procedit in Caſu, ſi multum ex templis ſit metuendum periculum.*
5. *Gentes quoq; Templa ab injuria munienda eſſe putarunt.*
6. *Exemplis hoc confirmatur.*
7. *Hominibus ob Templa parcebatur.*
8. *Profanatores Templorum nunq. impuniti relicti ſunt.*
9. *Apud Romanos in deſtructione templorum erat recepta Evocatio ſacrorum.*
10. *Explicatur evocatio Sacrorum in l. 9. §. 2. ff. de rerum diviſ. propoſita.*

n. Ver-

11. *Verba Carminis evocatorii proponuntur.*
12. *Hæc evocatio à Chriſtianis merito rejicitur.*
13. *Conſvetudo, ut captæ civitates campanas a rei tormentariæ præfectis redimant, improbatur.*
14. *Si Reipublicæ ex templis immineat periculum, deſtructio quoque fieri poteſt.*
15. *Exemplis è nuperrimo bello Germanico deſumtis hoc confirmatur.*
16. *Templa quoq; cum rebus ſacris commercio hominum exemta ſunt.*
17. *Quamvis cum civitate in feudum data tranſeant quoq; templa.*
18. *Explicatur Cap. 6. X. de religioſ. dom.*
19. *Res ſacræ alienari poſſunt (1) in caſu pietatis.*
20. *(2) In Caſu neceſſitatis.*
21. *(3) In Caſu egeſtatis.*
22. *(4) Pro ſepultura fidelium.*
23. *Modus diſtinctionis relative ad cap. ult. proponitur.*
24. *Extra caſus relatos commercium rerum ſacrarum prohibitum eſt.*
25. *Etiamſi cultus ſuperſtitionem admixtam habeat.*
26. *Templum per negotia ſecularia profanandum non eſt.*
27. *Ex ſacra Scriptura, Jure Canonico & Gent. placitis hoc confirmatur.*
28. *Veteres Chriſtiani in Eccleſiis agapas conſtituerunt, ubi explicatur, quid ſint?*
29. *Propter abuſum poſtmodum ſublatæ ſunt.*
30. *Judicia ſæcularia ſub Anathematis pœna in templis prohibita ſunt.*
31. *Sed hæc pœna ſeverior eſſe videtur.*
32. *Severioris pœnæ reddit rationem Jus Canonicum, quæ tamen prægnans non eſt.*
33. *In templis ceſſare debent confabulationes.*
34. *Propterea quidam ex Diaconis olim in Templo inambulabant.*
35. *Olim in media ſæpius concione applauſus a populo inſtitutus eſt.*
36. *Propter abuſum Patres illum abrogarunt.*
37. *In noſtris quoq; Eccleſiis ceſſat.*
38. *Rixæ in Templis prohibitæ ſunt.*
39. *Rixantes & ſibi & aliis in Templis obſunt.*
40. *In Templis debet ceſſare ſomnus.*
41. *In ord. Prov. Duc. Goth. certus impediendi conſtitutus eſt modus.*
42. *Templum per homicidium polluendum non eſt.*
43. *Neq; etiam ſacra turbanda ſunt.*
44. *Turbatores Sacrorum arbitraria, quandoq; etiam gladii poſſunt affici pœna.*
45. *Gladii pœna tum demum locū habet, ſi quatuor adſint requiſita.*

46. Quæ-

46. Quædam ergo ſunt, quæ in Templis fieri poſſunt, quædam vero ſunt, quæ prohibentur.
47. Secundum Canoniſtas actus voluntariæ Juriſdictionis in Templis peragi poſſunt.
48. It. Actus Eccleſiaſtici pietatem concernentes.
49. Manumiſſio in Templis recte fit.
50. Immunitas Templorum præcipue conſiſtit in eo, ne fugientes ad Eccleſiam inde extrahantur.
51. Nominatur hæc immunitas Jus Aſylorum, cujus uſus in locis profanis antiquiſſimus eſt.
52. 53. 54. De Jure Canonico Jus Aſylorum Eccleſiis datum latiſſime extenſum eſt.
55. Quare nec homicida voluntarius excluditur.
56. Excipiuntur pauci delinquentes in 6. X. de immun. Eccleſ.
57. Plures tamen juxta Juſtitiæ normam ab Aſylorum Jure excludendi erunt.
58. Æquum eſt, ut doloſe delinquentes è Templis extrahantur.
59. Effectus Aſylorum recenſetur.
60. Oeconomo Eccleſiæ circa confugientes quid incumbat?
61. Moribus noſtis Jus Aſylorum reſtrictum eſt.
62. Præcipue penes Auguſtanæ Confeſſ. addictos.
63. Templa ſunt immunia à collectis.
64. Sive ſint ordinariæ ſive extraordinariæ.
65. Etiamſi res iſta antea profana fuerit.
66. Quia munera ſunt in triplici differentia, ideoq; demonſtratur, à quibus templum immune ſit?
67. Extenditur quoq; hæc immunitas ad Capellam.
68. Exceptiones proponuntur.
69. Si neceſſitas illam urgeat.
70. 71. Quod & ipſum Jus canonicum confirmat.
72. Rationibus hæc contributio confirmatur?
73. Quare nec à collectis Turcicis Eccleſiæ liberantur.
74. Canones hoc in Caſu Pontificis conſenſum requirunt.
75. Immunitati Templorum adhæret Jus Parochiale, quod domicilium conſtituit.
76. Vox Parochiæ explicatur.
77. Quid hic Parochia denotet?
78. 79. 80. Cur Parochiæ receptæ?
81. Reliqua Jura Parochialia relative proponuntur.
82. Huc quoq; pertinet conſenſus Parochorum ad vocationem novi Paſtoris.
83. Actus, qui differri nequeunt, etiam in alia Parochia peragi poſſunt.

Actus

1. ACtus cultum divinum & cenſuram Eccleſiaſticam in Tem-
plis peragendam reſpicientes comitatur *Templorum inviola-*
bilitas. Cum enim Templa poſt conſecrationem ab Epi-
ſcopo vel penes nos autoritate Principis à Superintenden-
te, vel à quodam Miniſtro verbi divini peractam, divini juris fiant,
ut non ad alium niſi divinum cultum adhibenda veniant; Hinc
2. merito pro inviolabilibus habentur, ut non ſolum templi & violati
Principis par, læſæ ſcil. Majeſtatis, apud Romanos extiterit pœna,
ſed & devaſtio Templorum maxime execrata fuerit, teſte Roſin. *l.*
3. *2. Antiqu. Roman. cap. 2.* Quanquam enim templa publica ſuo mo-
do ſint, ut impune per Jus Gentium violari videantur, cum & jure
belli, perinde ut homines, occupari poſſint. *l. 4. de ſepulch. viol. &*
l. 36. de religioſ. & ſumpt. fun. Tamen ſi nullum inde ſit metuendum
4. periculum, conſervari talia ædificia & quæ iis accedunt, rerum
divinarum reverentia ſvadet, inter eos maxime, qui eundem De-
um ex eadem lege colunt, licet ſententiis quibusdam aut ritibus
5. diſſideant. Inter ædificia namque, quæ publicum urbi decus atq;
ornamentum adferre ſolent, præcipuam dignitatem & immunita-
tem obtinere debent templa, iis religionem ineſſe, ipſæ quoque
Gentes confeſſæ ſunt. Non enim hac in re ab omni pietate alienæ
fuerunt, quin potius Diis ſuis, etſi fictitiis, omnique vitiorum
turpitudine commaculatis, ſplendidiſſimas ædes extruendas, eas-
que ornamentis ac donis largiſſimis inſtruendas & ab omni injuria
muniendas eſſe putabant, ſumma ſiquidem penes omnes Gentes
fuit ratio, quæ pro religione facit *l. 43. ff. de religioſ. & ſumpt. funer.*
6. Hinc Thucydides ait: *Jus fuiſſe inter Græcos ſui temporis, ut qui in ho-*
ſticum impetum facerent, a locis ſacris abſtinerent. Alba quoque a Ro-
manis diruta, à Deum templis temperatum, ait Livius; Francos
itidem templis perpeciſſe, commemorat Agathias *lib. 2.* & templo-
rum religionem, apud antiquos celebrem, in Germania quoque
7. præcipuam fuiſſe, refert Speidel. *ſub voc.* Kirch. Imo & hominibus
ob templa parci ſolitum, præter profanarum gentium exempla in
Gothis, Romæ captoribus, laudat Auguſtin. *lib. 1. de Civit. Dei.*
8. Ac licet Deus deſolationem & profanationem templorum quando-
que permiſerit, fides tamen hiſtorica teſtatur, quod tales profana-
tores

tores nunquam impunitos reliquerit, ceu variis confirmat exem-
plis Joh. Baptiſt. Caſal. *de veter. ſacr. Chriſtian. ritib. c. 33. circa fin.*

Qua de cauſa etiam Romani ſtimulis conſcientiæ convicti no- 9.
luerunt penes hoſtes quoque ſuorum Deorum fictitiorum ſacra de-
ſtruere, antequam ſanctitas Templorum ſolenniter diſſoluta eſſet,
quapropter in tali caſu ſacrorum receperunt evocationem, ut pa-
tet ex verbis Ulpian. *in l. 9. §. 2. ff. de rer. diviſion. propoſitis : Et ſo-
lent, qui liberare eum locum religione volunt, ſacra inde evocare.* Ad quo- 10.
rum verborum explicationem hoc facit, quod ſecundum Ethnico-
rum ſententiam omnes urbes in certi cujusdam Dei fuerint tutela;
Hinc Romani urbem oppugnaturi certo carmine Deos tutelares e-
vocarunt, cum nefas exiſtimarent, Deos habere captivos. Macrob.
3. Saturn. 9. Liv. *lib. 5.* quo facto omnia profanare poterant. Petr.
Faber. *2. Semeſtr. 4.* & Gilb. Reg. *2. Enant. 4.* Verba carminis, quo 11.
Dii evocabantur, fuerunt ſequentia: *Si Deus, ſi Dea es, cui populus
civitasq; v. g. Carthaginenſis eſt in tutela, teque maxime, qui urbis hujus,
populi tutelam recepiſti, precor veneror que, veniamq; à vobis peto, ut vos
populum civitatemq; Carthaginenſem deſeratis, loca, templa, ſacra, urbem-
que eorum relinquatis, absque his abeatis; eique populo civitatisque me-
tum, formidinem, oblivionem injiciatis, proditique Romani ad me meos-
que veniatis, noſtraq; vobis loca, templa, ſacra, urbs acceptior probatiorq;
ſit, mihiq; populoq; Romano militibusq; meis præpoſiti ſitis, ut ſciamus intelli-
gamusq;. Si ita feceritis voveo vobis templa ludosq; facturum.* Laudatam
evocationem ex Samonici Sereni *lib. 5. rer. recondit.* recitat Macrob. 12.
cit. lib. 3. c. 9. Verum cum talis evocatio ex erroneo Romanorum
cultu divino provenerit, illam, cum ſanior ex ſacris literis nobis
per gratiam Dei ſit promulgata cognitio SS. Trinitatis, merito tan-
quam ridiculam rejicimus, ædesque ſacras etiam jure naturæ in-
violabiles eſſe; tuto aſſerimus, per hactenus dicta & illa, quæ Grot. 13.
lib. 3. de Jur. bell. ac pac. c. 12. §. 6. proponit. Ut exinde neutiquam
videamus, qua ratione excuſanda veniat conſvetudo inter rei tor-
mentariæ præfectos hucusque recepta, vigore cujus ab obſeſſa &
occupata urbe; ut campanas rebus ſacris deſtinatas, quaſi jam in
commiſſum ceciderint; pro certa pecuniæ ſumma redimat, poſtu-
lare ſolent. Sed hæc circa Templa occurrens inviolabilitas præſup-
poſita demum ſequenti procedit limitatione, ſi nullum ex templis
me[illegible]ndum ſit periculum, ut Grot. *cit. loc.* aſſerit. Hinc limita-

tionem ſuam recipit, in caſu, ſi exinde reipublicæ damnum & periculum quoddam immineat, quo caſu ipſorum deſtructio non
15. improbanda erit. Sic in bello Germanico luctuoſo ante 20. & quot excurrunt annos compoſito, non ſolum ab hoſtibus, ſed etiam ab ipſis præſidiariis militibus diruta fuiſſe templa, quæ munimento ita propinqua fuerunt, ut in iis hoſtes receptaculum habere potuiſſent, experientia ſufficienter teſtatur, quod inter axiomata militaria non impunitatem tantummodo, ſed & æquitatem præ ſe ferentia refert Dn. Ziegler. *in Not. ad Grot. lib. 3. c. 12. §. 7.*

16. Ex inviolabilitate Templorum porro fluit, quod cum omnibus rebus ſacris & mobilibus ad cultum divinum deſtinatis commercio hominũ exempta ſint, ut regulariter nec alienari nec obligari poſſint, juxta *§. 8. Inſt. de rer. diviſ.* quia publica autoritate
17. pietati & operibus pietatis deſtinata ſunt. Quamvis itaque civitas, in qua res ſacræ ac templa inveniuntur, in feudum detur, ut hoc modo res ſacræ quoque ac templa ad Vaſallum transire videantur, hoc tamen neutiquam fit, ut earum utile dominium Vaſallus nanciſcatur, ſed ut in illa Civitate ſolummodo maneant. Rut-
18. ger. Ruland. *de commiſſ. p. 3. lib. 2. c. 17. membr. 2. n. 20. & 21.* Quin etiam licet *in c. 6. X. de relig. dom.* Epiſcopus aliquot Eccleſias monaſterio in Emphyteuſin ſub annua penſione conceſſerit, hoc tamen exemplum à pietati priſtina multum defiectit, quæ illud templorum commercium plane ignoravit, ipſis etiam Gentilibus id improbantibus. Putat quidem Gl. hic non tam contractum Emphyteuticum, ſed cenſualem celebratum fuiſſe. Verum hoc ipſo cauſa non melior, ſed haud parum deterior redditur, uti enim Barboſ. *ad d. cap.* notat, in Emphyteuſi utile tantum transfertur dominium, in contractu vero cenſuali & utile & directum. Quomodo vero Eccleſiarum translatum poſſumus aſſerere dominium, quas in nullius dominio eſſe omnis credidit antiquitas. Dn. Ziegler. *lib. 2. Inſtit. Jur. Canon. tit. 21. §. 1.* Sed hoc, quod templa cum aliis rebus
19. ſacris commercio hominum & conſequenter alienationi exempta ſint, limitationem recipit (1) in cauſa pietatis, pro redemtione captivorum, ſi Chriſtianæ fidei conſortes ab hoſtibus capti veniant
20. redimendi. (2) in cauſa neceſſitatis, pro defenſione ſc. patriæ, quæ omnem fere comprehendit neceſſitatem, in qua aliis ſuccurren-

dum. *Aurum enim Eccleſia habet, non ut ſervet, ſed ut eroget & ſubveniat in neceſſitatibus. c. aurum 70. c. 12. q. 2. & c. gloria 71. c. 12. q. 2.* (3) In 21.
pauperum alimentatione. *l. 21. C. de SS. Eccleſ.* & melius eſt imperia augere hominum converſatione & adjectione, quam rerum acquiſitione. *l. 7. §. 3. ff. de bon. damnat.* Siquidem in multitudine populi dignitas Regis, & in paucitate plebis ignominia Principis conſiſtit. Proverb. *14. in fin.* & hoc probatum quoque eſt in Receſſ. Imper. Spirenſ. *de anno 1542. §.* Aber der Kirchen Kleinodien und Gezierde ſollen in dieſer Anlage nicht mit begrieffen / ſondern als zu einem Schatz der Chriſtenheit / wo man das zu einer eilenden / nothwendigen / unvermeidlichen Hülffe bedürffen würde / geſpahret und behalten werden / quod & repetitum legitur in Receſſ. Spirenſ. *de anno 1544.* Aber der Kirchen Kleinodien / &c. Carpzov. *Juriſpr. Conſiſt. lib. 2. def. 301. n. 8. & ſeqq.*
Quibus quartus accenſeri poteſt caſus, quod tuto quoque diſtrahi 22.
poſſint pro ſepultura fidelium, vel ſi æs alienum graviter urgeat Eccleſiam & aliunde exſolvi nequeat. *Auth. Hoc jus porrectum & Auth. præterea C. de SS. Eccleſ.* Modus vero in hac diſtractione quis- 23.
nam obſervandus veniat, illud ex *cap. ult.* patebit, in eo ſiquidem ſolennitates circa alienationem bonorum Eccleſiaſticorum obſervandæ enumerandæ veniunt; quæ itidem ad alienationem rerum ſacrarum adhiberi debent. Dn. Struv. *Exerc. 3. th. 71.* Extra hos
caſus vero omne Templorum aliarumve ſacrarum rerum commer- 24.
cium interdictum eſt, adeo ut nefas ſit, templum cultui divino conſecratum ad alium & quidem profanum adhibere uſum, ſub
quocunque etiam hoc fiat prætextu. Etiamſi cultus ſuperſtitionem 25.
admixtam habuerit. Eo namque in caſu abuſus potius tollendus, & in uſum pium convertendus erit, quam ut ſuperſtitio cum ſacrilegio permutetur. *arg. l. 16. ff. de uſu & uſufr. leg.*

Neutiquam ergo templum profanandum vel etiam per nego- 26.
tia ſecularia, colloquia, rixas, ſomnum & ſimilia alia polluendum erit. Quare merito in templo emptiones, venditiones, nundinationes, aut alias negotiationes ſeculares, *c. ex multis q. c. 1. q. 3.* ut & hoſpitia ſeu cauponas, ſaltationes ac choreas cum cantionibus ſe-
cularibus reprobamus. Nam conſtat, valde exoſas DEO eſſe iſtas 27.
cantiones prophanas in locis ſacris, it. Spectacula larvata, convivia, & alia tumultum excitantia. Confirmat hoc Salvator ipſe,

dum hæc negotia civilia in templo non ſevere ſolum taxat, *Matth. 21. v. 13. in verb. Mea domus orationis domus vocatur, vos autem feciſtis ſpeluncam latronum.* Sed etiam Joh. 2. à templo vendentes boves, oves & columbas cum nummulariis ejecit, dicens: *Auferte iſta hinc, & nolite facere domum patris mei domum negotiationis.* Cum enim templum, ſecundum Evangelicam veritatem domus eſſe debeat orationis, merito à profanis uſibus convenit eſſe alienum. *c. cum Eccleſia 5. X de immun. Eccleſ.* quod & gentilibus in fanis Deorum fictitiorum placuit. Unde reverentiam Æthiopum, quam exhibent æ-
28. dibus ſacris, refert Damianus à Goës *de Æthiop. morib. p. 431.* Habuerunt quidem veteres Chriſtiani in Eccleſiis ſuas *agapas*, quæ nihil aliud erant, quam *convivia charitativa.* Nam acceſſuri ad SS. Cœnam cibos adferebant, ex quibus panis & vinum, quantum ſatis erat, ſeparabantur ad Cœnæ Dominicæ uſum, de reliquis vero apparabatur Convivium, cui accumbebant nullo habito diſcrimine tam divites quam egeni, ibique piis colloquiis & hymnis ſe recreabant. Gabr. Albaſpinæ *lib. 1. Obſerv. 18.* Didac. Covarruv. *ad c.*
29. *fin. X. de Teſtam. n. 3.* Sed cum plurimi abuſus hanc cœnam contaminaſſent, poſtea non ſolummodo templis ejecta, ſed & penitus ſublata ſunt. Caſaubon. *Exerc. 16. n. 31.* Convivia itaque è templis ſemel ejecta, in perpetuum etiam ſuffragante Juris Canonici prohibitione *in c. non oporteat 3. & can ſeq. 4. diſt. 42.* merito prohibita
30. manebunt. Secularia quoque negotia in tantum per diſpoſitionem Juris Canonici *in d. c. cum Eccleſia 5. §. ſeculares X. de immun. Eccleſ.* in templis interdicta ſunt, ut ſeculares judices cauſas præcipue, ubi de ſangvinis agitur effuſione & de pœna corporali tractatur, in
31. templis vel eorum Cœmiteriis ſub anathematis fulmine tractare prohibeantur. Ubi quidem id neutiquam reprobamus, ut tale factum pœna quadam coërceatur, durum tamen quam maxime videtur, ſtatim anathemate uti, præcipue ſi non deſtinato animo conventum fuerit in templo, ut ſententia ibi feratur ſangvinaria, ſed incidenter ea de re colloquia habita fuerint. Poterit igitur ſufficere
32. re pœna aliqua mitior. Rationem quidem ſeverioris ſuæ Conſtitutionis reddit jus Canonicum in *§. 3. Inſt. Jur. Canon. de immun. Eccleſ. quod abſurdum ſit, ibi judicium ſangvinis exerceri, ubi eſt tutela conſtituta refugii.*

Hæc

Hæc ratio tamen non adeo prægnans videtur, partim quod illi, qui de crimine capitali captivus detinetur, templum de præſenti tutelam refugii præſtare nequeat, partim etiam, quod tutela iſta ex ipſorum Canoniſtarum mente non omnibus delinquentibus concedatur, ut pro ratione decidendi allegari nequeat. Quapropter alia à fine templorum deſumpta ratio negotia quidem forenſia à templis excludit, pœnam tamen hanc ſeveriorem neutiquam inducit. Præprimis quia contractus quandoque in Eccleſia initos Canoniſtæ validos eſſe volunt, ut teſtatur Dn. Zigler. *ad Jus Canon. lib. 2. tit. 20. §. 4. & major ſanctitas in judiciis ſit, ut plus placeat Deo judex condemnans, quam negotiator non niſi lucrum intendens.*

Præter negotia forenſia confabulationes & profana colloquia à templis amoveri debent, per. §. 4. *Inſtit. Jur. Canon. de immunit. Eccleſiar.* Colloquia ſiquidem & Confabulationes non tantummodo impediunt colloquentium, ſed & aliorum devotionem & auditum verbi divini, unde in templis neutiquam permittenda ſunt, ne hoc modo ſcandalum præbeatur, cultus divinus negligatur & reliqui auditores impediantur, quo minus devotione debita cultum divinum exercere queant. Illuſtrat hoc Auguſtinus, dum *ſerm. 215. de Tempore* inquit: *In Eccleſia ſtantes nolite verboſari, ſed lectiones divinas patienter audite. Qui enim in Eccleſia verboſari voluerit & pro ſe & pro aliis redditurus eſt rationem, dum verbum DEI nec ipſe audit, nec alios audire permittit.* Qua de cauſa olim juxta S. Clement. *lib 8. Conſtit. Apoſt. c. 11.* quidam ex Diaconis in templo inambulabant, contemplantes viros & mulieres, ne quis fieret ſtrepitus, ne quis nutus faceret, aut muſſitaret aut dormiret. Confer. Joh. Bapt. Caſal. *p. 3. cap. 33.* Ex Antiquitate quidem conſtat, quod applauſus Populi in media ſæpe concione excitatus fuerit, ſi quid eleganter à Concionatore propoſitum. Confirmat hunc morem cum S. Hieronymo & Gregor. Nazianzen. Auguſtin. *lib. 4. de Civit. Dei c. 16.* in verbis: *Avida plebs motu ſuo ſignificat, utrum concionem intellexerit.* In tantum vero hic applauſus receptus eſt, ut de Paulo Samoſateno Euſeb. *l. 7. hiſtor. c. 27.* ſcribat, *quod populum, quando ad Conciones ipſius non applauſit, increpaverit & objurgaverit.* Quia tamen populus interdum ad ea applauſit, quæ non intellexit, uti cum ex Hieronymo, tum etiam ex Auguſtino patet, qui populum increpat, quod ante ſolutam

33.
34.
35.
36.

quæſtionem acclamaſſet, ideoque hic abuſus, qui turbationem ſacrorum cauſavit, Patres ad abrogandum hunc morem commovit. Hinc Chryſoſtomus *hom. 38. ad Popul. Antioch. Plauſibus*, ait, *mihi non eſt opus, non laudantium vocibus & tumultu. Unum duntaxat volo, ut cum quiete & intelligentia audientes, quæ dicuntur faciatis. Hoc mihi pro plauſu, hoc pro laudationibus.* Hodie ejusmodi applauſum in noſtris

37. Eccleſiis ignoramus prohibitumque videmus. Turbatores non ſolum illi dicuntur, qui ipſis Miniſtris ſacra peragentibus in Eccleſia reſiſtunt, ſed etiam qui alio modo etiam per ejusmodi applauſum illicitum tumultuantur, ac Miniſtrum Eccleſiæ & Auditores impediunt, quo minus officio ſuo, ea, qua par eſt, intentione præeſſe, ac debita devotione cultum divinum exercere queant, ut propterea mulcta quadam arbitraria pro ratione circumſtantiarum merito coërceantur, Carpzov. *lib. 3. Jurisprud. Conſiſt. def. 96.*

38. Idem de rixis dicendum eſt, multum ſiquidem ſcandali & nocumenti per ejusmodi rixas in Eccleſia datur, propterea rixantes maxime ſunt puniendi, quoniam ſcandala & delicta impunita manere nequeunt. *l. 51. in fin. ff. ad Leg. Aquil.* Itaque haud obſcure affirmat *Ordin. Eccleſ. Elect. Saxon. art. gener. 17. §.* Es ſoll auch des Orts Obrigkeit dieſe Verordnung fleißig thun / daß auf den Bohr-Kirchen / oder andern Orten in den Kirchen einige Leichtfertigkeit oder Unfug mit Lachen / Waſchen oder andern dergleichen / bey aufgeſatzter Straffe nicht getrieben werde / dadurch der Pfarrer und die Zuhörer in der Predig u. Gehör GOttes Worts irre gemacht / oder gehindert werden mögen. Rixantes quoque non tantum ſe ipſos ſalutari verbi divini

39. doctrina defraudant, dum verbum DEI nihil ſane in iis, quorum corda odio flagrant atque vitiis abundant, operari poteſt, ſed & aliorum perturbant devotionem, qui Diaboli inſidiis per rixas & tumultuationem non parum impediuntur, ut hinc de coërcitione rixantium dubium nullum ſupereſſe poſſit, qua de re arbitraria pro ratione circumſtantiarum conſtituta eſt pœna, propter regulam interpretum vulgatam, quod eo in caſu, quando pœnæ nec legibus, nec ſtatuto aut conſvetudine definitæ ſunt, arbitraria eſſe debeat animadverſio, juxta Andr. Tiraqv. *de pœn. leg. temper. cauſ. 31. n. 34.*

40. Præter rixas quoq; præcipue à templis exulare debet ſomnum frequentantibus templa nimium familiare. Sæpiſſime ſiquidem

laboribus ordinariis abſolutis ad templa ex conſvetudine ſolummodo properant, ibidemq; per dulce ſomnum ſacra tum matutina, tum veſpertina negligunt, non memores, quod hac ratione non ſolummodo ſcandalum aliis præbeatur, ſed etiam minus convenienter Sabbathum ſanctificetur, ac benedictio divina negligatur.
Quapropter in *Ordin. Prov. Ducat. Gothan. p. 1. c. 1. tit. 5.* Sereniſſi- 41.
musPrinceps ſomnum & garrulationem in templis notanter prohibuit, certumque impediendi conſtituit modum in verbis: Und demnach über das / das ſchlaffen in denen Kirchen faſt gemein iſt / als ſoll / wo an einem oder andern Orth zu Verwehrung deſſen gewiſſe Perſonen beſtellet / dabey es nachmals ſein bewenden haben: Wo aber dergleichen Anſtalt noch nicht im Gebrauch iſt / ſollen ins künfftige gewiſſe Perſohnen beſtellet werden / welche unter wehrenden Predigten herumb gehen / auf die Schlaffenden Achtung geben / ſie durch etwas anrühren / oder mit einem Stabe aufwecken. Ebenmäßig ſoll ein jeder ſeinen Nachbar in den Kirchen / wenn derſelbe ſchläfet / durch beſcheidentliche Maße aufwecken; Jngleichen niemand mit dem andern in der Kirchen unter wehrenden Gottesdienſt Gewäſche treiben / ſondern wenn ſich jemand deſſen unterfangen wil / der Nachbar ihn davon alles Fleiſſes abmahnen / und ſich ſelbſt nicht darzu verſtehen.

Denique ad inviolabilitatem templi ſpectat, ne illud per ho- 42.
micidium ac humani ſangvinis profuſionem, ſeminis effuſionem, excommunicati & pagani humationem *c. 4. X. de Conſecr. Eccleſ.* Conclamationes, ſeditiones & impetus, publica ut vocant Parlamenta, & congregationes ludos Theatrales monſtra larvarum, ludicras feſtivitates & alia. *c. cum decorem 12. X. de vit. & honeſt. Cler.* polluatur. Neve turbentur ſacra & impediantur, quo minus omnia 43.
decenter & ordine peragantur. Sicut enim ritus Eccleſiaſtici ſua natura adiaphori & in verbo DEI nec præcepti, nec prohibiti, quamvis partem divini cultus per ſe non conſtituant, facile abrogari & mutari nequeunt, ne forſan ordo & decorum Eccleſiæ invertatur, vel præpoſtero adiaphororum uſu proximus ſcandalizetur, niſi cauſa juſta ſubſit & neceſſitas ſtatus Eccleſiaſtici id expoſcat, Dn. Philipp. *ad Inſtit. lib. 1. Eclog. 12.* Ita multo magis malitia illa atque audacia, quando verbis importunis & injurioſis Eccleſiæ miniſtris ac concionatoribus vel palam in ſuggeſtu ſtantibus vel alias ſacra

tra-

tractantibus & adminiſtrantibus reſiſtitur, iis contradicitur, aut ſacra & operæ Eccleſiaſticæ alio modo turbantur & impediuntur,
44. coërcenda & punienda eſt; Quapropter in ejusmodi turbatores ſacrorum non ſolummodo deprecatione publica, ſed etiam pro re nata & varietate circumſtantiarum arbitraria relegationis & fuſtigationis, quandoque gladii pœna animadvertendum erit. Quæ gladii pœna certa præſupponit requiſita ſcil. (1) ſi offendatur non verbis tantummodo, ſed etiam verberibus vi & facto miniſter verbi divini, & quidem (2) in loco Eccleſiæ, eo præprimis (3) tempore, quo tractat & adminiſtrat cultum divinum, & (4) per hoc ſacra turbentur. Bald. *ad l. ſi quis in hoc genus 10. cum Auth. Sed novo jure C. de*
45. *Epiſc. & Cler.* Quapropter ob aggreſſionem & vulnerationem perſonæ religioſæ inter tractatus ſacros, tam invaſori, quam mandatariis & auxiliatoribus gladii pœnam à Lipſienſibus Scabinis dictatam refert Côler. *p. 1. deciſ. 178. n. 1. & 4.* Deficientibus autem prædictis quatuor requiſitis vel uno tantummodo, nequaquam tam rigoroſe in turbatores ſacrorum animadvertendum erit, ſed ſufficiet pœna arbitraria. Finckelthuſ. *Obſerv. 72. n. 5.* Carpzov. *lib. 3.*
46. *Jur. Conſiſt. def. 95.* Et ſic hactenus dicta monſtrant, quod quædam ſint, quæ non niſi in templo fieri debent, v. g. prædicatio verbi divini *c. 63. & 67. de Conſecrat. diſt. 1.* & quod quædam inveniantur, quæ in templo fieri omnino prohibentur. Cum enim ad hujusmodi tantum, quæ divinum cultum & ædificationem fidelium concernunt, templa fuerint ædificata, ideoque contrarium illudque quod cultum divinum impedit, in iis fieri nullatenus permittendum erit, ut hac ratione omnia negotia ſecularia in templo prohibita ſint. *c. 1.*
47. *& c. cum Eccleſ. 5. de immunitat. Eccleſ.* Excipiuntur à Canoniſtis ea, quæ juriſdictionis ſunt voluntariæ, adeo ut juxta illorum aſſertum in cauſa voluntariæ juriſdictionis valeat ſententia in templo lata, Panormitan. *in c. 5. de immunit. Eccleſ.* & Barboſ. *lib. 2. de jur. Eccleſ. c. 3.*
48. *n. 10.* Excipiuntur actus quoque Eccleſiaſtici, ad Juriſdictionem voluntariam quaſi pertinentes, qui itidem in Eccleſiis celebrari poſſint, ſi pietatem concernunt, quales ſunt Diſputationes literariæ & Promotiones Doctorales, Congreſſus Synodales & ejusmodi alia; Pietatem namque hujusmodi functiones reſpiciunt, & ſunt Eccleſiaſticæ, quod etiam dictitat vetus conſvetudo

Aca-

Academiarum. Abbas in *cum Eccleſias de immun. Eccleſ. n. 9.* Actus vero civiles voluntariæ Jurisdictionis pietatem non concernentes, in templo quidem fieri non debent, facti tamen ſubſiſtunt ex ratione, quam adducit Barboſ. *d. l. n. 12. circa fin.* Sola manumiſſio ſer- 49.
vorum excipitur, quæ in templo non tantum permiſſa, ſed etiam in tantum approbata, ut, qui ibidem manumittuntur, plenam conſequantur libertatem. *l. 1. & 2. C. de his, qui in Eccleſ. manum.* Eſt enim res pia & minime à ſacri loci religione abhorrens datio libertatis. Gudelin. *de jur. noviſſ. l. 6. c. 22.*

Inviolabilitatem Templorum comitatur eorum immunitas, 50.
Favore namque cultus divini præter hoc quod inviolabilia exiſtant, variis adhuc gaudent immunitatibus, præ cæteris vero hac, ut reum ad Eccleſias confugientem nemo, ne quidem ſecularis judex invitum & violenter inde extrahere queat. *l. 2. C. de his, qui ad Eccleſ. conf.* propter rationem, ne ſacra miniſteria, vota & preces turbentur, quæ omnia in pace & quiete celebrari convenit. *l. 5. C. eod.* & ut honor Eccleſiarum conſervetur. Et hæc immunitas jus 51.
Aſylorum vocatur, de cujus origine obſervandum erit, quod Aſyla alia ſint locorum ſacrorum ſive templorum, alia vero profanorum. Et licet poſteriorum uſus antiquiſſimus ſit, ut Covarruv. *2. var. Reſol. 20.* demonſtrat. Ad eorum tamen imitationem quoque immunitas locorum ſacrorũ recepta eſt, quamvis ab initio ſine ullo fundamento in Chriſtianam rempublicam introductam eſſe, aſſerat Petr. Serg. *in tract. ſing. de jur. Aſyl. c. 1.* Quod quidem hac vice diſquirendum aliis relinquimus, & ſolummodo hoc monemus de Jure Canonico, cujus diſpoſitionem hac in parte ſervandam eſſe vult Zœſ. *ad Decret. tit. de immun. Eccl.* Perez. *ad Cod. tit. de his, qui ad* 52.
Eccleſ. Confug. latiſſime jus Aſylorum templis tributum extenſum eſſe, ut Eccleſia matrix hoc privilegium tam reſpectu ſtructuræ, quam reſpectu ambitus circumcirca in Cœmiterio, & circuitu Eccleſiarum habeat. Ab initio quidem Aſyla introducta ſunt, ut 53.
reciperentur, qui non tam ſcelere noxii, quam humana imbecillitate lapſi veniam & miſerationem potius, quam pœnam merebantur. *Nov. 17. c. 7. Nov. 37.* ubi non τοῖς ἀδικοῦσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀδικουμένοις jus Aſyli dari debere conſtitutum, quemadmodum & jus divinum *Exod. 21. verſ. 13. N. c. 35. v. 11.* illis ſolum Aſyliam dare jubet,

qui ἀκουσίως ſangvinem effuderunt; vid. Selden. *de Jure N. & G. l. 4.* ut excludantur atrociter delinquentes, utpote ſicarii, virginum raptores, adulteri & alii, cum ſint graviora delicta, quam ut illis
54. hac ratione parci debeat. *Nov. 17. c. 7.* Jure tamen Canonico omnes confugientes ad templum, ſive propter delictum eo confugiant, immunitatem habent. *c. 6. de immun. Eccleſ. c. 8. c. 20. c. 36. c.*
55. *17. q. 4.* quæ loca indiſtincte loqvuntur. Quapropter juxta Jus Canonicum homicida etiam voluntarius, quique ex propoſito, modo abſque inſidiis & proditione homicidium commiſit *arg. c. 1. de homicid.* immunitate Eccleſiæ gaudet, ſicut nec virginum raptoribus, adulteris, furibus, vel alterius alicujus atrocis criminis reis denegatur, *c. de raptoribus 3. c. 36. q. 1.* Panormit. *ad c. 6. de immun. Ec-*
56. *cleſ. n. 14. & ſeq.* Jure namque Canonico, remotis ſolis nocturnis populatoribus agrorum & publicis latronibus, ut & illis, qui in Eccleſia ipſa crimen commiſerunt; *c. 6. c. fin. X. de immun. Eccleſ.* cæteri cujuscunque facinoris rei immunitate Eccleſiarum gaudent. Anton. Perez. *ad tit. C. de his, qui ad Eccleſ. confug. n. 6.* Verum licet
57. *de c. inter alia 6.* ſolum hæc duo crimina excipiat; Multi tamen, ſi juſtitiæ normam conſideramus, erunt caſus, in quibus immunitate confugientes ad Eccleſiam gaudere nequeunt, de quibus Card. Tuſch. *concl. 11. lit. E.* agit, præcipue, ſi ex proæreſi, malo propoſito & conſilio delinquentes ſe ad templum receperunt. Quamvis
58. enim profugi in Aſyla recepti & immunitate digni judicati contra vim & injuriam ſecuritatem habeant, ut ob loci reverentiam & ſanctitatem evelli & abduci nequeant; Tamen ipſa æquitas naturalis in doloſis delinquentibus, quicquid etiam ſtatuat Jus Canonicum, quod hac in parte recte poſthabetur, juxta Dn. Brunnem. *ad l. 2. C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* limitationem ſuppeditat. Vid. de hoc jure Aſylorum Rittershuſ. *in tract. de Aſyl. c. 4. & 6.* Mart. Mag. de
59. *Advoc. arm. c. 15.* Dn. Myler. *in tract. de Aſyl.* Effectus Aſylorum, uti jam dictum eſt, quod non poſſit fieri violentia in Eccleſia ei, qui eo confugit, ſive in corpore, ſive in rebus, quas ſecum adduxit, quæ exinde neutiquam extrahi queunt. *c. definivit 35. c. 17. q. 4.* Ne autem Eccleſia, ſi confugientes tueatur, favere criminibus & iniquos defendere videatur, ideo pœna pecuniaria, vel alia ſatisfactione eos plectendos cenſuit. *c. reum 9. c. 17. q. 4. c. inter alia 6. X. de*

im-

immun. Eccleſ. non autem corporali, ſeu effuſione ſangvinis juxta *Gl. in d. c. inter alia.* Quamvis Hunnius à communi Canoniſtarum 60. ſententia hic diſſentiat. Oeconomus quoque & defenſor Eccleſiæ curam habere debet, ut (1) ſingulorum ad Eccleſiam confugientium perſonas & cauſam, cur ſecuritatem petant, inquirat & cauſam cognoſcat, (2) ut judicem loci, ubi delictum commiſſum, ad petitionem inſtruat, (3) ut arma refugus ad Aſylum non inferat. vid. Dn. Fritſch. *in Man. Jurispr. publ. ad voc. Aſylum.* Moribus noſtris 61. hoc jus Aſylorum in tantum reſtrictum eſt, ut & in templo delinquentes capi queant ſine licentia Epiſcopi, ut tradit Boër. *Dec. 100.* idque praxi Chriſtiani Orbis receptum eſſe, teſtatur Covarruv. *2. Var. reſol. c. 20.* & Gœnevveg. *de leg. abrog. ad tit. de his, qui ad Eccleſ. confug.* Idque præcipue penes Auguſtanæ Confeſſioni addictos 62. procedit, ubi Superiores alias ex jure Superioritatis circa Epiſcopalia ita diſponunt, ut tanquam Epiſcopi capturam delinquentium etiam in templis inſtituendam permittant, atque eatenus certum eſt, quod juxta Carpzov. *in Prax. Crim. p. 3. q. 110. num. 95.* delinquentes nec in templo ſibi ullam polliceri valeant immunitatem.

Jus Aſylorum comitatur immunitas Templorum à Collectis, 63. quæ in eo conſiſtit, quod Templis eorumque bonis à Laicis nulla poſſint imponi tributa *c. non minus 4. X. de immun. Eccleſ.* Quare nec tributis, nec vectigalibus oneranda eſt Eccleſia *l. placet 5. C. de SS. Eccleſ.* quod juri quoque divino congruum eſt. Cum enim Joſephus totam Ægypti terram Pharaoni obligaſſet & tributariam feciſſet, excepit terram Sacerdotum eamque liberam eſſe voluit. *Gen. 47. verſ. 22.* Excepti quoque ſunt Sacerdotes & Levitæ cum Perſis ſolverentur tributa. *Eſtr. 7. verſ. 24.* Et hoc generatim tam de ordi- 64. nariis, quam de extraordinariis accipiendum erit propter *l. 5. C. de SS. Eccleſ.* in tantum, ut juxta diſpoſitionem Juris Canonici etiam pœna excommunicationis in contravenientes ſtatuta ſit, juxta *c. 3. de immun. Eccleſ. in 6.* Nihil quoque intereſt, num res jam dum ſa- 65. cra, num vero profana fuerit, poſtmodum autem juſto quodam titulo ad Eccleſiam pervenerit, neque enim de illis Eccleſia collectas præſtare teneatur *arg. c. Sancimus. 25. c. 23. q. 8.* niſi antequam ab Eccleſia emptæ, collectæ ipſis jam tum indictæ impoſitæve ſint,

vel munus aliquod mere reale eiſdem adhæſerit, tunc enim ſine
66. omni dubio cum onere transeunt. *arg. l. 23. §. 2. de S. R. P.* Hinc quia onera ſeu munera ex uſu Juris Civilis in triplici differentia ſunt, perſonalia, Patrimonialia ſive realia & mixta. *l. 1. l. 18. ff. de muner. & honor.* Ideoque templum erit immune (1) à muneribus perſonalibus & ſordidis, de quibus *l. 1. §. 2. ff. de mun. & l. 12. & ſeq. C. de excuſ. mun.* (2) à tributis extraordinariis & à ſuperinductis, i. e. ab augmentis ordinariarum indictionum vel collationum, & (3) à pœna non inferentium tributa, qui enim tributa debebant, ſi ſuo tempore illa non inferebant, illorum prædia publice vendebantur. *l.*
67. *fin. C. de Cenſib. & Cenſit. lib. 11.* Brunnem. *ad l. 5. de SS. Eccleſ.* Et hoc quoque extenditur ad Capellam, ſi dotata eſt ex laicalibus bonis, quia Capella, ſi eſt in Eccleſia, dicitur unita Eccleſiæ & gaudet eodem privilegio, ut non ſolvat aliqua onera à Laicis impoſita, poſtquam bona pervenerunt ad Eccleſiam vel ad Capellam. Card.
68. Tuſch. *Concl. 13. n. 5. lit. E.* Excipiuntur vero nonnulli caſus, quibus templum immunitate non gaudet, (1) ſi res cum tali onere ad Eccleſiam pervenerit, tunc enim omnino tenetur ſolvere munera realia, quæ ſunt ordinaria, quia tranſit cum onere ſuo. Roſenthal. *de feud. cap. 5. concl. 80. n. 3.* Gail. *2. obſerv. 52. n. 12.* (2) vel ſi ad conſtructiones pontium, viarum & murorum Civitatis, aliorumve locorum reparationes contributio facienda ſit, tunc namque Epiſcopus debet cum moderamine compellere Eccleſiaſticos, quia ſaluti univerſali prodeſt. Multa alia plura videri poſſunt apud cit.
69. Card. Tuſch. & Brunnem. *ad l. 5. C. de SS. Eccleſ.* Denique etiam notandum eſt, quod Eccleſia poſſit collectari in caſu neceſſitatis. Hinc fit, ut Nobiles quoque & Vaſalli, qui alias ratione bonorum feudalium à Contributionibus & Collectis ſunt immunes, etiam in cauſa neceſſitatis Collectationi ſubjaceant. Quia tunc tempore Collectæ ab Eccleſia & Clericis æque, quam Laicis jure exigun-
70. tur propter *l. 11. C. de SS. Eccleſ.* Quare *in cap. pervenit. 2. X. de immun. Eccleſ.* prohibetur, ne per Eccleſiæ nomen à vigiliis murorum quis ſe excuſet, quatenus ſcilicet cunctis vigilantibus melius poſſit Civitatis cuſtodia procurari. Et *in cap. non minus 4. X. eod.* ad revelandas communes utilitates & neceſſitates Eccleſia conferre ju-
71. betur. Cujus collationis exemplum in ſacris quoque exſtat. Sic

nam-

namque Rex Ezechias Theſauros DEO conſecratos Sennacherib redimendæ Pacis cauſa dedit. *2. Reg. 18. v. 15.* Et recte ſane, Patri- 72.
monii enim Chriſti poſſeſſores omnia debent DEO pro conſervanda vera religione, Eccleſia & promovenda ſalute animarum, ut innuit Maximilianus I. Imperator apud Goldaſt. *tom. 2. Conſtit. Imperial. fol. 129.* Neceſſitas præterea omnibus derogat legibus, omnem immunitatem excludit. Weſenb. *vol. 1. Conſ. 40. n. 28.* cauſamque prohibitionis cujuscunque ſolvit ac frangit. *arg. l. 13. ff. famil. erciſc. l. 22. v. exceptis C. mandat. l. 162. ff. de R. I.* Quare nec à Collectis Tur- 73.
cicis Eccleſiæ liberantur, quod præcipue apparet ex *Decretis Comit. de anno 1500. §. item* iſt auch angeſehen & passim item de *ao. 1542. §.* und nehmlich ſollen §. und dieweil nun/ & §. und zu dieſen Chur-Fürſtlichen 61. ubi dicitur: Daß zu ſolchem Chriſtlichen Mittel-Werck ſollen auch alle Stifft / Capitul / Clöſter / Ordens-Leute / Kirchen / der Kirchen Fabriken und Spitäl / ſie ſeynd in Städten oder anders wo / Geiſt- und weltliche Brüderſchafften / und alle andere geiſtliche Verſamlungen / Communen und Clauſen / von Männern und Frauen / ſie ſeyn exempt oder nicht / ihre Steuer und Anlage geben / in Betrachtung / was ihnen an Handlung / des Chriſtlichen Glaubens und Nahmens / davon ſie auch ihre Würde / Einkommen und Unterhaltung haben / gelegen iſt. Hæc tamen univerſa non aliter admittenda cenſet Hunn *Encyclop. p. 5. c. 4. n. 14,* quam in ſubſidium atque eo caſu, quo facultates viresque Laicorum deficiunt, nec ad onera iſta ſuſtinenda ſufficiunt, per expreſſ. text. *in c. non minus 4. & c. 7. X. de immunit. Eccleſ.* Cano- 74.
nes quoque ſtatuunt, inconſulto ſummo Pontifice hæc ſubſidia ab Eccleſia non eſſe præſtanda, ſed ejus autoritatem, conſenſum ac juſſum intervenire debere, juxta expreſſ. aſſertum *c. 7. X. de immun. Eccleſ. & c. 3. eod. in 6.* Neque ad Contributiones has conferendas à Magiſtratu laico Eccleſiam cogi poſſe, ſed hoc ad munus ſpectare Eccleſiaſtici Magiſtratus per *d. c. 7. X. de immun. Eccleſ.* ſtatuendum videtur, quæ omnia ex ratione identitatis penes nos ad Principes Aug. Confeſſ. applicari poſſunt. Jung. Dn. Carpz. *l. 2. Juriſpr. Conſiſt. def. 308. & ſeq.* ubi per rationes ex Jure divino, Canonico & Civili deſumptas demonſtrat, quod nec vectigalia, neque tributa de bonis Eccleſiaſticis exigi poſſint, in tantum, ut ne quidem Collectis extraordinariis templum gravari queat, excepto ſummo neceſſita-

 tis

tis caſu, ubi tamen, antequam onus inſolidum templo imponatur, circumſtantias probe ponderandas eſſe monet. Miniſtri itidem Eccleſiæ Occaſione templi muneribus præcipue perſonalibus gravandi non ſunt, ne Officii autoritati & otio ad ejus adminiſtrationem neceſſario quicquam decedat, *l. 6. l. 52. C. de Epiſc. & Cler.* quod Elector Saxon. *in Ord. Eccleſ. ſub tit.* von immunitatibus und Freyheiten / bene obſervavit §. Darneben aber unſere Kirchen-Diener in Städten und Dörffern aller Perſöhnlichen Bürden und Wachen / Gerichts-Folche und ſonſten vor ihre Perſohnen verſchonet bleiben. Conſentit *Ordin. Provinc, Ducat. Goth. p. 1. cap. 5.* von immunitäten und Befreyungen der Kirchen- und Schul-Diener und dereſelben Wittwen / ubi inſignia miniſtris Eccleſiæ ſunt conceſſa privilegia, quæ tamen ad onera realia extendi nequeunt, ab his enim nullam immunitatem habent. Balduin. *de caſ. Conſc. lib. 4. c. 12. c. 14. in fin.* Carpz. *lib. 2. Jurispr. Conſiſt. def. 311.* De his tamen Clericorum privilegiis & immunitatibus in *addit. hujus noſtri Tractat.* cum DEO agendum erit.

75. Immunitatem Templorum denique excipit *Jus Parochiale* ratione templi in Parochianos competens. Nam ſicut in cauſis ſecularibus domicilium tum quoad commoda, tum etiam quoad onera attenditur: Ita quoque idem in Eccleſiaſticis obſervatur, ut non nuda tantum habitatio, ſed domicilium in certo quodam loco legitime conſtitutum faciat, quem Templi, quod ibi eſt Parochianum,
76. qui German. dicitur ein Eingepfarrter. Unde Parochia, vel Græco idiomate παροικία, quæ vox juxta ſuum Etymon nihil aliud denotat. quam viciniam, Petr. Greg. Tholoſ. *in Synt. Jur. Univ. l. 15. c. 24.* παροικίαν quoque dixerunt territorium vel regionem univerſam, quæ ſub Epiſcopo Civitatis erat alias ἐνορίαν nominatam, atque hoc modo differt à Diœceſi, quæ complexionem plurium Provinciarum ſub Patriarcha denotat. Vid. Dn. Zigler. *ad Inſt. Jur. Canon. lib. 1. tit. 3. §. 6. it. lib. 2. tit. 18. §. 8.* Hic vero nihil aliud deno-
77. tat, quam locum certis limitibus conſtitutum, in quo degit populus cuidam templo deputatus, Dn. Ungep. ad Decret. *tit. de Paroch. n. 2. ibique alleg.* Petr. Rebuff. Diſtrictum autem hunc propterea Parochiam dici tradit Scunck. *in Synopſ. Jur. Canon.* quod in vicinia Templorum majorum, quæ Dom-Kirchen vulgo appellantur, po-

ſita

ſita ſit, Germ. vocatur ein Kirchſpiel oder Pfarre. Sunt autem propterea Parochiæ receptæ, ne vagæ ſint expeditiones actuum miniſterialium. Quare Eccleſiæ miniſtri extra ſuam Diœceſin, vel potius Parochiam actus miniſteriales neutiquam exercere, vel etiam alterius Templi auditores ad Confeſſionem, abſolutionem & communionem admittere poſſunt vel debent, teſte Gerhard. *in loc. de Miniſter. Eccleſ. ſect. 7. §. 117.* & Carpzov. *lib. 1. Juriſpr. Conſiſt. def. 68. n. 2.* Jura autem Parochialia hæc fere ſunt, quod Parochianus in ſua Parochia abſolutionem petere & ſacramenta percipere debeat, qua de re jam *c. 8. n. 105. & ſeq.* fuſius actum eſt. Porro benedictio Sacerdotalis in matrimonio à Parocho petenda eſt. *c. 12. X. de pœnit. & remiſſ.* Gutierez. *quæſt. Canon. lib. 1. q. 29.* In ſua quoque quilibet eſt ſepeliendus Parochia. Præſtat enim ad evitandas Parochorum contentiones in ſepeliendo defuncto illam potius præferre Parochiam, in qua quis habitavit & pietatem perceptione Sacramentorum coluit, quam in qua per exiguum aliquod tempus commoratus eſt. Et quamvis publice interſit, defunctorum corpora ſepeliri. *l. 43. ff. de religioſ.* non tamen ita intereſt, ut quis in aliena Parochia ſepeliatur, cum in propria ſepultura haberi queat. Dn. Zigler. ad Jus Canon. *lib. 2. tit. 24. §. 7.* Quamvis quandoque tutius ſit, in loco, ubi quis defunctus eſt, ſepulturam inſtituere, quam vel ipſum corpus defuncti vel etiam ſuperſtites periculo translationis exponere. Dn. Zigler. *cit. loc. §. 8.* Reliqua jura Parochialia conſiſtunt in Oblationibus olim in templo à Parochianis factis, cui hodie ſucceſſit Collectio des Cymbel-Geldes/ vid. *cap. ult.* it. in præſtatione decimarum itidem *in cap. ult.* propoſitarum, contributione ad Templorum fabricam & alimentationem, ut & in præſtatione operarum Templis exhibendarum, de quibus omnibus in cap. 5. hujus Tractat. actum eſt. Quam maxime vero jus Parochiale ſpectatur in conſenſu Parochorum ad vocationem novi Paſtoris, quæ munus totius Eccleſiæ eſt, requiſito. Carpzov. *l. 1. Juriſpr. Conſiſt. def. 30.* Nam cum ex triplici ſtatu conſtat Eccleſia, Eccleſiaſtico ſcil. ſub quo Paſtores, Politico, ſub quo Magiſtratus ſecularis & populari, ſub quo quilibet de populo ſive auditores comprehenduntur, ſingulis quoque ſuæ partes in vocatione debentur, ita

78. 79. 80. 81. 82.

ita ut Eccleſiaſticus ſtatus conſulat de perſona idonea, popularis approbet & Politicus decernat. Vid. Reincking. *de R. S. & Eccleſ. lib.* 83. *3. Cl. 1. c. 6. à n. 1. usq; ad 18. ibiq; plures allegati.* Denique licet habitatio Parochianum non efficiat, ſi quis tamen diutius in aliqua Parochia verſetur, ea cumprimis, quæ usque ad reditum in propriam differri nequeunt, ibidem peragere poterit. Dn. Struv. *Ex ad Pand. 9. th. 39.*

CAPUT XI.

De

Differentia bonorum ád Templa ſpectantium eorumque origine & reditibus Papalibus.

Summaria.

1. *Tranſitus ad Jura bonorum Templis inſervientium inſtituitur.*
2. *Ea occaſione bona Templorum dividuntur.*
3. *Res ſacræ deſcribuntur.*
4. *Æſtimantur (1) ex forma conſecrandi.*
5. *(2) Ex perſona conſecrantis.*
6. 7. *Ad res ſacras referuntur (1) Templa & Martyria.*
8. *(2) Vaſa & Veſtimenta ſacra.*
9. *Vocabulo Donariorum quid contineatur?*
10. 11. 12. 13. 14. *(3) Ad res ſacras Menſa quoq; & alia referuntur.*
15. *Illuſtrat Cujac. qua ratione panes civiles ædibus jungantur?*
16. *Ad bona Eccleſiaſtica pertinent quoq; bona Menſalia.*
17. *Dupliciter bona menſalia conſtitui poſſunt.*
18. 19. *Ut Bona ad Eccleſiam reverſa menſalia fiant, duo requiruntur.*
20. *Exempla bonorum per pacificationem Oſnabr. Menſa incorporatorum referuntur.*
21. 22. 23. *Bona ſub qualitate certa ab Eccleſia conceſſa, ſunt in triplici differentia.*
24. 25. 26. *Hanc ſententiam rejicit Bocer.*
27. *Sed & hæc ſententia rejicienda eſt.*

28. Re-

28. Rectius feudum Eccleſiaſticum dicitur, quod in re Eccleſiaſtica conſtibuitur.
29.30. Ad illud conſtituendum duo requiruntur.
31.32. Perſonæ conferentes feudum Eccleſiaſticum recenſentur.
33. Pontifex adhibet conſilium cardinalium.
34. De Origine, numero & officio cardinalium relative agitur.
35.36.37.38.39. Pontifex ſibi quoque vindicavit Poteſtatem conſtituendi Epiſcopos.
40.41. Capitula Juris Canonici hic nullam merentur fidem.
42. Pontificem in conſtituendis feudis Prælati excipiunt.
43.44.45.46. Prælati Imperii quinam dicantur?
47. In rebus infeudari ſolitis laxior Prælatis competit poteſtas.
48. Illas etiam citra Capituli conſenſum denuo in feudum dare poſſunt.
49. Prælatus tamen Eccleſiæ utilitatem intendere debet.
50. Capitulum quoq; ſede vacante res in feudum dare poteſt.
51. Explicatur, quando res dicatur infeudari ſolita?
52. Penes Proteſtantes Status Aug. Conf. feuda conſtituunt.
53. Feuda Eccleſiaſtica alia Regalia ſunt, alia non.
54.55. Vox Inveſtituræ antiqua eſt.
56. Inveſtitura feudorum Eccleſiaſticorum olim eſt facta per baculum & annulum.
57.58. Explicatur, quid per baculum & annulum denotatum fuerit?
59.60. Circa ſymbolum variatum fuit.
61. De Inveſtiturarum ritibus hodiernis relative agitur.
62. Reliqua feuda Eccleſiaſtica dicuntur Krumb Stabs-Lehn/ ubi de ratione denominationis.
63. Nonnulli feudum Eccleſiaſticum, ſed minus recte pro imperio habent.
64. Demonſtratur, quod in bonis Eccleſiaſticis Emphyteuſis conſtitui poſſit.
65. Diſtingvitur Emphyteuſis in Civilem & Eccleſiaſticam.
66. Interpretes differentiam quoad tranſactionem ad heredes ſtatuunt.
67. Illa tamen refellitur per Nov. 120.
68. Etiam Eccleſiaſtica Emphyteuſis ad heredes tranſit.
69.70. An Emphyteuſis Eccleſiaſtica ſimpliciter conceſſa?
71. Pœna in eum, qui rem Eccleſiaſticam in Emphyteuſin datam vel deterioravit, vel intra biennium Canonem non ſolvit, conſtituta.
72. Quænam ſint bona Eccleſiaſtica cenſitica?

Digitized by Google

73. *Precaria unde dicatur? Ratio denominationis additur.*
74. *Varie ſumitur vox Precaria.*
75. *Hic ſumitur pro rei Eccleſiaſticæ uſu fructu.*
76. *Dicitur alias Præſtaria, Beoth.*
77. *Precaria, quat. conceſſionem rei Eccleſiaſticæ denotat, deſcribitur.*
78. 79. *Quatenus pro jure ſumitur precaria definitur.*
80. 81. 82. *Origo precariarum expenditur.*
83. *Jam tum tempore Leonis & Anthemii obtinuerunt Precariæ.*
84. 85. 86. *Propter quas cauſas conſtituantur.*
87. 88. *Penes Status Evangel. religionis Principum & eorum, qui jura Epiſcopalia exercent, conſenſus ad conſtitutionem Precariæ requiritur.*
89. *Precaria non niſi locupleti concedenda eſt.*
90. *Ratio hujus diſpoſitionis proponitur.*
91. *Objectum Precariæ ſunt etiam res mobiles.*
92. *Non illæ, quæ per uſum conſumuntur.*
93. *Sed quæ ſalva ſubſtantia alicui uſum præbent.*
94. *Præcipue in rebus immobilibus Eccleſiaſticis precariæ conſtituitur.*
95. *Conſtituitur tam ſine, quam cum penſione.*
96. *Intra quinquennium eſt petenda renovatio precariæ.*
97. *Quandoq; precaria ad tempus, quandoq; ad vitam, quandoque in perpetuum conceditur.*
98. *Prima formula Precariarum.*
99. *Altera formula refertur.*
100. *Quid ex his formulis obſervandũ?*
101. *Penes Proteſtantes quoq; Precariæ obtinent.*
102. *Bona Eccleſiaſtica contractum libellarium rejiciunt.*
103. 104. 105. *Libellarius contractus quid ſit?*
106. *Æquitas poſtulat, ut ad Templorum conſervationem bona congrua adſint.*
107. *Lege Moſaica prohibitum non fuit res ſuas Domino conſecrare.*
108. 109. 110. *In Republ. Sacra abſque bonis ſufficientibus neq; inſtitui, neq; continuari poſſunt.*
111. 112. 113. *Mortuis Apoſtolis fideles bona neceſſaria pia devotione ſubminiſtrarunt.*
114. *Huc referri poſſunt oblationes olim à fidelibus factæ.*
115. 116. 117. 118. 119. 120. *Hoc modo oblata pertinebant ad curam Diaconorum.*
121. *Seculo V. Chriſtianorum Imperatorum munificentia rarior fuit.*
122. *Seculo IX. nimia liberalitas Caroli M. in Eccleſiam extitit.*
123. *Ejus Exemplum ſecuti ſunt alii divites nobiles & continuavit* **Ludov. I.**

124.

124. 125. 126. 127. 128. Poſt tempora Ludov. bona quid. attrita, ſed tempore Ottonum aucta ſunt.
129. Archi-Cancellariorum Imperii Inſtitutio relative proponitur.
130. 131. 132. Referuntur alii modi, quibus bona Epiſcoporum aucta ſunt.
133. Tres Principaliores referuntur.
134. Purgatorio introducto, etiam oblationes pro liberatione excogitæ ſunt.
135. Hoc modo Clerus profuſis donationibus locupletari cœpit.
136. Confirmatur ex Sigonio & Burgoldenſ.
137. Propter Purgatorium indulgentiæ introductæ ſunt.
138. Indulgentiæ etiam propter committenda.
139. Literæ indulgentiarum propter Sorbig. Eccleſ. conceſſæ proponuntur.
140. Nomen indulgentiarum quid olim denotarit?
141. 142. 143. Poſtmodum in diverſo ſignificatu acceptum eſt.
144. Unde dicantur Annatæ & quid ſint?
145. Prætextus Annatarum fuit expeditio in terram Sanctam.
146. 147. Poſtmodum ſimiles exactiones inſtitutæ ſunt.
148. 149. Origo Annat. Johanni VII. adſcribitur.
150. Platina Bonifacio IX. adſcribit.
151. Imperator Albertus II. Annatas prohibuit.
152. Nonnulli Annatas ex decima decimarum V. T. defendunt.
153. Hoc principium tamen negatur.
154. 155. Ulterius confirmatur, quod Annatæ tollendæ ſint.
156. Hinc Germanorum prodierunt Querelæ
157. 158. 159. In Comitiis Noribergenſibus. A. 1523. de Annatis conqueſti ſunt Ordines Imperii.
160. 161. Ad reditus Papales pertinet redemptio pallii, quod olim fuit genus Imperatorii indumenti.
162. Hildebrandus introduxit, ut Archi-Epiſcopi pallium Romæ peterent,
163. Pallium fuit ornamentum in ſignum plenitudinis Epiſcopalis conceſſum,
164. Materiam & formam Pallii deſcribit Dn. Strauch,
165. Archi-Epiſcopis & Metropolitanis hoc pallium competit,
166. Regulariter Epiſcopis pallium non datur,
167. 168. Priſcis temporibus accepturus pallium fidem ſuam Patriarchæ exponere debuit.
169. Deniq; Pontifex ſtatuit pretium hujus pallii, quod in immenſum crevit,
170. Hinc prodierunt querelæ Germanorum de pallii nundinatione,

præcipue quoad ſedem Moguntinam.
171. Verba querelæ ipſa referuntur.
172. 173. Notabilia Archi-Epiſcopi Jacobi referuntur verba.
174. Proteſtantes ab his exactionibus Papalibus immunes ſunt.
175. Indulgentiæ in terris Proteſtantium rejectæ ſunt.
176. Annatæ Proteſtantes non amplius obſtringunt.
177. Idem obtinet in Pallio.
178. Confirmantur hæc omnia per Pacif. Oſnabr..
179. Intereſt Imperii ab hoc onere etiam Catholicos ſtatus liberare.

1. PRo inſtituti ratione jam propoſita ſunt illa, quæ templum ejusve immunitates concernunt, ut reſidua ſint jura circa bona Templorum & res Eccleſiaſticas occurrentia. Quia vero hæc jura ſufficienter explicari nequeunt, niſi conſiderata diverſitate bonorum Eccleſiaſticorum eorumque origine, ideoque de illis ab initio agendum erit.
2. Sunt vero bona Templorum in multiplici differentia. *Alia enim mobilia, alia immobilia* ſunt, inter immobilia iterum quædam *directe* ad cultum divinum ſpectant, quædam vero *ad ſuſtentationem Miniſtrorum Eccleſiæ* conducunt, quæ regulariter bona Eccleſiaſtica dicuntur, Germanice Stiffter und Kirchen-Güther. Denique etiam alia certa qualitate ab Eccleſia Laicis conceduntur, ut ſunt *feudalia, Emphyteutica ; cenſitica* & quæ in *precariam* dantur. De ſingulis nonnulla monenda veniunt.
3. Res, quæ directo & ſimpliciter ad divinum cultum ſpectant, dicuntur ſacræ & deſcribuntur *in §. 8. Inſt. de rer. diviſ.* quod ritè per Pontifices DEO conſecratæ ſint. Quæ definitio duo maxime præ-
4. ſupponit; Formam conſecrandi, & perſonam conſecrantis. Formam indicat particula, *rite*, id eſt, ſolenniter, more & inſtituto majorum, publice non privatim. *l. 6. §. ſacra 3. ff. & l. 9. pr. ff. de diviſ. rer.* Quo ritu vero inauguratio Templorum facta fuerit & adhuc fiat ex *cap. 6.* hujus Tract. fuſius patet, de ritu veteri conſecran-
5. di agit Alex. ab Alex. *6. Genial. dier. 14.* Perſonæ conſecrantes apud Romanos erant Pontifices, ita dicti à ponte publico, quem, quod ſacer æſtimaretur, in aliqua parte labantem ſolis Pontificibus reficere licebat, cæſa victima & ſacrificio peracto. *Num ad d. §. 8. Inſt. de rer. diviſ.* Quinam vero penes Nos perſonas conſecrantes conſti-

Digitized by Google

ſtituant, itidem *ex cap. praeced. 6.* fuſius patet. Tales res ſacræ ſunt 6.
(1) ipſæ Eccleſiæ ſeu ædes ſacræ, ſive templa, de quibus hactenus. Quorſum referuntur *Martyria* i. e. loca, in quibus conventus aguntur ad Martyrum memoriam celebrandam, quæ loca ſancti Patres appellarunt memorias, ut ex Auguſtino obſervavit Cujac. *in Paratit. C. de SS. Eccleſ.* Oratoria, Monaſteria & Aſceteria hoc eſt domus tam Monachorum, quam Sanctimonialium, quas vulgo moniales vocant. Denique omnia loca & ædificia ad pios uſus v.g. alendos, 7.
refocillandos & curandos pauperes Orphanos, ſenes, ægrotos, debiles deſtinata, in ſumma quibusvis miſerabilibus perſonis, quæ ſibi ipſi proſpicere nequeunt, receptaculum præbentia. Rittershuſ. *in Expoſ. Nov. p. 1. c. 8. n. 9.* (2) Rerum ſacrarum numero continen- 8.
tur vaſa & veſtimenta ſacra, quorum in cultu divino peragendo uſus aliquis eſt, ſive quæ ad divinam religionem neceſſaria ſunt, ut ait Imperator *in l. ſancimus 21. C. de SS. Eccleſ.* & hæc à Juſtiniano *in d. §. 8. Inſt. de rer. diviſ. Donaria* vocantur; Quo verbo veſtes, vaſa, 9.
aliaque utenſilia divino cultui dicata & conſecrata denotari, probat *d. l. 21.* Neque hoc contra uſum Latinorum ſcriptorum eſt. Nam quæ Græci ἀναθήματα ab ἀναθεῖναι appellant, quod dicata Diis è tholis, columnis aut parietibus templi ſuſpenderentur, ea Latini donaria dixerunt. Hinc apud Macrob. *3. Saturn. 11.* legimus: *Ornamenta ſunt clypei, coronæ & hujusmodi donaria.* (3) Ad res ſacras 10.
quoque pertinent, quæ ad ornatum ædium ſacrarum cultusque divini pertinent, ut ſunt imagines & menſæ ſacræ, quæ in multis Eccleſiis & aureæ & argenteæ & gemmis pretioſis ornatæ ſunt. Rittershuſ. *cit. loc.*

Eccleſiaſtica verò bona illa dicuntur, quæ vel ad conſervatio- 11.
nem Templorum & ſuſtentationem Miniſtrorum Eccleſiaſticorum ſolvuntur, ut ſunt decimæ, quæ alias poſſeſſiones ipſius DEI *c. revertimini 65. c. 16. q. 1.* vocantur, de quibus in *capite ſeq.* Vel etiam 12.
jamdum in patrimonio vel dominio Eccleſiæ, monaſterii, aliorumve piorum locorum ſeu Collegiorum ad pios uſus fundatorum conſtituta ſunt. Talia prædia ſunt agri, vineæ, prata &c. quæ ad templa vel alia pia, religioſa ac venerabilia loca pertinent, ſive illa ſint urbana ſive ruſtica. His annumerandi veniunt coloni & mancipia ruſtica, per quæ prædia iſta excoluntur atque à Julian. *in Epit.*

Digitized by Google

Nov. membra rerum immobilium nominantur. It. annonæ, quas
13. alias panes civiles vocant, Rittershuſ. *tit. c. 8. n. 11.* Sunt verò *Pa-*
nes Civiles certi reditus quibusdam præmii vel ſalarii loco, aliave ex
14. ratione in panibus, frumento, aliaque annona præſtiti. Alciat. *Pa-*
rerg. l. 8. c. 5. Illi panes civiles quoque annonæ dicti in dotem dari
poterant. *l. fin. §. fin. C. de jur. dot.* item legari *l. 12. C. de hered. inſtit.*
Unde etiam cum inter immobiles res per *Nov. 7. in præfat.* nume-
rentur, ſi Eccleſiæ vendantur, ad bona Eccleſiaſtica immobilia re-
ferri poterunt. Quin & eos in feudum dari poſſe interpretum
conſenſu receptum eſt, vid. Zaſ. & Sonsbec. *de feud. alleg.* à Dn.
15. Struv. *in Diſſert. de annon. th. 13.* Cujac. quoque *lib. 26. Obſerv. 17.* pa-
nes hoſce civiles *in d. l. fin. §. ult. C. de jur. dot.* rectè ædibus jungi
aſſerit, quia ædibus cohærent, quas poſſident Cives Romani atque
adeo emptorem ædium ſeqvuntur. *l. 1. l. 11. 12. & 13. C. Theod. de ann.*
Civil. &c. Quo in titulo *ædificiorum panes* vocantur, ad differentiam
eorum, qui perſonarum ſunt.

16. Denique bonis hiſce Eccleſiaſticis annumerari poſſunt Bona
menſalia Epiſcoporum, Germanicè Biſchöffliche Tiſch- und Tafel-
Güther / quæ ad uſum Eccleſiæ & ſuſtentationem Epiſcoporum
conſtituta ſunt, quorſum etiam referuntur bona, quæ olim quidem
in feudum conceſſa, poſtea tamen ad Eccleſiam reverſa & de men-
17. ſa ejuſdem effecta ſunt, quod dupliciter fieri poteſt, vel *expreſſe*,
ſi bona ſpecifice ab Epiſcopo menſæ Eccleſiæ denen Tiſch-Güthern
incorporata fuerint, vel etiam *tacite* ſi eodem jure, quo bona men-
ſalia, bona quoque Eccleſiæ aperta, in eodem calculo & iisdem ra-
18. tionibus poſita & per eundem adminiſtratorem tractentur. Hinc
ut de menſa Epiſcopi bona effecta intelligantur Dd. præprimis *duo*
requirunt (1) ut Eccleſia vel Prælatus, ad quem feudum apertum
rediit, ſe declaret, quod iſtud ſuis uſibus reſervare velit (2) ut per
officiales ſuos res iſta regiſtro reliquarum rerum Eccleſiaſticarum
19. adſcribatur. Quod ſi neutrum horum appareat, ſed ex juſta qua-
dam cauſa Epiſcopus feudum devolutum hactenus poſſederit v. g.
ut vel bonum Vaſallum inveniat, vel eventum belli expectet, men-
ſæ ipſius non cenſentur incorporata bona, licet longo tempore ab
Epiſcopo poſſeſſa fuerint. Schneidvv. *de Feud. p. 3. n. 45. & ſeq.*
Exempla bonorum Eccleſiaſticorum Menſæ Principis incorporan-
dorum

Digitized by Google

dorum offendimus in Inſtrument. Pac. Oſnabr. *art. XI. §. 1.* Ubi cum Domui Brandenburgicæ Epiſcopatus Halberſtadienſis, ſub titulo Ducatus concederetur, inſimul permiſſum fuit, quartam partem Canonicatuum (excepta præpoſitura) extingvere, eorumque reditus Menſæ Epiſcopali incorporare, quod *§. 9. & ſeq.* de Archi-Epiſcopatu Magdeburgenſi repetitum.

Bona denique quæ ſub certa qualitate ab Eccleſia conceduntur, ſunt *(1) Feudalia (2) Emphiteutica* it. *Cenſitica & (3)* quæ in *precariam* ab Eccleſia dantur. Bona feudalia Eccleſiaſtica quænam dicantur, inter Feudiſtas nondum ſufficienter conſtat, diverſæ namque hac in re ſe offerunt ſententiæ. Primo enim Schrader. *de feud. p. 2. c. 3. n. 17.* cum Schneidvv. Contio & Sonsbec. ad *conditionem Vaſalli* reſpicit, illudque feudum Eccleſiaſticum vocat, quod vel Eccleſia vel perſona Eccleſiaſtica poſſidet, etiamſi à Domino ſeculari in re ſeculari conceſſum habeat. Fundamentum ſuæ aſſertionis petit ex text. 2. *F. 40. §. 1.* ubi beneficium, quod Clericus veluti Epiſcopus vel Abbas, non ſolummodo perſonas, ſed & Eccleſiæ conceſſum habet, Eccleſiaſticum beneficium dicitur. Verum hanc ſententiam merito rejicit Bocer. *in tract. de qual. feud. c. 2.* & quidem ex ea ratione, quod *in c. transmiſſa 6. X. de for. Compet.* ſeculare feudum Pontifex illud nominet, quod Clericus à Domino ſeculari poſſidet. Neutiquam repugnante *d. c. 40.* ad quod, poſt Alvarot. Schenck. Baronem & Hottoman. reſpondet cit. Bocer. Quamvis enim ibidem beneficii Eccleſiaſtici, quod Clericus à rege habet, non perſonæ tantum, ſed & Eccleſiæ dati mentio fiat; Nomine tamen beneficii Eccleſiaſtici neutiquam feudum Eccleſiaſticum, ſed munus potius ſive officium prælaturæ, quo fungitur Clericus, intelligitur. Et hoc exinde apparet, quod licet Clericus feudum ſua culpa amiſerit, nihilominus beneficium Eccleſiaſticum retinere dicatur. Neceſſe igitur eſt, aliud eo in loco eſſe ipſum feudum, quod culpa ſua Prælatus amiſit, aliud vero beneficium Eccleſiaſticum, quod adhuc habet, unde etiam dicitur: Eccleſiaſticum beneficium vel honor.

21.
22.
23.
24.
25.

Secundo igitur alii ex *ſola conferentis perſona* feudum Eccleſiaſticum æſtimant, quod perſona Eccleſiaſtica in bonis ſive Eccleſiæ, ſive propriis conſtituit. Pro qua ſententia adducunt *text. 1. F. 6. & 1.* 26.

F. 9.

F. 9. in verbis: *Niſi fuerit facta ab aliqua Eccleſiaſtica perſona.* Ex quibus extorquere conantur, omne feudum, quod à perſona Eccleſiaſtica datur, Eccleſiaſticum eſſe. Verum Clerici ſi quæ habent
17. bona, illa non aliter poſſident, quam Laici *arg. l. 3. C. de Epiſc. & Cler.* ibique Dd. Conſtituta igitur feuda in bonis propriis Clericorum æque ac à Laicis conceſſa ſecularia erunt innuente hoc Feudiſta *2. F. 35. in pr.* Vult. *de Feud. lib. 1. c. 8. n. 19.* Ex textibus vero adductis nihil amplius colligi poteſt, quam hoc ſolum, quod perſonæ Eccleſiaſticæ feuda dare poſſint. Quod ſane nemo negabit. Inde tamen, quod omnia Feuda, quæ à perſona Eccleſiaſtica con-
28. ſtituuntur, Eccleſiaſtica ſint, minime ſequitur. Quare tertio rectior eſt ſententia ab *ipſis rebus* differentiam inter feudum ſeculare & Eccleſiaſticum petens, ita ut illa bona feudalia Eccleſiaſtica dicantur, quæ in re Eccleſiæ ab illis, qui hiſce rebus præſunt, legiti-
29. me conſtituuntur. Quapropter duo ad hoc, ut Eccleſiaſticum feudum dicatur, conjunctim requiruntur. *Primum* eſt, ut à perſona Eccleſiaſtica, cui conferendi feudum poteſtas data eſt, collatum ſit, *1. F. 6. in pr.* *Alterum* ut feudum in bonis Eccleſiæ conſtituatur. Nam ſi Clericus in allodio ſive propriis bonis feudum alicui concedat, non Eccleſiaſticum, ſed ſeculare dicitur. *d. 2. F. 35. in pr.* Quænam autem ſint bona Eccleſiæ ex noſtro diſcurſu fuſi-
30. us patet. Et licet in ſacris nullum conſtitui poſſit feudum, res Eccleſiaſticæ tamen utilitate Eccleſiæ ſvadente & certarum ſolennitatum, quæ in *cap. ſeq.* referuntur, interventu, uti alio modo alienari, ita etiam in feudum de novo dari poſſunt. Quod ſi vero res jam fuerint infeudari ſolitæ, etiam abſque ſolennitatibus hiſce in feudum concedi queunt, ut conſtat ex *c. 2. de Feud.* Excipiuntur Tituli in quibus Feudum conſtitui nequit, uti jam antea *in prior. cap.* dictum eſt. Quid in decimis obtineat, & an in feudum dari queant, ex *cap. ſeq.* conſtabit.

31. Quare miſſo objecto feudi Eccleſiaſtici perſonæ conferentes conſiderandæ ſunt. Inter illas vero eminet penes Pontificios Papa, ipſum excipiunt alii Prælati imo & Capitulum ſede vacante. Et
32. quidem Pontificem quod attinet, ipſi poteſtatem conſtituendi feudum in bonis Eccleſiaſticis tribuunt omnes Pontificii unanimiter. Quapropter Auguſt. Barboſa in *c. 20. Cauſ. 12. q. 2. n. 5.* ſcribit, quod ſum-

ſummus Pontifex ex juſta cauſa libere & licite de omnibus rebus Eccleſiæ diſponere poſſit, & Matth. de affličt. *in tit. de his, qui feud. dar. poſſ. n. 6.* Papam cum omni Prælato in poteſtate & jurisdictione concurrere, adeóque Eccleſiarum bona infeudare poſſe aſſerit. Quam ob cauſam ipſum dominum rerum Eccleſiaſticarum vocat *d. l. n. 7.* Sicut vero in aliis rebus arduis, ita etiam in infeudatio- 33.
nibus majoris momenti Pontificem Cardinalium, quorum poſt Papam in Eccleſia Romanâ ſumma dignitas eſt, Sithmann. *de Jur. Epiſc. c. 1. n. 46.* Conſilium adhibere ſtatuunt. Quapropter in Concordatis Principum Germaniæ cum Pontifice Nicol. V. quæ in lingva Germanica penes Goldaſt. *Conſtit. Imper. tom. 1. p. 211.* exſtant, *cap. 1. n. ult.* hæc habentur: Alle dieſe erzehlte Lehn / ſo damals ledig / oder in Zukunfft verlediget würden / behält ihm der Pabſt zu verordnen / zu verſchaffen und zu verſehen / aus Apoſtoliſcher Gewalt / und ſeiner Brüder der Cardinäle Bewilligung. De officio horum Cardinalium, 34.
numero & Origine plura penes Matth. Stephan. *de Jurisd. lib. 3. p. 1. c. 5. per tot.* & Sithman. *de Jur. Epiſc. d. c. 11. n. 47. & ſeq.* habentur, ſibi vindicat. Non ſolum autem in feudis, ſed & in inveſtitura Ar- 35.
chi-Epiſcoporum, Epiſcoporum & aliorum prælatorum Pontifex ſummam conſtituendi ſibi vindicat poteſtatem. Ex capite quidem 36.
hujus noſtri Diſcurſus quarto fuſius conſtat, quod ab initio rei Chriſtianæ Epiſcopi à reliquo Clero & populo fidelium electi & conſtituti fuerint, & quod poſt eum & Imperatores & Principes nomen Chriſtianorum profiteri inciperent, paſſim invaluerit conſvetudo, 37.
ut qui Reipublicæ ſumma cum authoritate præeſſent, non temere paterentur aliquem ad Epiſcopatum adſpirare, niſi accedente ipſorum Conſenſu. Quare idem jus etiam exercuerunt Reges Francorum, ut ii eſſent Epiſcopi, quos ipſi ſuo ſuffragio conſtituiſſent. Eadem quoque poteſtate Imperatores Germanos usque ad Henricum IV. quem Gregorius VII. cum ſucceſſoribus ob eam cauſam miris modis exagitarunt, uſos fuiſſe, *cit. cap. quartum* latius teſtatur. Sed turbis demum feſſus ipſius filius Henricus V. juri Epi- 38.
ſcopos conſtituendi & inveſtiendi per annulum & baculum renunciavit, ut Imperatoribus ſola remanſerit poteſtas Epiſcopo electo conferendi regalia & feuda Imperii, adhibito ritu ſceptri, vid. Dn. de Monzamban. *de ſtat. Imper. Germ. c. 5. §. 6.* Conring. *de Conſt. Epiſc.*

Germ. th. 42. præcipue vero harum rerum peritiſſimus ſcriptor O-
39. nuphrius Panvinius *in vita Gregorii VII.* Hinc non ſolummodo dogmata ſuperba Canoniſtarum, quæ refert Carpzov. *ad L. Reg. Germ. c. 2. ſect. 6. n. 20. & ſeq.* Sed etiam veſania nonnullorum exorta eſt, ut imperium Romanum feudum Pontificis & auguſtiſſimum Imperatorem ejus Vaſallum conſtituerint, quod ſane falſiſſimum commentum eſt, ut demonſtrat cum Reink. *lib. 1. de R. S. & Eccleſ. cl. 2. c. 4. & 5.* Dn. Carpzov. *ad Leg. Reg. Germ. c. 2. ſect. 6. & 7.*
40. Neque enim Capitula Juris Canonici in contrarium allegari poſſunt, cum Papa in propriis cauſis contra *l. 10. ff. de teſt.* teſtis eſſe nequeat ac removeantur Clerici, quoties de illorum commodo agitur,
41. juxta Carpzov. *cit. loc.* Neque etiam juramentum ab Imperatore Pontifici præſtitum eſt fidelitatis vel ſubjectionis, ſed protectionis. Daß ſie Päbſtl. Heiligkeit und die Chriſtliche Kirche / als derſelben Advocat, in guten treulichen Schutz und Schirm halten wolten. Quæ protectio & patrocinium potius ſuperioritatem quam ſubjectionem arguit. vid. Erneſt Gockel. *in tract. de Regib. Europ.* & Finckelthuſ. *de feud. diſp. 5. contr. 2.*

42. Pontificem vero excipiunt reliqui Prælati, Archi-Epiſcopi Epiſcopi, Abbates, Præpoſiti & alii Prælatorum nomine venientes, qui vel immediate ab Imperio dependent, vel etiam Statibus Impe-
43. rii ſubjecti ſunt, atque prælati imperii vocantur. Hinc Burgoldenſ. *in not. Imper. p. 1. diſc. 21. membr. 1.* aſſerit, quod hodie prælatorum Imperii nomine veniant ii, qui immediate quidem imperio ſubjecti, partim etiam Principum titulo decorati ſunt, jus tamen ſuffragiorum ſinguli in ſolidum ac par Principibus non habent, ſed univerſi unius ſolummodo Principis vicem ſuſtinent, ut ſunt Abbates exemti, qui nulli Epiſcopo ſubſunt, & in Monachos ſuos eadem jura, quæ Epiſcopi in Clericos exercent, it. Præpoſiti, Abbatiſſæ & Commendatarii quidam Prælatorum titulo à Pauermeiſt. *lib. 2. de Jurisd. c. 1.* enumerati, omnesque in duas Claſſes Svevicam & Rhenanam dividuntur, quarum utraque unum in Comitiis ſuf-
44. fragium fert. Hi omnes etiam cum iis, qui Prælati immediati Imperii non ſunt in rebus Eccleſiaſticis nondum infeudari ſolitis feudum noviter concedere poſſunt, modo juſta cauſa illam conſtitutionem urgeat, illius cognitio interveniat & conſenſus Capituli inter-

terponatur. *l. F. 1. pr. c. ult. X. de feud. & c. un. Extrav. Comm. de reb. Eccleſ. non alienand.* Requiritur quidem in *d. text.* Pontificis Conſilium ad hoc ut res Eccleſiæ nondum infeudatæ in feudum concedi queant. 45. Sed præterquam quod Pontificis circa ſacra & res Eccleſiaſticas poteſtatem non agnoſcamus, ipſi Pontificii tradunt, iſtam extravagantem, uſu indiſtincte non receptam, nec ſemper Conſilium Pontificis neceſſarium eſſe, ſi vel res ſint exigui momenti, vel etiam Pontifex non poſſit commode & facile conſuli, vel ſi conſtet, alienationem neceſſariam ac Eccleſiæ proficuam, aut periculum in mora poſitum eſſe. Andr. Vallenſ. *tit. de reb. Eccleſ. alienand. vel non §. 3. n. 2.* Et hæc ſolennia non tantum in novis feudis in bonis Eccleſiæ conſtituendis, ſed & in reliquis bonis quæ olim infeudari ſolita poſtea ad Eccleſiam reverſa & de menſa ejusdem effecta ſunt, obtinent, teſte Schnob. *Diſp. Feud. 3. th. 13.* 46.

Quod ſi vero res ſint infeudari ſolitæ, laxior prælatis competit poteſtas, neque enim opus habent, ut in earum ulteriori conceſſione ſolennitates Canonicæ adhibeantur, ex ratione manifeſta, quod illarum infeudatio non primum inſtituatur, ſed res ſemel ad infeudationem deſtinata ſolummodo ulterius in feudum concedatur, *d. c. ult. de Feud.* Gail. *2. Obſerv. ult.* 47. Quare etiam citra conſenſum Capituli illa infeudatio fieri poterit, modo attendantur diverſæ locorum conſvetudines hac in re receptæ. 48. Aliis namque in locis Prælati abſque capitali conſenſu feuda in rebus infeudari ſolitis conſtituunt. *1. F. 1. & 6.* Gail. *d. l.* In aliis vero Capituli conſenſus etiam tunc requiritur, maxime ſi cauſa Eccleſiæ diverſa videatur, quam fuit tempore primæ conceſſionis. Gudelin. *de feud. p. 2. c. 1. n. 6.* Quæcunque autem obtineat conſvetudo, ſemper ad officium Prælati pertinere videtur, ut diſpiciat, an magis Eccleſiæ expediat, ut rem reverſam retineat, an melius ſit, ut in feudum denuo concedat, quo poſteriori caſu nihil intereſt, utrum extraneis, an conſangvineis conceſſerit; modo abſque fraude fiat, non obſtante *Nov. 120. c. 5. §. Oeconomus & Auth. Quibuscunque C. de SS. Eccleſ.* Illam enim ſolide explicat Dn. Struv. *in Synt. Jur. Feud. c. 5. aph. 9. num. 5.* 49. Quæ de Prælatis propoſita ſunt, etiam in Capitulo ſede vacante obtinent, ita ut & hoc res infeudari ſolitas in feudum concedere queat, juxta aſſert. Dd. *in d. c. 2. X. de Feud.* limitationem quidem 50.

Digitized by Google

nonnulli adjiciunt, quod non obtineat, ſi Eccleſia ſit cathedralis, ita ut illa ſede vacante res Eccleſiaſticas in feudum concedere ne-
51. queat *per tot. tit. X. ne ſed. vacant. quid innov.* Verum limitatio hæc neque *d. text.* neque rationi convenit. Quare cuilibet Capitulo hoc generaliter concedendum erit. Quando vero res in feudari ſolita dicatur, hoc ex ipſa infeudatione etiam unica ſive ante ſive poſt Pontificis Urbani conſtitutionem *1. F. 6. pr.* ſolenniter facta colligendum erit. Neq; enim hodie hoc tempus attenditur, ſed & illa bona infeudari ſolita dicuntur, quæ ſemel legitime in feudum conceſſæ ſunt. Quod ſi de hac conceſſione non conſtet, communiter tantum temporis ſpatium requirunt Feudiſtæ, cujus initii non extat memoria *ſec. 1. X. de Præſcript. in 6.* Confer. Schrader. *de Feud. p. 4. c. 2. n. 25. & ſeq.* Dn. Richter. *Vol. 1. Conſil. p. 3. Conſil. 21. n. 5. & ſeq.* Alii in hac quæſtione, quæ bona dicantur infeudari ſolita, ad arbitrium judicis recurrendum eſſe ſtatuunt, teſte Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. caſ. 8. n. 5.* Et hæc de Prælatis feuda concedentibus monenda fuerunt.

52. Penes Proteſtantes quid circa conceſſionem feudorum Eccleſiaſticorum obtineat, ex *cap. quarto* hujus diſcurſus patet: Sicut enim jura Epiſcopalia Statibus Auguſtanæ confeſſionis poſtliminio quaſi reſtituta ſunt; Ita quoque illa ipſa in Epiſcopatus, Prælaturas, Monaſteria, Cœnobia, Hoſpitalia aliaque bona Eccleſiaſtica exercent, atque in bonis Eccleſiaſticis feudum vel ipſi concedunt, vel etiam per inveſtituram ad Prælatos ſuos transferunt, ſicque Gubernationem & adminiſtrationem bonorum aliarumve rerum Eccleſiaſticarum ſibi vindicant, ut poſt B. Gerhard. *in loc. de miniſt. Eccleſ. ſect. 5. §. 109.* tradit Dn. Carpzov. *lib. 1. Juriſpr. Conſiſt. def. 6.* Quare ipſorum curæ incumbit, providere, ne cum damno Eccleſiæ bona Eccleſiaſtica diſtrahantur, vel ad uſus profanos transferantur, aut præter neceſſitatem in feuda concedantur.

53. Omnia vero feuda Eccleſiaſtica hactenus propoſita vel regalia, vel ſimpliciter talia ſunt. Regalia Eccleſiaſtica feuda dicuntur Archi-Epiſcopatus, Epiſcopatus & Abbatiæ, quorum conces-
54. ſione inſimul regalia per inveſtituram tribuuntur. Vox inveſtitura antiqua eſt, ut fruſtra Baronius aſſerat, illam Adriani ævo ignotam fuiſſe. Extat enim in Codice Legum Wiſigoticarum,

Lon-

Digitized by Google

Longobardicarum & Capitulari Caroli M. ac Ludovici Pii, ut demonſtrat Dn. Conring. *de Conſt. Epiſc. Germ. th. 35.* Nec uſurpata 55. ſolum eſt in feudorum conceſſione, ſed & in quacunque alia bonorum alienatione & translatione etiam ad Eccleſias, imo ad ratihabitionem & confirmationem electorum Epiſcoporum, quos Rex vel Imperator veſtit, id eſt factam electionem ſuo ſuffragio vel conſenſu confirmat, extenſam eſſe videmus, Conring. *dict. loc.*
Eſt autem inveſtitura illa olim peracta tradito baculo & annulo in 56.
manus Epiſcopi, quo defuncto baculus & annulus à primoribus Civitatis in aulam remittendus erat. Per annulum quidem indi- 57.
cabant Imperatores ſe Epiſcopum Epiſcopatui obſtringere, per baculum vero (vulgo den Biſchoffs-Stab) ſe illi jurisdictionem Eccleſiaſticam de ſacris cum publico quodam Imperio conferre, vid. Hug. Grot. *de Imper. ſumm. poteſt. circ. ſacra c. 10.* Hinc Imperatorii Conſenſus index erat baculus & annulus Epiſcopo traditus.
Poſtquam vero juxta antea dicta Confirmatio Epiſcoporum ad 58.
Pontifices tranſiit, ut Imperatori ſola inveſtitura de regalibus ſceptro expedienda reſervata ſit, illud inveſtituræ genus Henricus V. Calixto III. fulmine ejus bruto adactus ceſſit, ſibique inveſtituram per ſceptrum expediendam reſervavit Dn. de Monzamban. *de ſtatu Imper. Germ. c. 3. §. 6.* quare poſt hæc tempora ab Imperatoribus ad Inveſtituram feudorum regalium Eccleſiaſticorum ſceptrum adhibitum eſt, de quo ita loquitur Speculum Saxonicum *lib. 3. art. 60.* Der Käyſer ſoll leihen allen Geiſtl. Fürſten ihr Recht mit dem Scepter und allen Weltl. Fürſten mit den Fahnen / ex quo etiamnum feuda regalia Eccleſiaſtica dicuntur Scepter-Lehn & feuda regalia ſecularia Fahnen-Lehn. Quamvis circa hæc ſymbola non ſemel 59.
variatum fuerit, teſte Lehmann. *in Chron. Spirenſ. lib. 5. c. 104.* ubi ſequentia tradit: Rudolphus Habsburgenſis habe bey Ermangelung des Scepters Geiſtl. und Weltlicher Fürſten die Lehn ertheilet durch Anrühren eines Crucifix. Etſi vero hæc ita jam dudum obtinuerint, ut etiamnum publicæ inveſtituræ ipſis imprimis Principibus comparentibus hoc modo peragantur, teſte Limn. *de Jur. publ. l. 4. c. 7.* Hodie tamen eum inveſtiendi morem, ſi publica non in- 60.
ſtituatur inveſtitura, haud obſervari videmus. Quare Imperator, ſi præſertim Principes inveſtituras feudorum per Legatos ſuſcipi-

 unt,

unt, indifferenter ſive de Eccleſiaſtico ſive ſeculari feudo inveſtitura fiat, gladium porrigere ſolet, cujus extremum conum Legati oſculantur, idque propterea ut vel Jurisdictionem ſenioris reverenter Principales ſuos agnoſcere vel juſtitiam ſancte adminiſtra-
61. turos ſignificent. De quarum ceremoniarum veritate aliisque inveſtiturarum regalium ritibus more hodierno receptis multa ſingularia proponit Dn. Carpzov. *ad Leg. Reg. German. c. 10. ſect. 9. n. 25. & ſeq.* Add. Dn. D. Gerhard. *Com. Pal. Cæſar. & Conſil. Anhalt.* qui ceremonias in Auguſtiſſimi Rom. Imperat. aula uſitatas noviſſime eleganter propoſuit, ex eoque Dn. Reichenbach. *ſuis annot. ad Schnob. Diſp. feud. 5. th. 18. lit. Y.* inſeruit.

62. Reliqua feuda Eccleſiaſtica dicuntur Krumſtabs-Lehn / Krumſtäbiſch-Lehn / ab Epiſcoporum & Prælatorum, à quibus infeudatio rerum Eccleſiaſticarum dependet, curvo baculo. Knichen. *de veſtit. paction. p. 1. c. 4. n. 33. & 34.* Ille baculus veteribus dicebatur Cambuca vel Camboca uti tradit Joh. Gerh. Voſſius *de vit. ſerm. l. 2.*
63. *c. 2. & ex eo* Dn. Struv. *in Synt. Jur. feud. c. 3. aph. 4. n. 2.* Habent quidem hoc feudum multi pro imperio, illudque natura ſua in fœminas tranſire aſſerunt unde tritum illud applicant: Der krumme Stab ſchleuſt niemand aus / verum hujus aſſerti probatio textu & ratione deſtituitur. Textus ſiquidem juris feudalis fœminas in ſucceſſione feudi excludentes generales ſunt, ut non minus ad Eccleſiaſtica, quam ſecularia feuda pertineant. Hinc & ipſe uſus in plurimis locis repugnat, ubi vero fœminæ admittuntur, id ex ſingulari fieri conſvetudine dicendum eſt, vid. Roſenthal. *Synt. feud. c. 7. concl. 31. n. 6.* & Carpzov. *Diſp. 2. feudal. th. 33.*

64. Hæc circa bona feudalia Eccleſiaſtica notanda fuerunt. Seqvuntur bona Eccleſiaſtica Emphyteuticaria: Quod enim prædia Eccleſiaſtica non prohibeantur in Emphyteuſin concedi, probat *Nov. 7. & Nov. 120.* ut Epiſcopus, Abbas vel Oeconomus prædium Eccleſiæ vel monaſterii vel alterius venerabilis loci ſub lege meliorationis & culturæ pro annua penſione, quæ Canon appellatur, elocare queat. Qui contractus Emphyteuticus vocatur. Ritters-
65. huſ. *ad Nov. p. 1. c. 8. n. 55.* Eſt vero Emphyteuſis alia Civilis, alia vero Eccleſiaſtica. Illa vocatur, quæ in quorumvis privatorum, hæc vero, quæ in rebus Eccleſiæ iisdem ſolennitatibus, quibus feudum

dum conceditur, conſtituitur. Schneidvv. *ad §.3. Inſt. de loc. num. 5.*
Conveniunt vero hæc bona Eccleſiaſtica emphyteutica cum Civilibus ferme per omnia, & quamvis differentiam in hoc conſtituant interpretes; quod Civilis Emphyteuſis perpetua & ad quoſcunque hæredes tranſitoria ſit. *§.3. de locat. cond. l. 1. pr. §. ſi ager vectig. vel Emphyteut. pet.* Eccleſiaſtica vero ad tertiam ſolummodo porrigatur generationem. *Nov. 7. c. 3. pr. & c. 7.* Hæc diſtinctio tamen per *Nov. 120. c. 6. §. 1.* refellitur. Olim quidem non permiſſum fuit prædia Eccleſiaſtica in perpetuam Emphyteuſin concedere, ſed conſtringebatur certis quaſi limitibus perſonarum, accipientis videlicet & duorum duntaxat ſucceſſorum ex filiis, aut nepotibus primi acquirentis *d. Nov. 7. c. 3.* Sed hodie in perpetuum quoque Emphyteuſis extendi poteſt, per *Nov. 120. c. 6. §.* licentiam. Quo jure utimur ut nihil referat, utrum Emphyteuſis Eccleſiaſtica, an Civilis, utrumve ſimpliciter, an vero Emphyteutæ & hæredibus, vel etiam hæredibus quibuſcunque conceſſa fuerit. Semper enim ad deſcendentes omnes tranſire videtur *per §. 3. Inſt. de locat. cond. l. 1. pr. ff. ſi ager. vectig.* &c. cum paciſcentes non ſibi ſolum, ſed & hæredibus ſuis proſpicere intelligantur, *l. 9. ff. de probat.* 66. 67. 68.

Sed num Emphyteuſis Eccleſiaſtica ſimpliciter alicui conceſſa pro ſe & hæredibus non addito ex corpore ipſius natis, tranſeat quoque ad extraneos hæredes Jul. Clar. alleg. à Rittershuſ. quærit & diverſas Dd. refert opiniones, alii namque affirmant, alii negant, quam negativam, tanquam communiorem ſententiam, ipſe approbat & concludit, quod Emphyteuſis Eccleſiaſtica conceſſa alicui pro ſe & ſuis hæredibus ſive cum ſolennitatibus debitis ſive ſine illis nunquam transeat ad extraneos, niſi in inveſtitura expreſſe extraneorum hæredum facta fuerit mentio, vel niſi talia ſint appoſita verba, quæ hoc ipſum important, jung. Cujac. *ad Nov. 7.* & Ritterhuſ. *cit. p. 1. c. 8. n. 57.* In eo tamen differentia recte ſtatuitur, quod Emphyteuta, ſi in Civili, per triennium & in Eccleſiaſtica Emphyteuſi per biennium ceſſaverit ſolvere penſionem, jure ſuo cadat. *l. 2. C. de Jur. Emphyteut.* Hinc *in Auth. Qui rem C. de SS. Eccleſ.* in eum qui rem Eccleſiaſticam in Emphyteuſin datam vel deterioravit, vel inter biennium Canonem non ſolvit ſequens pœna conſtituta eſt (1) ut jure ſuo cadat (2) ut totius temporis præteriti 69. 70. 71.

pen-

penſionem ſolvat, & (3) damnum datum reſarciat. Ex qua Auth. patet non pugnare inter ſe, Emphyteuſin vindicare ut caducam, & præteriti temporis penſionem petere, modo Dominus prius animum, quod expellere velit Emphyteutam, declaret, & poſtea præteriti temporis penſionem petat. Hæc enim ex diverſis cauſis contingunt, cum expulſio fiat ob contumaciam & contemtum, petitio vero penſionum præteriti temporis ex contractu. vid. Dn. Brunnem. *ad cit. auth. Qui rem C. de SS. Eccleſ.* Cum hiſce bonis

72. Emphyteuticis in re Eccleſiæ conſtitutis habent affinitatem bona Eccleſiaſtica cenſitica, Geiſtliche Zinß-Güther / in quibus poſſeſſor plenum habet dominium ita conceſſum, ut Eccleſiæ ſolvat certum annuum cenſum, interim tamen in eo differunt, quod in bonis Emphyteuticis ad Emphyteutam utile ſolum transferatur dominium. Cenſuarius vero plenum habeat, nec cenſum in recognitionem dominii diræcti ſolvat, ſed ex contractu ſolummodo Cenſuali. Plura de hiſce bonis cenſiticis Dn. Struv. *in Synt. Jur. Feud. c. 2. aph. 10. num. 3. & ſeq.* Carpz. *ad Conſtit. Elect. 39. p. 2.* tradunt, quæ videri poſſunt.

73. Tertio ſe offerunt bona, *in precariam* ab Eccleſia conceſſa, quæ conceſſio olim frequentiſſima fuit. Derivatur Precaria à precari ſive precibus, eo, quod ad preces impetrantium concedatur. Quemadmodum enim precarium in jure Civili eſt, quod precibus petenti utendum conceditur. *l. 1. pr. l. 2. §. 3. ff. de precar.* ſic cum olim homines devoti Eccleſiæ prædia ſua ceſſiſſent, & deinde, ut vel ad certum tempus vel quoad vixerint uſumfructum retinerent, ab Eccleſia peterent, conventiones illæ conſvetudine potius, quam jure ab hac ipſa precum impetratione Precariæ appellaræ ſunt. Cujac.

74. *lib. 4. Obſerv. 7.* Frantz. *de Laudem c. 12. n. 2. & 3.* Quamvis vero precaria varie ſumatur, ut vel cujusvis rei etiam pecuniæ uſum precibus impetratum teſte Petr. de Vin. *lib. Epiſt. 3. c. 11.* vel etiam uſumfructum, quem quis ſibi in re alienata retinet, denotet, uti patet ex *Capitul. Caroli in LL. Lombard. lib. 2. tit. 18.* Tamen preca-

75. ria hic pro tali conceſſione, qua ad preces rei Eccleſiaſticæ uſusfructus alicui permittitur, ſumitur. Ludvv. *in Syn. Feud. c. 2.* Quandoque etiam ipſum inſtrumentum, quod ſuper ejusmodi conceſſione conficitur, denotat, ut tradit Cyron. in *Parat. ad Decret. lib. 3. tit. 14.*

Dici-

Dicitur alias Precaria etiam præſtaria. Et quidem præſtaria reſpe- 76.
ctu Epiſcopi vel Abbatis, qui præſtabat h. e. concedebat hoc jus;
Precaria vero reſpectu ejus, cui ad preces hoc jus concedebatur.
Sic fit mentio præſtariæ apud Lehman. *in Chron. Spirenſ. lib. 2. c. 42.*
German. vocatur eine Herren-Gnade/ vel Precarey/ item Beeth/
ceu patet ex libellis, quos vocant Precarey-Büchlein/ Ubi ſæpius
inveniuntur verba: Korn-beeth/Wein-beeth/Mehl-beeth/Tiſch-beeth/
&c. Hoc nomine quoque olim cenſum denotatum fuiſſe teſtatur
Speidel. in ſpecul. ſub verbo Land-beeth/ eo quod non per modum
imperii ſed blanditiis ſubveniri ſibi petierint Principes. Heig. *lib.
1. quæſt. 18. n. 2.* Quatenus autem precaria conceſſionem rei Eccle- 77.
ſiaſticæ denotat, definitur quod ſit contractus quidam, quo preca-
rius veluti uſusfructus prædii Eccleſiaſtici alicui hac lege conceda-
tur, ut de quinquennio ad quinquennium renovetur. Vallenſ. in
Parat. Decr. tit. de prec. n. 8. & ſeq. Quod ſi vero pro jure ſumatur, 78.
jus utendi fruendi re Eccleſiaſtica, tam ad preces quam ultro gratis
aut ſub certa penſione vel ad tempus vel in perpetuum alicui con-
ceſſum, ſtatutoque tempore renovandum, deſignat, cujus ſigni-
ficationis ductu precaria nihil aliud eſt, quam uſusfructus quidam
illi, qui Eccleſiæ rem ſuam donavit, vel in iſta ſola vel in aliis re-
bus Eccleſiæ illius conceſſus. *c. 4. cauſ. 10. q. 2. c. 72. cauſ. 2. q. 12. tit. de
precar. l. 14. §. 5. C. de SS. Eccleſ. Nov. 7. c. 4. Nov. 120. c. 2.* Extenſive 79.
quoque precariæ vox ſignificat Conceſſionem uſusfructus rerum
Eccleſiaſticarum ad certum tempus conceſſarum, ut tradit ex Bignō.
in not. ad Marculph. form. Speid. *in Lex. ſub voc. precaria.*

Origo precariarum Conſvetudini ſive moribus adſcribenda 80.
videtur. Circa quam tamen Interpretes variant. Nonnulli enim
originem & prima quaſi ſemina altius repetunt & ad tempora Ur-
bani Epiſcopi Romani, qui anno Chriſti 227. vixit, referunt, teſte
Bicc. *de Poſſeſſ. 97.* Nonnulli vero precarias recentiores eſſe pu- 81.
tant. Quapropter B. Rhenan. *lib. 2. rer. Germanic.* Originem Pre-
cariarum ad tempora Clodovei Francorum Regis refert, in verbis:
*Poſt victoriam illam ad Tolbiacum præſtantem de Alemannis à Clodoveo ob-
tentam quosdam in illo recenti Chriſtianiſmo res ſuas Eccleſiæ donaſſe & rur-
ſus agros aut domum in beneficii modum recepiſſe ad vitæ ſuæ tempus, non ta-
men citra penſitationem.* Vid. Frantzk. *de Laudem. c. 13. n. 4.* Cujac. de- 82.

nique *lib. 4. Obſerv. 7.* ad tempora Juſtiniani precariarum originem
83. quamvis minus recte refert. Sed quicquid ſit, de hoc ſane ex jure noſtro conſtat, Imper. Leonem & Anthemium Jordane & Severino Conſul. non multis annis ante Clodovei tempora hoc negotii genus remunerandæ donationis cauſa Oeconomis Eccleſiarum permiſiſſe, ut aperte docet *l. jubemus 14. §. ſane 5. C. de SS. Eccleſ.* quam ipſam legem Imperator Juſtinianus poſtmodum approbavit *Nov.*
84. *7. in princ. verſ. hoc igitur & Nov. 120. c. 2.* Introducta hoc modo precaria, ab Eccleſia vel propter bene merita & preces, eo quod æqvũ eſſet, non denegari alicui ad vitam ſuſtentandum uſum fructũ earum rerum, quæ Eccleſiæ obtuliſſet, vel etiam propter utilitatem
85. Eccleſiæ conſtituitur; Ita tamen, ut ſolennitates in alienatione rerum Eccleſiaſticarum alias requiſitæ & hoc in caſu adhibeantur. Hinc quæ de infeudatione jam dum dicta & de alienatione inferius monenda ſunt, commode hic applicari poterunt, adeo ut ſi citra conſenſum Epiſcopi vel expreſſum vel tacitum Oeconomi vel alii Eccleſiarum adminiſtratores rem Eccleſiæ in precariam conceſſe-
86. rint, actus pro valido haberi nequeat. Licet enim Oeconomi, qui Epiſcopis de Jure Civili adjunguntur *l. 14. l. 17. C. de SS. Eccleſ. Nov. 123. c. 6. Nov. 131. c. 7.* & Germanicè Thum- oder Thom-Voigte it. Obley-Schreiber dicuntur, bonorum Eccleſiaſticorum diſtributionem & adminiſtrationem habeant, illa tamen non plane libera eſt, ſed à nutu & arbitrio Epiſcoporum dependet, ut ſine Epiſcopi ac Capituli conceſſione tum tacita tum expreſſa, precariarum neutiquam concedere queant.

87. Hodie, ut ex antecedentibus patet, penes Status Evangelicæ religionis Principum & eorum, qui jura Epiſcopalia exercent, atq; adminiſtrationem rerum Eccleſiaſticarum dirigunt, Conſenſus ad Conſtitutionem Precariæ, ſi quæ in uſu ſit & concedatur, requiri-
88. tur. Nam quia adminiſtratio rerum Eccleſiaſticarum, quæ alias Legi Diœceſanæ inter jura Epiſcopalia occurrentis adſcribitur, juxta ſuperius dicta, vigore Transactionis Paſſavienſis & Pacificationis religioſæ Statibus Imperii Evangelicis in tantum competit, ut ſine illorum vel Conſiſtorii, Principum jura hac in re repræſentantis, conſenſu diſtrahi nequeant, ceu patet ex *Decreto Synodal. Elect. Saxon. de anno 1524. §.* Wie es aber. Ideoque exinde liquido fluit, quod

Digitized by Google

quod nec Precaria in bonis Eccleſiaſticis quoad terras & ditiones Proteſtantium ſine Principum vel Conſiſtorii Conſenſu concedi queat. Vid. Carpzov. *lib. 2. Juris. Conſiſt. def. 299. & 300.* ibique alleg. Reinking. *de R. Sec. & Eccleſ. lib. 3. cl. 1. c. 8.*

Quicunque vero Precariam concedit ante omnia ad id reſpi- 89.
cere debet, ut idoneis conferat, quales demum ſunt locupletes & rerum immobilium domini, licet enim alias bona Eccleſiæ ad pauperum ſuſtentationem potius eroganda, quam divitibus quibus alias ſuppetit, unde vivant, concedenda ſint; tamen in hoc Precariæ Contractu contrarium obtinet. *per Nov. 7. c. ſi quis autem 4.* Nec hoc ſua deſtituitur ratione. Cum enim requiratur, ut is, qui Pre- 90.
cariam ab Eccleſia accepit, aut jam bona quædam Eccleſiæ donaverit, aut tamen ſe donaturum promittat, ideoque neceſſario in accipiente, ne Eccleſia alias damnum patiatur, rerum immobilium poſſeſſio præſupponenda eſt. Rittershuſ. *ad Nov. part. 1. cap. 8. num. 50.*

Num autem mobilis an immobilis ſit res, quæ in precariam 91.
datur, nihil intereſt, mobiles quidem Dn. à Werther. *in Diſſert. de jur. Precar.* ab objecto precariæ excludit, ejus tamen ſententia indiſtincte recipienda non eſt. Quod ſi enim res mobiles uſu conſu- 92.
mantur, hoc equidem largimur. Quia per Precariam uſusfructus in accipientem transfertur. Res tales autem ita comparatæ ſint, ut per uſum conſumantur, ideoque precaria neutiquam conſtitui poterit. Quod ſi tamen res mobiles ita comparatæ ſint, ut 93.
ſalva ſubſtantia alicui uſum præbere queant, precariam omnino recipiunt. Quapropter poſt Auguſtin. Barboſ. *ad tit. de precar. n. 6.* Dn. Struv. *in Synt. Jur. Feud. c. 2. aph. 10. n. 5.* æque in mobilibus precariam conſtitui poſſe, aſſerit. Per immobiles vero non ipſas Ec- 94.
cleſias ſeu ædes ſacras aliaque pia & venerabilia loca intelligimus, ſed illa ſolummodo, quæ ad ſuſtentationem Eccleſiæ ſpectant, velut prædia, paſcua, piſcinæ, vineæ & alia, quæ inter res immobiles Eccleſiaſticas referuntur. Conſtituitur autem Precaria tam ſi- 95.
ne, quam cum penſione, ut conſtat non ſolummodo ex formulis precariarum ſive præſtariarum der Beth-Brieffe / ſed etiam ex *Legib. Alemann. c. 2.* in verbis: *Si quis liber res ſuas ad Eccleſiam dederit & per chartam firmitatem fecerit & poſthæc à Paſtore Eccleſiæ per beneficium ſu-*

ſceperit ad victualem neceſſitatem conquirendam diebus vitæ ſuæ, & quod ſpondit, perſolvat ad Eccleſiam cenſum de illa terra & hoc per Epiſtolam fir-
96. *mitatis fiat, ut poſt ejus diſceſſum ullus de hæredibus non contradicat.* Per Leges quoque Carolinas *Capit. lib. ult. c. 9.* renovatio Precariarum inter quinquennium inſtituenda, confirmata eſt his verbis: *Precariæ ſecundum antiquam conſvetudinem & authoritatem de quinquennio in quinquennium renoventur.* Add. *c. 5. q. 2. cauſ. 10. c. 1. de precar. c. 72. q. 2. cauſ. 12.* Dn. Frantzk. *de laudem c. 12. n. 11.* Alias pacta, ſub quibus precariæ conceduntur, diverſimode concipiuntur adeoque ex eorum formulis natura illarum eo melius innoteſcere poteſt.
97. Quandoque enim Precariæ ad certum tempus conceduntur, quo elapſo iterum ad Eccleſiam redit, *arg. l. 5. C. de uſufructu.* Quæ enim ad tempus vel conditionem data ſunt, eorum eventu revocata cenſentur. Zoeſ. *ad ff. tit. quib. mod. uſusfruct. amitt.* Quandoque etiam ad dies vitæ tribuitur & tunc ad hæredes transitoriæ eſſe nequeunt, ſed mortuo accipiente intereunt, perinde ut uſusfructus morte uſufructuarii extingvitur. *§. 3. Inſt. de uſufr. l. 5. pr. quib. mod. uſusfr. amittit. l. 3. C. de uſufr.* Quandoque ad vitam liberorum, quandoque etiam in perpetuum conceduntur. *c. ult. in fin. de precar.* ibique Dd. Aug. Barboſ. *ad tit. de precar. n. 6. & 8.*

98. Melioris illuſtrationis gratia duas Precariarum formulas adjiciendas eſſe duximus, inter illas prima conſtituta in rebus Eccleſiæ ſic ſe habet: *Ego Upertus cogitavi pro declaranda animi gratitudine per hanc paginam, quam ad civem traditionis ſcribendam rogavi, dono à præſente die peculiaris mei ad Eccleſiam N. omnem terram proprietatis meæ in pago N. &c. in ea vero ratione, ut dum ego advixero, ipſas res habere debeam, & cenſui, me pro hoc annis ſingulis de Feſtivitate S. N. ſoluturum ſoccum I. aut IV. denarios. Et ſi infans ex me procreatus fuerit, ſimili modo habeat in ipſo cenſu. Et poſt noſtrorum diſceſſum ipſi cuſtodes Eccleſiæ ipſius ipſas res ad eorum opus habeant, & nunquam in beneficium aliò præſtent. Si quis vero de heredibus vel pro hæredibus contra traditionem venire tentaverit, inferat partibus Eccleſiæ duplum tantum, quantum traditio illa continet, & in fiſco auri uncias duas &c. Actum in N. civitate publice ſigna teſtium &c. N. Clericus rogatus & petitus hanc traditionem ſcripſi & ſubſcripſi, notavi, quod fecit V. id. Maji. Anno 12. Imperii N. feliciter &c.*

Al-

Digitized by Google

Altera, quæ in rebus monaſterio oblatis conſtituta fuit, ſequentis tenoris eſt: *Ego in nomine N. & conjux mea donamus atque tradimus in eleemoſynam noſtram, quicquid proprietatis habemus, ad monaſterium S. N. quod dicitur N. &c. Ea vero ratione iſta omnia tradimus, ut per veſtram Precariam ad vitam noſtram nos & filii noſtri & filii eorum hoc poſſideamus. Poſt obitum vero noſtrum & filiorum noſtrorum, & filiorum illorum vos vel ſecutores veſtri firmam & in contradictam poſſidendi & fruendi, nullo contradicente, habeatis poteſtatem. Facta charta in villa N. Menſe Novembr. die 9. Cal. Decembr. Anno XXXIX. regni Domini Caroliglorioſiſſimi Regis Francorum. Et iſti ſunt teſtes hujus traditionis N. N. &c.* 99.

Prior formula exhibet precariam ad filium tranſitoriam, ut tamen annuus cenſus ſolvatur. In poſteriori vero formula ad vitam quoque liberorum extenſa eſt. Duas alias precariarum formulas exhibet Lehman. *in Chron. Spirenſ. lib. 2. c. 43.* ubi videri poſſunt, ex quibus hoc patet, quod forma precariarum requirat, ut in ſcripturam redigantur, quod *& c. ſæpe fit 72. cauſ. 12. q. 2.* confirmat. 100.
Uſum denique precariarum modernum quod attinet, teſtatur Gregor. Bicc. *in Comm. ad l. 3. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. q. 7. circa fin.* quod in Germania noſtra etiam apud Proteſtantes non plane incognitus ſit Quare in teſtimonium libellos à Curatoribus Oeconomisque Clauſtrorum & monaſteriorum confici ſolitos vulgari idiomate die Precarey-Büchlein appellatos producit; vid. Dn. Struv. *Synt. Jur. Feud. c. 2. aph. 10. n. 5.* Plura hac de re apud Cujac. *lib. 1. F. tit. 5.* Hottom. *in Lexic. Feud.* Rittershuſ. *in paratit. feud. lib. 1. c. 2.* Speidel. *ſub vocab. Precar.* Bignon. *in not. ad Marculphi Formul.* Lehmann. *cit. lib. 2. c. 43.* aliosque videri poſſunt. 101.

Quanquam vero bona Eccleſiaſtica in precariam concedi queant, Contractum tamen libellarum non recipiunt. Hic enim jamdudum in bonis Eccleſiaſticis prohibitus eſt *per Nov. 7. in præfat. §. lex itaq; verſ. quidam enim dudum.* Eſt autem libellaria venditio quædam libello ſive ſcriptura interveniente facta, non ſolum certo pretio, & certa penſione in annos ſingulos conſtituta, ſed & hac lege addita, ut contractus ſtato condictove tempore denuo numerato vel arbitrario pretio renovetur. Cujac. *lib. 1. F. 2.* Quare vero bona Eccleſiaſtica prohibeantur in libellariam concedi, cum tamen precariam recipiant, ratio differentiæ talis conſtituitur, 102. 103. 104

quod

Digitized by Google

quod ex Contractu libellario rem poſſidens, eam in conſulto quoq; Domino, à quo rem ſub hac lege accepit, vendere poſſit, qua venditione maxime læderetur Eccleſia. Per precariam vero melior ac pingvior Eccleſiæ redditur conditio, cum & datum prædium recuperet extincto uſufructu, & inſuper aliud æquivalens vel ſtatim adipiſcatur vel etiam ex promiſſione accipientis Precarias certo certius ſibi polliceatur. Quapropter hæc merito in rebus Eccleſiaſticis recepta, illa vero prohibita eſt, vid. Rittershuſ. *ad Nov. part. 1. c. 8.*
105. *n. 54.* Tantum de bonis Eccleſiaſticis ſub certa qualitate in alterum translatis, circa quæ demum hoc notandum eſt; quod in *c. 16. X. de prebend.* patrimonium Chriſti vocentur; ſed forſitan minus commode. Cum enim omnia quæ in cœlo & in terra ſunt, ab omnipotentia divina dependeant, forſitan non adeo convenienter ſingulare patrimonium CHRISTI conſtitui poterit, niſi in hoc tertio fiat, quod bona ab omni uſu prophano ſeparata & ſpecialiter Templorum utilitati & neceſſitati conſecrata, patrimonium Chriſti dicantur.

106. Et hæc quoad differentias ſufficiant. Reſtat Origo bonorum Eccleſiaſticorum, illam vero ſi conſideramus naturalem æquitatem quam maxime ſvadere videmus, ut ad templorum conſervationem it. ad ſuſtentationem miniſtrorum Eccleſiæ & ad alios ſumptus e-
107. rogandos bona congrua ſuppetant. Hinc licet lege Moſaica prohibita fuerit poſſeſſio hæreditaria ſacerdotibus, neutiquam tamen interdictum erat agrum ſuum, domum ſuam aliasve res Domino conſecrare, cum dignus habeatur, ut de altari victum ſumat, qui eidem inſervit, *cap. cum ſecundum Apoſtolum 16. c. Epiſcopis 4. cap. ex-*
108. *ſtirpanda 30. §. ult. X. de prebend.* Certum quoque imo certiſſimum eſt, quod in republ. ſacra inſtitui aut inſtituta continuari nequeant, niſi inſimul adſint bona ſufficientia, quæ hiſce inſerviant, quod tum recta ratio, tum etiam uſus omnium rerumpublicarum confirmat, cum nulla reperiatur, quæ bonis ejusmodi ſacris careat.
109. Quamvis etiam nonnullæ gentes ſacra ſub dio celebraverint, quem morem præcipue ſecuti ſunt priſci Germani ac neceſſitate coacti approbarunt Chriſtiani in primitiva Eccleſia.

110. Tamen ne hoc quidem modo neceſſariis carere potuerunt bonis. Imo cum non ſemper ſtatis diebus propter aëris inclemen-

tiam

tiam ſacris vacare licuerit, ratio cultus divini ſvaſit, ut in bene conſtituta Republ. ædes potius ad ſacra obeunda exſtruentur. Qvum autem nec ædes exſtrui, nec exſtructæ citra ſumptus conſervari queant, ideoque in qualibet republica certa bona ad fabricam templorum conſecranda ſunt, & niſi hoc modo ſacro cultui de bonis neceſſariis proſpectum fuerit, illaque in uſu ſacrorum rite adminiſtrentur, respubl. quælibet profecto multum laboraret: Hinc eſt, quod mortuis Apoſtolis, qvum Magiſtratus Chriſtiani adhuc nulli exiſterent, in ſuſtentandis Eccleſiæ Chriſtianæ Miniſtris homines devotiſſimi munificentiam ſuam in tantum exercuerint, ut in bonum ac laudabilem uſum abierit, tantasque ſucceſſive acquiſiverit vires, ut vigorem juris obtinuerit & diverſi exinde bonorum Eccleſiaſticorum acquirendi modi producti & conſtituti fuerint. *Liberalitas enim devota piarum mentium, quo magis ab Apoſtolorum temporibus receſſit, eo plus à mediocritatis norma deflexit, ut teſtatur* Burgoldenſ. *in Not. Imper. p. 2. diſc. 9. n. 2.* Tribus quidem prioribus ſeculis poſt natum Servatorem ejusmodi oblationes in modico conſiſtebant ita tamen ut ſeculo 3. liberalitas Chriſtianorum in Eccleſiis plus innotuerit. Multi enim domeſticorum ſuorum cura neglecta fundis venditis pecunias ſuas Eccleſiæ conſecrarunt, ut patet ex *Laurentii Martyris Actis ſub medium ſeculi III.* Hiſce tamen tribus ſeculis potisſimum ex bonis mobilibus Eccleſia ſuſtentata eſt. Neutiquam enim durante perſecutionum æſtu, temporum illorum conditio Eccleſiæ, ut prædia ac fundos posſideret, permiſit, ideoque ante tempora Conſtantini M. bona Eccleſiaſtica in mobilibus ferme conſtiterunt, ut de poſſeſſione rerum immobilium vix certi aliquid aſſeri poſſit, per ea, quæ ſuperius quoque *Cap. 3. de Origine templorum n. 33. & ſeq.* propoſita ſunt. Et huc referendæ eſſe videntur oblationes, quæ olim vel ab omnibus fidelibus diebus feſtis & dominicis, vel etiam communicantibus ſolis factæ ſunt. Conſiſtebant iſtæ oblationes in pane, vino aliisque rebus, quæ eſui erant, it. in pecunia aliave re mobili proptereaque factæ ſunt, ut ex iis omnes fideles participarent, quapropter in uſum pauperum, pupillorum, viduarum, aliarumve perſonarum ſacris inſervientium cedebant, ut ex participatione earum, quod omnes fideles ſub uno eodemque capite & de eodem corpore eſſent, conſtaret, ceu prolixe oſten-

Margin numbers: 111. (beside "Hinc eſt, quod mortuis Apoſtolis"), 112. (beside "Tribus quidem prioribus"), 113. (beside "Hiſce tamen tribus"), 114. (beside "Et huc referendæ")

Digitized by Google

oſtendit Gabriel Abbaſquin. *lib. 10. Obſerv. 5. & 6.* allegatus apud Dn. Zigler. *lib. 2. Inſt. Jur. Canon. tit. 6. §. 1. in fin.* Beſold. *in Theſ. Pract. ſub voc.* Opffer. Add. *illa, quæ de Oblationibus hiſce cap. 8. n. 91. jam dum*
115. *ſunt propoſita.* Quæ vero olim pii conferebant, ut exinde miniſtri verbi divini & pauperes alerentur, ad curam pertinebant Diaconorum ad id ſpecialiter conſtitutorum, ut Epiſcopi & presbyteri iſtiusmodi cura ſoluti liberius munere docendi defungerentur Dn.
116. Zigler. *ad Inſtit. Jur. Canon. de lib. 2. tit. 27. §. 1.* Quamvis quoque circa medium ſeculi tertii inceperint Oratoria extrui, illa tamen iterum juſſu Valentiniani deſtructa ſunt, usque dum tempore Maximiniani Chriſtiani egregia exſtruxerunt templa, quibus temporibus ſine dubio Eccleſiæ bona quoque immobilia acquirere cœpe-
117. runt. Præcipue Seculo IV. cum Conſtantinus M. Chriſto nomen daret & ceſſarent perſecutiones in ſacrorum uſum ampliſſima & pingviſſima patrimonia collata ſunt, ut teſtatur Otto Friſing. *l. 4.*
118. *Hiſt. c. 3.* Hic Imperator non tantum omni ope res Eccleſiæ promovit, templisque magnifice exſtructis bona ad cultum ſacrum auxit, ſed & legandi licentiam in pias cauſas conceſſit per *l. 1. C. de SS. Eccleſ.* ac Eccleſiam, ſi nemo de cognatis ſupereſſet, hæredem eſſe voluit, juxta Euſeb. *lib. 2. de vit. Conſtantin. M. c. 55.*

119. Poſt Conſtantini quidem tempora prodiit Julianus Apoſtata, qui ex præconcepto religionis Chriſtianæ odio Eccleſiæ omnia collata beneficia iterum ademit ac Clero poſſeſſiones & templis vaſa ad miniſterium DEI deſtinata abſtulit, ſub hoc quæſito colore, *quod*
120. *Evangelium pauperes beatos prædicet.* vid. Sazom. *lib. 5. Hiſt. Eccleſ. c. 5.* Tamen hac bellua extincta Valentinianus Conſtant. M. decreta in uſum revocavit, ſed propter ærarii tenuitatem omnia quæ Conſtantini liberalitas Eccleſiæ conceſſerat reſtituere neutiquam potuit.
121. Ac licet Seculo V. Chriſtianorum Imperatorum munificentia aliquantiſper rarior fuerit, privatorum tamen liberalitas non exaruit, usque dum Juſtinus I. Conſtantinopoli ſacras opes iterum adauxit.
122. Præcipue vero ſeculo IX. Caroli M. liberalitas in Eccleſiam fere nimia extitit. Non ſolum enim exſtructa ſunt eo tempore ampliſſima templa ac ſplendide ornata, ſed etiam fundati ac dotati ſunt multi Epiſcopatus, ut Naumburg / Merſeburg / Worms / Baſel / Oſnabrug / Paderborn / Münſter / Brehmen / Münden / Verden / &c.

Digitized by Google

&c. Auguſtisſimis hiſce exemplis excitati ſunt divites nobiles, 123.
Illuſtres. Quapropter Eccleſias magnis pecuniis reditibus ac prædiis dotarunt, qua de re evolvi poſſunt Aventin. Crantz. *Metropoli ſua* cum aliis. Hanc libertatem continuavit Ludovicus I. Imper. Caroli M. filius, qui ſe erga cultum DEI adeò munificum exhibuit, ut inde cognomen Pii meruerit. Poſt tempora quidem hujus Lu- 124.
dovici Pii Saraceni reditus Eccleſiaſticos maxime in Hiſpania, Gallia, Sicilia & Italia attriverunt; *Normanni* quoque infenſi Chriſtianorum hoſtes, Eccleſias miſere vaſtarunt, templa ſpoliarunt, ac ſacra diripuerunt. Tamen Eccleſiaſticorum bonorum amplitudo præſertim Epiſcoporum tempore Ottonum iterum maxima extitit, & in tantum facto Ottonis M. crevit, ut ipſi Cæſares non alios magis metuendos haberent, quam Principes Eccleſiaſticos. Vid. Burgoldenſ. *in not. Imper. p. 2. diſc. 9. n. 10.* Nam cum à ſeculo in ſecu- 125.
lum hæc nimia erga Eccleſiam liberalitas progrederetur, Epiſcopi, Abbates aliique Eccleſiaſticæ vitæ addicti tantam Chriſtiani Orbis partem occuparunt, ut multi Politicorum aſſerant, quod tertiam Europæ partem Clerici poſſideant, ceu refert Burgoldenſ. *cit. diſc. 9. n. 11.*

Præcipue vero Epiſcopi Germaniæ opes ſuas amplisſimas li- 126.
beralitati piorum Imperatorum debent. Fervens namque eo tempore Principum animis inſidebat pietas, ideoque quo quis plura in ſacerdotes profudiſſet, eo arctiori ſibi nexu Numen obſtringere credebat. Donati ergo ſunt Epiſcopis & Eccleſiis non ſolum fundi decimæ aliique reditus, ſed etiam integra dominia, Comitatus & Ducatus, imo & regalia, præprimis temporibus Ottonum, ſuperaddita ſunt, ut hoc modo ſecularibus Principibus exæquati fuerint.
Ad tantam dignitatem ut aſcenderent, illud quoque non parum 127.
momenti attulit, quod Nobilisſimi quoque homines ad munia ſacra adſpirarent, quodque barbaris iſtis ſeculis omnis literatura in clauſtris monachorum hæreret, ac illi, qui ſacra tractarunt, ſoli fere qualemcunq; literarum cognitionem haberent. vid. Dn. Dict. *A. B. tit. 28.* Inde Epiſcopi ad Conſilia in aulis adſciti illisque offi- 128.
ciis præfecti ſunt, quæ ſine adminiculo literarum obiri nequeunt. Et hæc cauſa eſt, quod non ſolum Cancellariorum dignitatem geſſerint, ſed & Archi-Cancellariorum præeminentia adhuc in Impe-

129. rio noſtri Electores Eccleſiaſtici fulgeant. Horum Archi-Cancellariorum inſtitutionem circa tempora Otton. Magni ortam eſſe, notat Marqv. Freher. ad Petr. de Andlo *lib. 2. c. 1.* ubi adhuc alia notabilia de Cancellariis exhibet. Sed quando hæc dignitas ad certos hos Archi-Epiſcopatus reſtricta fuerit, non conſtare fatetur Dn. Conring. *de Elect.* ubi erudite de Archi-Cancellariis agit. Jung. Dn. Diet. *ad A. B. cit. tit. 28. ad verbum equitando.* ubi & hanc reſolvit quæſtionem: An dignitas Cancellarii ab antiquis hucusque temporibus recte ſit collata perſonis Eccleſiaſticis? quam affirma-
130. tive reſolvit. Denique Epiſcoporum bona aucta videntur, quod multi Principes atque Nobiles bona ſua aut partem eorundem ab Epiſcopis ultro tanquam feuda, voluerint agnoſcere, ut eo curatius ipſorum ſalus per Clericos Deo commendaretur, quare poſtea eorum familiis extinctis bona Epiſcopatibus accreverunt. Quantum præter hæc omnia per donationes & teſtamenta Procerum juxta ac plebejorum in Clericos divitiarum collatum ſit, magis conſtat, quam ut demonſtratione indigeat. vid. Dn. de Monzam-
131. ban. *de ſtat. Imper. Germ. c. 3. §. 7.* ubi egregie hac de re & aucta potentia Epiſcoporum diſſerit. Ad hanc quidem refrenendam Imperatoribus liberam Epiſcoporum & Abbatiarum collationem tanquam unicum ſuperfuit remedium, ſed iſtud aureum jus Cæſarum quoque manibus Gregorii VII. ejusque Succeſſorum ſacra Tyrannide excuſſum eſt, quo ipſo Cæſares dimidium Imperii perdidiſſe, notavit Onuphr. Panvin. *in vit. Greg. VII.* & ex eo Pac. à Lap. *in not. ad Monzamban. d. l. jung. c. 4. hujus Tract.* ubi plura hac de re haben-
132. tur. Sicque quod neceſſitas ab initio flagitavit, poſtmodum in nimium exceſſit abuſum, præcipue cum auctis hoc modo bonis Eccleſiaſticis mille ad ulteriorem pecuniæ corraſionem facientes modi recepti, neque etiam technæ intermiſſæ fuerint, inter quas ſane in Gallia hæc pernicioſiſſima extitit, ut qui teſtamento nihil collegiis Eccleſiaſticis legaſſet, honore ſepulturæ careret, quem morem tamen poſtea Curia Pariſiorum ſuſtulit, teſte Lanſ. *in Conſ.*
133. *Europ. inter ipſ. princ.* Et quamvis licitos modos, per quos Eccleſia bona neceſſaria acquirit, neutiquam improbamus. Acceſſerunt tamen Pontificum conquiſitæ artes, quæ merito taxandæ ſunt, præcipue, cum ſtudio potius & amore divitiarum, quã Eccleſiæ inducti

(1) *in-*

Digitized by Google

(1) *indulgentias* (2) *annatas* (3) *redemtionem Pallii* & alia receperint ſubſidia Pontifices, per quæ non tam Eccleſiæ quam ipſorum Cameræ immenſæ accreverunt opes. Et de his data occaſione ſub fine hujus capitis paucis agendum erit.

Primo quidem cum Gregorius ex ſomniis Origenis purgato- 134.
rium induxiſſet, oblationes etiam pro liberatione animarum ibidem commorantium excogitatæ & admiſſæ fuerunt. Quare cum poſt Gregorium hunc per Occidentales Eccleſias purgatorium receptum eſſet, ſubſecutæ ſunt preces, Miſſæ & variæ oblationes pro liberandis defunctorum animabus ex tormentorum loco. Conti-
nuato quoque hoc dogmate in Eccleſia univerſus Clerus, cui hoc 135.
officium injunctum fuit, profuſis donationibus mirum in modum locupletari cœpit. Qui enim vel minima religionis cura ducebantur, omnia ſua bona profundere maluerunt, quam in miſeriarum barathro æternum cruciari, proptereaque quantovis pretio redimendas judicarunt purgatorii uſtulationes Monzamban. *de Stat. Imper. Germ. c. 3. §. 7. ſub fin.* qua in re Clericorum blanditiæ plurimum valuerunt. Notanda itaque ſunt, quæ Sigon. *lib. 7. de Regno* 136.
Ital. tradit: *Eo res iſtius ævi devenerunt, ut, hominibus Purgatorii orcum expaveſcentibus, nemo ſat felicem & pium exiſtimaret, niſi in templorum & monaſteriorum ſubſtructiones in Ordinum ſacrorum conſervationem aut totum patrimonium aut inſignem ejus partem attereret.* Add. Burgold. *in Not. Imper. p. 1. diſc. 20. n. 7.* ubi ex Philippo Caroli refert: *Quod I-* 137.
gnis Purgatorius Pontif. Roman. in aruſcando quovis lapide Philoſophico felicior fuerit. Hinc poſtmodum Indulgentiæ prodierunt, ut præſtita pro expiatione omnium delictorum pecuniæ certa ſumma ſimul ac nummulus in arcam eſſet conjectus animæ, quæ igne purgatorio cruciabantur, in cœlum è veſtibulo evolarent. Sleidan. *de Stat. Relig. lib. 1.* Hinc Durand. *4. Sent. diſt. 20. q. 3.* aſſerit, cœpiſſe indulgentias 138.
poſtquam ad purgatorii cruciatus trepidatum eſt. Neque propter patrata tantum, ſed & propter committenda delicta ita conceſſæ ſunt, ut per certum temporis ſpatium remiſſionem vigore indulgentiarum impetraturum ſibi quis polliceri potuerit. Illuſtratio- 139.
nis gratia allegandas eſſe duxi literas indulgentiarum in favorem patrii Templi conceſſarum, per quas ad quadraginta dies indulgentiæ ſequenti modo promiſſæ ſunt: *Levinus Dei & Apoſtolicæ ſedis*

gratia Epiſcopus Dionyſii Reverendiſſimi in Chriſto Patris & illuſtris Principis, Ducis Saxoniæ, Landgrafii Thuringiæ, & Marchionis Miſnenſis; tum Vicarius in pontificialibus, univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus, præſentes literas inſpecturis, lecturis, audituris ſalutem in Domino ſempiternam. Dum præcelſa meritorum inſignia, quibus Regina cœlorum Virgo DEI genetrix ſacratiſſima ſedibus prælata ſidereis, quaſi ſtella matutina prærutilans devotæ conſiderationis indagine perſcrutamur, dumq; intim pectoris noſtri arcana revolvimus, invenimusq;, quod ipſa uti miſericodiæ mater, fons pietatis & gratiæ, amica generis humani, peccatorum conſolatrix, pro ſalute fidelium Chriſti, qui delictorum onere prægravantur, ſedula oratrix & pervigil apud Regem, quem genuit, intercedit. Cupientes igitur ut Eccleſia S. Mauritii in Oppido Zærbigk Magdeburg. Diœceſ. congruis frequentetur honoribus ac fidelium Eleemoſynis fulciatur, in qua Eccleſia quoddam Altare dedicavimus in honorem Corporis Chriſti S. Annæ, S. Mariæ Magdalenæ, ſanctorum decem millium Martyrum, S. Wolffgangi Martyris. S. Dominici Franciſci & S. Oſvvaldi confeſſorum gratiam, omnibus & ſingulis verè pænitentibus & contritis, qui cum humili devotione eandem Eccleſiam devote viſitaverint, & coram prædicto Altari flexis genibus orationem Dominicam cum ſalutatione angelica devote dixerint, atq; in feſtivitatibus præfatorum Patronorum Eccleſiam in præcipuis quatuor feſtivitatibus videlicet Nativitatis Domini, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, & in die dedicationis, ac in omnibus feſtivitatibus virginis glorioſæ ſolennis divinorum interfuerint, etiam qui manus adjutrices ad ornamenta & luminaria porrexerint, nec non reliquiis Sanctorum in eadem Eccleſia exiſtentibus reverentiam & honorem exhibuerint, toties, quoties aliquid præmiſſorum fecerint, & adimplere curaverint, quadraginta dies indulgentiarum, & unam Catenam de injunctis eis pænitentiis in Domino miſericorditer relaxamus. In quorum omnium teſtimonium Sigillum noſtrum his literis duximus appendendum. Add. Arnd. *in Lex. Antiq. Eccleſ. ſub voc. Indulg.* ubi multa de indulgentiis in genere & in ſpe-
140 cie de Jubilæaribus proponuntur. *Indulgentiarum* nomen quidem recens non eſt; ſed jam olim in Eccleſia adhuc puriori receptum fuit, ſignificatione tamen longe diverſa. Ut enim tutius cum peccatore agerent Patres priſci aſperam ac difficilem ipſi impoſuerunt pœnitentiam Cypr. *lib. 1. Epiſt. 2.* Sed quia contingere poterat, ut pro ratione circumſtantiarum hæc diſciplina mitigationem mereretur, ideo *indulgentias vocabant mitigationem pœnæ Eccleſiaſticæ, ve-*

niam

Digitized by Google

niam & gratiam. Erat igitur indulgentia non condonatio peccatorum ære venalis, ſed pœnæ Eccleſiaſticæ ex juſta cauſa facta relaxatio. Et in hoc ſenſu indulgentiæ nomen apud Patres & Concilia venit; Poſtmodum vero in longe diverſo ſignificatu vocabu- 141.
lum indulgentiarum ſumptum eſt, poſtquam ex theſauro quodam Eccleſiæ adhuc incognito ab Oeconomis Pontificiis venderentur, non in externæ ſolummodo pœnæ locum, ſed & in ipſam remiſſionem culpæ ſeu peccatorum etiam futurorum. vid. Sleid. *cit. lib. 1.*
Per harum Indulgentiarum nundinationes Leo X. Pontifex Roma- 142.
nus, inſtitore per Germaniam *Tezelio*, Pirnenſi Miſnico, Monacho Franciſcano, ſibi tantam inique acquiſivit pecuniæ ſummam, ut & tandem Patres Concilii Tridentini hujus nundinationis puduerit, præprimis cum ad rei indignitatem acceſſerit, quod licentioſe nimis à Pontificis miniſtris hic mercatus exercitus & in popinis quotidie ſine pudore per aleæ luſum, uſusque turpiſſimos pecunia acquiſita, teſte Thuan. perdita, reſidua vero in uſum Magdalenæ Pontificis ſororis, Franciſco Cibo Innocentii IIX. Pontificis Spurio nuptæ erogata fuerit. Præceperunt igitur, ut in quibuscunque 143.
religionis Chriſtianæ locis nomen atque uſus quæſtorum iſtorum penitus aboleretur, ut accuratiſſime tradit Dn. Strauch. *Diſſert. Jur. publ. exoter. 5. th. 7. 8. 9. & 10.* ubi inter alia notabilia originem quoq; indulgentiarum proponit inſimulque tradit, *quod indulgentiæ fuerint ex arcanis Pontificatus & aurifodinæ Pontificiæ vena ditiſſima, ex qua magna vis auri ſignati pro ſede Apoſtolica effodiebatur.*

Succedunt (2) Annatæ, ex quibus ingens quoque ærario Pon- 144
tificis hucusque acceſſit pecunia. Dicuntur autem Annatæ ab anno & ſunt primi anni fructus, ex vacante beneficio Papæ Romano pendendi, Arnd. *in Lex. Antiq. Eccleſ. ſub voc. Annata*, vel ſunt *reditus, præſtiti ab eo, qui recens in defuncti Epiſcopi & Abbatis locum vacansq; beneficium ſuccedit.* Hic enim Pontifici Romano ex eo ſacerdotio integros unius anni perſolvere tenetur fructus Sleid. *lib. 4. Comment. ad ann. 1525.* Primus Prætextus hujus vectigalis erat expeditio in 145.
terram ſanctam, indeque in genere militia adverſus Turcam ſuſcipienda. Expeditio illa Latino barbare vocabatur *Paſſagium*, quod vocabulum communiter tranſitum, peculiariter expeditionem præcipue in terram ſanctam ſignificat, ſicq; ex ſpecioſa ratio-

 ne

Digitized by Google

146. ne pro inferendo Turcis bello ſacro primitus recepti. Poſtmodum alii Pontifices ſimiles exactiones inſtituerunt, certis cauſis expreſſis, illasque Clerus & Principes tolerarunt aliquando, quandoque
147. etiam recuſarunt. vid. Arnd. *cit. loc.* Adeoq; expeditio iſta & militia adverſus Turcas, Saracenos alios reip. Chriſtianæ hoſtes ſequioribus temporibus nudus eſt factus color ad emungendos German. Anglos & Gallos & ad ſtabilendum Dominatum Papalem ita introductus, ut & Pontifices minis additis Principes ad Annatas ſolvendas coëgerint, teſte Dn. Strauch. *cit. Differt. 5. th. 19.* Ini-
148. tium Annatarum Johanni XXII. Papæ plerumque attribuunt, quippe cui ex dignitatibus & beneficiis, exceptis Abbatiis conceſſæ fuerunt pro bello ultra mare Turcis inferendo. Hinc Arnd. *cit. loc.* de eo refert, quod cupidus augendæ Eccleſiaſticæ dignitatis, primus Annatarum uſum impoſuerit, hac conditione, ut qui beneficium conſequeretur dimidii anni proventus Apoſtolicæ Cameræ perſolveret. Marc. Anton. de Domin. *de republ. Eccleſ. lib. 9. c. 9. §. 63.*
149 *& 64.* Annatas quoque ante Johannem XXII. uſitatas fuiſſe cenſet, ita ut pro occaſione ad certum tempus exigerentur. *Platina*
150. vero *de vit. Pontif.* Bonifacio IX. adſcribit. Hunc enim primum conſtituiſſe refert, ut qui beneficium conſequeretur, dimidium
151. annui proventus fiſco Apoſtolico ſolveret. Imperator Albert II. ſecundum Decreta Concilii Baſileenſis, quo hoc vectigalis genus damnatum erat, pragmatica ſanctione Annatas prohibuit, nec ſi-
152. ne ratione. Quamvis enim nonnulli Annatas ex hoc principio defendant, quod Pontifici Romano competat jus percipiendi decimam redituum Eccleſiaſticorum, ad exemplum Pontificum V. T. quibus Levitæ contribuere tenebantur decimam ſuorum redituum, quæ *decima Decimarum Num. 18. v. 26.* vocabatur, ut ex *cap. ult. ſub*
153. *diſcurſ. de decim.* monendum. Recte tamen hoc principium negat & diſcriminis rationem optime exponit petr. de Marca *de concord. Sacerdot. & imper. lib. 6. c. 12. n. 10.* in verbis: *Pontifices Legis Judaicæ nullo alio reditu fruebantur. At diſciplina Eccleſiæ Chriſtianæ alia ratione providit ſuſtentationi ſui Cleri, diſtributis videlicet Eccleſiis in Diœceſes ea methodo, ut omnes reditus Diœceſeos in poteſtate eſſent Epiſcopi. In hac generali inſtitutione portio quoq; ſua Romanis Pontificibus tributa eſt in Diœceſi Romana, qua portione ſibi ſatisfactum putarunt, nullum præterea auxili-*

um

Digitized by Google

*um implorantes, etiam tum, quando ſolis matronarum oblationibus potie-
bantur, ut loquar cum Ammiano. Satis quippe id erat ſub paganis Impera-
tor. pro ſuſtentatione Cleri Romani & 1500. pauperum, ſufficiebatq; inſuper
ſubſidiis, quæ à ſummis Pontificibus mittebantur ad Eccleſias remotas, ut te-
ſtetur Euſeb. l. 4. c. 22. & lib. 6. c. 35.* Hinc Joannes Gerſon. *de pot. Ec-* 154.
cleſ. conſ. 8. Simoniæ arguit iſtarum annatarum exactionem, & A-
zor. *Inſtit. Moral. p. 2. lib. 7. c. 12.* adducit Coſmam & Duaren. *lib. 6.
de ſacr. Eccleſ. miniſtr.* variis argumentis uſum Annatarum impro-
bantes. Quin etiam Nicol. de Clemangis *citat. ab Arnd. d. l.* duas
adducit cauſas, cur tollendæ ſint annatæ, (1) quia ceſſant cauſæ,
quæ tunc ſuberant, eo quod non amplius inſtituatur paſſagium ul- 155.
tramarinum. (2) quia per annatas committitur labes Simoniæ & da-
mnatio animarum. Verum quamvis hæc omnia pondus habeant,
parum tamen Germani obtinuerunt. Quia potius in concordatis
Nationis Germanicæ *anno 1447.* confirmatæ de iis ita conventum
eſt; *ut de fructibus primi anni Eccleſiarum cathedralium & monaſteriorum
à die vacationis ſummæ pecuniarum in libb. Cameræ Apoſtolicæ taxatæ, ſol-
vantur, & ſi quæ exceſſive taxatæ ſint, quod provideri debeat ſpeciliater, in
gravatis regionibus, ſecundum qualitatem rerum temporum, & regionum,
ne nimium prægraventur*, vid. Gold. *tom. 1. Conſt. fol. 410.* Hinc tot 156.
querelæ prodierunt Germanorum adeo ut Ipſe Imperator Carol. V.
in ſat dura Epiſtola ad Pontificem miſſa Annatas & cætera lucra ſe-
dis Romanæ Claves aureas, quibus Papæ bellorum archiva pro lu-
bitu aperire & claudere ſolent, appellaverit, illarumque lucrum
non Romam amplius exportari, ſed in Imperii neceſſitatem adver-
ſus Turcam impendi poſtulaverit in Comitiis Noribergenſ. *anno
1523.* In eiſdem quoque *anno 1522.* ſat graviter de hiſce Annatis jux 157.
ta Hordler. conqueſti ſunt Ordines Imperii in verbis: Und weil dẽ
Päbſtl. Heiligkeit ſelbſt wiſſen / welcher maſſen vor Jahren durch die
Teutſche Nation bewilliget worden ſey / daß die Annaten von den Geiſt-
lichen Prälaten allein auf etliche Jahr dermaſſen dem Römiſchen Stuhl
folgen / daß dieſelben zu nichts anders / denn zu Widerſtand des Tür-
cken gebraucht werden ſolten / und aber ſolche Jahr vorlängſt verſchie-
nen / auch dieſelben Annaten / gemeldter Bewilligung nach / von Päbſtl.
Heiligkeit Vorfahren wider den Türcken nicht gebraucht ſeyn / das gebe
Urſach / ſo zu Widerſtand des Türcken eine nothwendige Hülffe im hei-
ligen

ligen Reich Teutſcher Nation angeleget werden wolle/daß ſolches durch das Volck hoch angezogen werde/ꝛc. Demnach ſey Käiſerl. Maj. und andere Reichs-Stände hohe und fleißige Bitte/ daß Päbſtl. Heiligkeit ſolche Annatas / ſo für der durch Abſterben der Ertz-Biſchoff / Biſchoff / und anderer Geiſtlichen Prälaten und Beneficien fällig worden/weiters nicht erfordern / noch einnehmen / ſondern des H. Römiſchen Reichs fiſco wollen verfolgen laſſen / ꝛc.

158. Proteſtantes itidem apud eundem Hordlederum ſequentia de Annatis propoſuerunt: Was die Römiſche Kirche jährlich aus ſolchen Annatis erkratzt und erſchabt / daß iſt unmüglich zu æſtimiren/und zu überſchlagen / aus Urſach/ daß nicht allein die Biſtumen und Prälaturen / ſondern auch die ſchlechten beneficien / electiva, ſo nur 24. Ducaten de Camera, ja nur 12. Ducaten / nach Ordnung Leonis X. Einkommens haben / ihre penſiones davon reichen und geben müſſen.

159. Tandemque obtinuerunt per Pacif. Oſnabr. *art. 5. §. 5.* ut Annatæ Papales ipſos non amplius obligent, qua de re ſibi merito gratulari debent. vid. plura penes Dn. Strauch. *cit. differt. 5. th. & ſeq.* Burgoldenſ. *ad Inſtrum. Pac. part. 2. diſc. 11. membr. 3. per tot.* & Sithm. *de Jur. Epiſc. c. 9. §. 46. & ſeq. usq; ad fin.*

160. Tertio denique huc pertinet *pallii Archi-Epiſcopalis* immenſum pretium, ſi Petrum de Marca *de Concord. Sacerd. & Imperii l. 6. cap. 6.* reſpicimus, deprehendimus, quondam fuiſſe pallium genus Imperatorii indumenti, cujus uſum ſibi ſolis inſtar proprii ornamenti reſervarunt, ac in ſignum gratiæ & honoris Epiſcopis dono dederunt, ut eodem in rebus ſacris peragendis uterentur, pallium hoc

161. modo conſideratum ſatis antiqvum videtur. Quamvis enim juxta Marc. Anton. de Dom. *de rep. Eccleſ. lib. 3. c. XI. §. 2.* iſtius vera origo ignoretur, Gregorius tamen non ſolum *lib. 1. Epiſt. 27.* narrat, ſe Anaſtaſio Patriarchæ Antiochenæ hoſpiti ſuo uſum ejus ab Imperatoribus impetraſſe, verum etiam *c. 3. cauſ. 25. q. 2.* refert ab antiquis prædeceſſorum ſuorum temporum pallium Arelatenſi Epi-

162. ſcopo datum. Hildebrandus vero cum adhuc eſſet Archi-Diaconus ut faſtum & avaritiam Pontificis altius eveheret, primus adinveniſſe perhibetur, ut Archi-Epiſcopi Pallii capaces etiam ex locis remotiſſimis Romam accederent, & muneribus ſat ſplendidis, adorato Pontifice pallium impetrarent. Hinc de Lanfranco Cantaurien-

Digitized by Google

rienſium Epiſcopo refert Baron. *Tom. XI. Annal. Anno 1070.* qvum per legatos ſuos pallium ab Alex. II. petiiſſet, ſequens ab Hildebrand. tuliſſe reſponſum: *Conveniens eſſe, ut ipſe Epiſcopus Apoſtolorum limina ſalutaret.* Add. Dn. Zigler. *ad Jus Canon. lib. 1. tit. 11. §. 1.* ubi ex Petr. de Marc. *de concord. Sacerd. & Imper. lib. 6. c. 7.* notat, ſeculo octavo à Pontificibus Romanis inſtitutum fuiſſe, ut Metropolitani à ſede Romana pallium quærerent, quo magis obnoxii fierent ei ſedi, ac præcipue quodam jure Pontifici Romano ſubjicerentur. Hoc mo- 163.
do pallio recepto, illud nihil aliud fuit, quam inſigne ornamentum de Corpore B. Petri aſſumtum ac in ſignum plenitudinis Epiſcopalis quibusdam perſonis tributum per *c. 4. X. de autor. & uſu pall.* ibique Anton. de Butrio & Abb. Materiam, formam & ritum confi- 164.
ciendi ſolide deſcripſit Dn. Strauch. *cit. Diſſert. 5. aph. 12.* ibique alleg. Joh. Baptiſta Vivian. *in rational. jur. Canon. ad c. 7. X. de uſu & autor. Pall.* cum Dn. Ungeb. *Ad Decret. tit. de uſu & autor. pall. n. 3. & 4.* Add. Sithm. *de jur. Epiſc. c. 9. n. 15.* ubi itidem texturam pallii deſcribit. Ab initio quidem ſolis Archi-Epiſcopis & Metropolitanis, 165.
quorum inſigne erat, hoc pallium conceſſum fuit, tractu tamen temporis Epiſcopus quoque à Papa redimere coactus fuit, prout Proteſtantes apud Hordled. von Urſachen des Teutſchen Krieges *fol. 661. n. 44.* indicant in verbis: Für die Beſtätigung eines Biſchoffs muß man vom Pabſt den Päbſtl. Mantel löſen / ſo doch einen ſolchen eigentlich allein der Biſchoff zu Bamberg in Teutſchen Landen hat / und die Ertz-Biſchoffe. Inde patet, quod pallium regulariter quidem 166.
Epiſcopis non competat niſi paucis exceptis, qui ex privilegio hoc ornamento utuntur, inter quos teſte Sleidan. *lib. 13.* eſt *Epiſcopus Bambergenſis* Germanus, juxta Onuphr. Panvin. vero *Lucenſis* & *Oſtienſis*, qui Pontificem Romanum conſecrat, Archi-Epiſcopos vero in Gallia à Pontificiali pallii impetratione excipit ſanctio Pragmatica juxta Sithm. *de jur. Epiſc. c. 9. n. 20.* Neque etiam uno ſemper eodemque modo à Pontificibus conceſſum eſt. Conſtat enim pri- 167.
ſcis temporibus hoc tantum ab accepturo pallium requiſitum fuiſſe, ut fidem ſuam Patriarchæ ſuo exponeret, quo conſtaret ſibi cum Eccleſia convenire de fide. Addidit Paſchalis II. ut accepturi pallium juramento fidelitatis ſe obſtringerent, *c. 4. X. de Elect. & Elect. poteſt.* Quocirca ut magis magisque ad redimendum hocce pallium 168.

Epiſcopi adſtringerentur, illud intra tres menſes à Conſecratione, vel ſi jam ante conſecrati & tranſlati eſſent, à Confirmatione intra tres menſes petere juſſi ſunt, alias ſi hoc tempus neglexerint, re-
169. motioni ſubjacent. Ut fœcundior quoque exiſteret hic acquirendi modus, Pontifex Romanus certum hujus pallii ſtatuit pretium, quod ſucceſſive adeo in immenſum crevit, ut integras provincias
170. ad redimendum illud expilari oporteret. Hinc notæ ſunt querelæ Germanorum de hac pallii nundinatione & aulæ Romanæ avaritia. Poſtquam enim in gravaminibus ſuis de ſede Moguntina retuliſſent, quomodo alius poſt alium, ſucceſſor quandoque pro defuncto vel aucto magis magisque pretio pallium id Romæ redemerint; tandem ita concludunt, ſicq; in vita unius hominis ſepties viginti quinque millia à ſolo Archi-Epiſcopatu Moguntino pro confirmatione Romam pervenerunt. Et cum Archi-Epiſcopus Jacobus vix quatuor annos ſediſſet, mox poſt eum electus Dominus Uriel ad minimum quatuor aut viginti quinque millia coactus eſt ſolvere, ad cujus ſummæ exſolutionem ſubſidio & exactione ſubditos & pauperes agricolas, quorum aliqui nondum ſatisfecerunt tributo pro pallio à ſuo prædeceſſore Jacobo exacto, gravare coactus
171. eſt. Ut hæc materia eo dilucidior evadat, illuſtrationis gratia neceſſarium erit querelas Germanorum ex *Remonſtr. Grav. ad Maximil. I.* & quidem *remed. 2. & 3.* apponere: verba ita ſe habent: *Sedes Moguntina olim ſolum dedit decem millia florenorum, quæ cum quidam illic electus renueret, ſicq; usq; ad mortem ſuam perſiſteret, electus poſt eum confirmationis cupidus ſe opponere timuit ſedi Apoſtolicæ offerens antiquam ſummam puta decem millium florenorum. Nec ſic confirmationem impetrare potuit, niſi & reliqua decem ſimul redderet, quæ adhuc exſtabant à ſuo prædeceſſore nondum perſoluta. Atq; ſic cogebatur dare viginti millia florenorum, quæ tunc indubie in regiſtrum Cameræ ſignata ſunt & usq; ad noſtram ætatem à ſingulis Archi-Epiſcopis exacta, & nedum viginti millia, ſed & viginti quinq; propter nova officia & novos Pontificum familiares &c. Quæ Archi-Epiſcopus Jacobus cogebatur nuper perſolvere* (eligebatur vero anno 1504. die 30. Decembr. teſte Goldaſt. Tom. 2. Receſſ.) *ut retulit Vicarius in ſpiritualibus Moguntinenſis. Sicq; in vita unius hominis ſepties viginti quinq; millia à ſolo Archi-Epiſcopatu Moguntino pro confirmatione*
172. *Romam pervenerunt.* Unde de Jacobo Archi-Epiſco refertur, quod de

de immenſo pallii pretio hunc in modum conqueſtus fuerit: Es kränckt ihn nicht/ daß er ſterben müſte/und ſein vorgehender Tod ſchmertze ihn nicht ſo ſehr/ als dasjenige/ ſo ſeine arme Unterthanen wieder vor das Pallium eine ſo groſſe Schatzung geben müſten. Tantum ex unico hoc Epiſcopatu per modicum temporis ſpatium acquiſivit Pontifex, cum autem ſint eorum multi in Germania, exinde facile colligi poterit, quantum Romana iſta vorago ex aliis Epiſcopatibus Germaniæ hactenus extorſerit. Hinc & jam ante citata tempora de hac nundinatione Principes Germaniæ conqueſti ſunt. vid. Goldaſt. *in Volum.* der Reichs-Schatzungen *fol. 215.* Plura de hoc pallio vid. penes Marc. Anton. de Dom. *de Republ. Eccleſ. lib. 13.* Sleidan. *Comm. lib. 13. ad annum 1541.* Dn. Strauch. *cit. diſſert. Exod. 5. th. 11. & ſeq.* & Sithm. *de Jur. Epiſcop. c. 9. n. 1. & ſeq.* 173.

Hodie Proteſtantes hac in re feliciſſimi ſunt, ſuſpenſa ſiquidem vel reſtituta potius jurisdictione Eccleſiaſtica ab hiſce exactonibus Papalibus plane immunes habentur, ut jura Epiſcopalia libere exerceant & licitos acquirendi bona Eccleſiaſtica modos conſtituant ac determinent, de quibus in *cap. ſeq.* fuſius. Hi vero illiciti modi penitus ſublati ſunt. Sicut enim ipſum Concilium Tridentinum indulgentias Papales in tantum damnavit, ut in quibuscunq; religionis Chriſtianæ locis nomen atq; uſus quæſtorum iſtorum penitus aboleri præceperint, ita quoque ſubſecuta reformatione in terris Proteſtantium indulgentiæ merito rejectæ ſunt. Annatæ porro Papales ipſos non amplius obſtringunt, adeo ut juxta diſpoſitionem *Inſtrum. Pac. art. 13. verſ. ſexto:* Epiſcopus Oſnabrug. Evangelicus, qui ex Ducum Brunſvic. & Luneb. linea Catholico Epiſcopo alternative ſuccedit, neque annatis neque cæteris Papalibus omnibus ſubjectus ſit. Idem etiam obtinet in pallio. Hoc enim Archi-Epiſcopi & Epiſcopi Auguſtani propter *Pacem religioſam & Inſtrum. Pac. art. 5. §. 5.* neutiquam petere tenentur, ſed Imperator ſecundum vigorem Conſtitutionis religioſæ, non expectata Confirmatione Papali Archi-Epiſcopos & Epiſcopos Evangelicæ Religionis de Epiſcopatibus utpote feudis imperii inveſtire & inveſtitis regalia conferre tenetur, ut electione & poſtulatione legitime facta ac inveſtitura debito modo impetrata in ſuis Diœceſibus jure fruantur pleniſſimo. Confirmat hæc omnia citata Pacificat. Oſnabrug.

174 (beside "Hodie Proteſtantes…"); 175 (beside "Hi vero illiciti"); 176 (beside "Annatæ"); 177 (beside "Hoc enim"); 178 (beside "Confirmat")

brug. *de art.5. §.5.* in verbis: *Si quid Annatarum, Jurium, Pallii, Confirmationum, Menſium Papalium & hujusmodi jurium & reſervationum nomine in bonis ſtatuum Auguſtanæ Confeſſionis Eccleſiaſticis immediatis à quocunq; quandocunq; & quomodocunque prætendatur, id validitate & exe-*
179. *cutione a brachio ſeculari impertienda careat.* Plurimum quoq; totius imperii intereſſet, ut ab onere Papalium Annatarum, pallii & cæterarum exactionum Catholici Imperii Status eximerentur & liberarentur, ut teſtatur Burgoldenſ. *in not. Imper. p. 2. diſc. 11. membr. 4.*

CAPUT ULTIMUM.

De Juribus Bonorum ad Templa ſpectantium.

Summaria.

1. *Jura Bonorum Eccleſiaſticorum vel circa acquirenda vel circa conſervanda, vel etiam circa amittenda verſantur.*
2. 3. *Acquiſitio fit vel inter vivos vel ex ultima voluntate.*
4. *Donatio Eccleſiæ facta juxta quosdam etiam ſine inſinuatione valet.*
5. *Hoc tamen omni dubio non caret.*
6. *Qr. An aucta quantitate inſinuationis etiam privilegium Eccleſiæ extendendum ſit? Et Reſp. quod affirmativa Sententia probabilis ſit.*
7. *A multis tamen reprobatur & practici contrarium receperunt.*
8. *De Jure Canonico aliud dicendum eſſe aſſerunt Dd.*
9. *Donatio Eccleſiæ facta juxta nonnullos revocari nequit.*
10. *Modo non ſit inofficioſa & liberis diminuat legitimam.*
11. *Confirmatur hæc ſententia per rationes.*
12. *Contraria tamen approbatur.*
13. *Donatio Eccleſiæ facta ob ingratitudinem Epiſcopi revocari nequit.*
14. *Olim vel ipſa res Eccleſiæ donata vel inſtrumenta altari impoſita ſunt.*
15. *Templum etiam ex nudo pacto ſine traditione dominium acquirit.*
16. 17. *In translatione duo requiruntur.*

18. *Ra-*

18. *Ratio redditur, cur in Eccleſiam ſine traditione transferatur dominium.*
19. *Nonnulli quidem hoc privilegium ad tres ſolummodo reſtringunt cauſas.*
20. *Sed favor Eccleſiæ hanc reſtrictionem rejicit.*
21. 22. 23. 24. 25. *Omnia bona per ultimam voluntatem Eccleſiæ relinqui poſſunt.*
26. 27. 28. *Teſtamentum ad pias cauſas duos quidem requirit teſtes, tamen etiam ſine iis ſubſiſtit.*
29. 30. *Teſtamentum ad pias cauſas etiam ſine hæredis inſtitutione valet.*
31. *Templum quoq; ex incerta inſtitutione hæreditatem acquirit.*
32. *In primæva Eccleſia receptum fuit, ut teſtatores Salvatorem hæredem inſtituerent.*
33. *Poſtmodum piæ fundationes execrationibus munitæ ſunt.*
34. *Allegatur ejusmodi execratio.*
35. *Diſpoſitionibus ad pias cauſas adjecta quoque eſt confirmatio Epiſcopi itidem Execrationibus munita.*
36. *Hodie quid Juris hac in re obtineat?*
37. *In teſtamento ad pias cauſas rogatio teſtium non requiritur.*
38. *Mulieres quoq; ad teſtimonium in hoc teſtamento admittuntur.*
39. *Clericis ab inteſtato decedentibus ſuccedit templum.*
40. *In patrimonialibus Clerici Hæredes ſibi conſtituere poſſunt.*
41. *Quicquid ex proventibus Eccleſiæ perceperunt, templo reſervare debent.*
42. *Hæreditaria beneficiorum ſucceſſio prohibita eſt.*
43. *Hodie proximi conſanguinei, excluſa Eccleſia, defuncto clerico ſuccedunt.*
44. 45. *Excluſo tamen fiſco Eccleſia clerico ſuccedit.*
46. 47. 48. *Modi augendi ærarium Eccleſiaſticum recepti.*
49. *Olim offertoria erant in uſu, poſtea ſunt facta pars Salarii ſacerdotibus debiti.*
50. *In eorum locum ſucceſſit collectio* des Cymbel-Gelds.
51. *Ærarii Eccleſiaſtici*, des Gottes-Kaſtens *Uſus antiquiſſimus.*
52. *In N. T. Apoſtoli Hieroſolymis habuerunt commune ærarium.*
53. *Ad huc hodie penes nos in uſu eſt ærarium Eccleſiaſticum.*
54. *Ad modos acquirendi templis licitos pertinent etiam decimæ.*
55. 56. 57. *Explicatur quomodo decimarum præſtatio juri divino adſcribenda ſit?*
58. *De Jure Canonico decimæ alienari nequeunt.*
59. *Alienationes & infeudationes etiam*

Digitized by Google

iam ante concilium Lateranenſe prohibita fuerunt.
60. 61. Ratio, cur decimæ in feudum datæ ſint, refertur ex Crantzio.
62. Poſtmodum decimæ Laicis iterum ademtæ ſunt.
63. 64. Penes nos decimæ Laicis conferri poſſunt.
65. 66. Quid ſint Decimæ & cur ita vocentur?
67. Qualibet portio templis præſtanda decima vulgo vocatur.
68. In Hierarchia Judaica decimæ erant triplices.
69. 70. 71. Decimæ decimarum ſolvebantur Aaroni, ut inter ſacerdotes eas diſtribueret.
72. 73. Explicatur, quid ſit Groß-Zehend und Klein-Zehend.
74. Qr. An Decimæ modio cumulato, an per hoſtorium æquato ſolvendæ ſint?
75. In manipulis ſi Decimæ ſolvantur ad Excluſionem fraudis adeſſe debet œconomus Templorũ.
76. Decimæ ſunt præſtandæ ex frumento in agro procreato.
77. Decimas ſolvunt Parochiani.
78. 79. 80. 81. Evangelici in caſu denegationis poſſunt uti Jure retorſionis.
83. 84. Jus Canonicum occupantes bona Eccleſiaſtica graviter coërcet.
85. Jus civile quoque alienationem bonorum Eccleſiaſticorum prohibet.
86. Accedunt rationes alienationem impedientes.
87. Bona ad ſacros uſus deſtinata ad profanos transferenda non ſunt.
88. Legatum ad pium uſum relictum, illo ceſſante, in aliam piam cauſam converti debet.
89. Contra fundatorum mentem bona Eccleſiaſtica ad alium nequeunt converti uſum.
90. Reſponſo Scabinorum Lipſienſium hoc illuſtratur.
91. Quare recte Proteſtantes bona Eccleſiaſtica ad pios uſus tranſtulerunt.
92. Pontificii ante pacem religioſam hanc immutationem oppugnarunt.
93. Rationes tamen prægnantes hujus immutationis adfuerunt.
94. Per Pacificationem religioſam eadem confirmata fuit.
95. 96. 97. 98. 99. Durante bello Germanico tricennali Imperator edictum de reſtituendis bonis Eccleſiaſticis promulgavit.
100. 101. Regulariter prohibita eſt Seculariſatio & alienatio bonorum Eccleſiaſticorum. Quid hac Seculariſatio ſit?
102. 103. Bona Eccleſiaſtica ſolummodo talia ſunt ratione uſus.
104. Seculariſatio non niſi autoritate Principis fieri debet.
105. 106. 107. 108. Hujus aſſerti redditur ratio.

109. Pro-

Digitized by Google

109. Prohibitio alienationis bonorum Eccleſiaſticorum probatur per conciliorum deciſiones, Jus Civile & Canon.

110. 111. Additur ratio hujus prohibitionis.

112. In alienantes de jure civili quænam conſtituta pœna?

113. Quænam de Jure Canonico?

114. Hodie alienatio eſt nulla, ita ut alienans arbitraria quoq; teneatur pœna.

115. Limitatur hæc prohibitio, ut ſi juſta cauſa adſit, non procedat.

116. Ex his cauſis una ſufficit, ſi modo probetur.

117. Præter cauſam ad alienationem rerum Eccleſiaſticarum etiam requiruntur ſolennitates.

118. 119. 120. 121. Solennitates requiſitæ enarrantur.

122. 123. 124. Prælatus hæreditatem ſuæ Eccleſiæ relictam repudiare nequit.

125. Libris à Templorum Curatoribus confectis reditus aliaq; templum concernentia inſerenda ſunt.

126. 127. Magiſtratui hac in re primaria competit inſpectio.

128. Per Epiſcopum Patroni & Parochianorm conſenſus excludendus non eſt.

129. Præfecti Eccleſiæ, cum conſenſu tamen Patroni & Superintendentis, pecuniã in ærario inventam elocare poſſunt.

130. Præfectis quoque Elocatio ſubſelliorum in Templis, Magiſtratui vero eorundem diſpoſitio competit.

131. Olim virorum & mulierum erant ſeparata ſubſellia: Hodie pro commoditate loci exſtruuntur.

132. 133. Elocantur pro certa quadam pecunia.

134. A ſolis præfectis Eccleſiæ adjudicari poſſunt.

135. Adjudicatio hæc valet tantum usq; ad emptoris obitum.

136. Defuncti tamen hæredes in redemptione ſubſelliorum prærogativam quandam ex Jure protimiſeos habent.

137. Si plures adſint hæredes illi præferuntur, qui proximiores ſunt.

138. Intra certum ſpatium redemptio fieri debet.

139. In teſtamento poſſeſſores de ſubſelliis diſponere nequeunt.

140. 141. Quali beneficio in mutuo Templum gaudeat?

142. Gaudet quoq; privilegio minorum,

143. Privilegia fiſco competentia pariter Eccleſiæ tribuuntur.

144. Reditibus Templorum optime proſpicitur per viſitationem Eccleſiaſticam. Quare hæc viſitatio ita appelletur?

145. Quomodo eadem dividatur?

146. Svadet eam neceſſitas & utilitas.

147. 148. 149. Quibus competat Jus viſitandi & quibus viſitatio ipſa committi ſoleat?

150

150. In quonam viſitatorum officium conſiſtat?
151. Templa ſunt immortalia & habent manus mortuas.
152. Quid per manum mortuam intelligatur?
153. Amortizatio quid ſit?
154. Quomodo dividatur?
155. Jus amortizationis à ſummo Principe impetratur.
156. Effectus ejus.
157. In bonis Eccleſiaſticis datur Præſcriptio (1) Triennii, quoad res mobiles.
158. (2) Quadragenaria, quoad res immobiles, cujus vices olim tenuit Tricenaria.
159. (3) Centenaria.
160. Qua hodie ſola Romana Eccleſia utitur.
161. Ad Sacrilegium quæ requirantur ex Jure Civili?
162. Juxta Jus Canonicum quid ſufficiat?
163. Pœna Sacrilegii, in Imperio R. G. ap. Pontificios, ex Jure Saxonico.
164. Cauſæ templorũ ſunt ſummaria.
165. Quomodo Maranta hoc limitet?
166. Utilitas tamen Eccleſiæ proceſſum ſummarium expoſcit.
167. Cauſæ Templorum ſpeciali gaudent foro.
168. Concluſio.

1. SPectata differentia Bonorum ad templa pertinentium cum modis illicitis acquirendi Papalibus, jam liciti & reliqua jura bonorum Eccleſiaſticorum conſideranda ſunt. Præſuppoſito namque hoc principio, quod rejecto exceſſu templis de bonis congruis neceſſario proſpiciendum ſit, jura quoque bona hæc determinantia admitti debent, quæ commode dividi poſſunt, quod partim *bona acquirenda*, partim *bona conſervanda & adminiſtranda*, partim etiam *bona amittenda* cum privilegiis judicialibus con-
2. cernant. Acquiſitio vero duplici fit modo vel (1) *inter vivos* vel etiam (2) ex *ultima voluntate*, accedente ſcilicet traditione & acceptatione, ſicut in ſimili caſu de aliis juribus & ſervitutibus acquirendis tradunt juris Interpretes, interque eos Dn. Ludvv. *Ex. 5. th. 7.* quamvis etiam quandoque ſine traditione Eccleſia acquirat, ut ex
3. ſequentibus patet. Quoad acquiſitionem quidem inter vivos templum omni jure gaudet, quod alias privatis competit. Hinc & illa huc applicari poſſunt, ut ſuperfluum videatur omnia ad amuſſim examinare, modo hoc adjiciamus, quod ſpecialiora quædam jura quoad hanc acquiſitionem inter vivos factam Eccleſiæ partim *circa pacta* competant.

Quoad

4 Quoad donationem omnibus conſtat, quod ſicut privatis, ita multo magis etiam Templis tum bona mobilia, tum etiam immobilia donari queant, *l. 19. C. de SS. Eccleſ.* Sed hæc donatio Eccleſiæ facta, hoc (1) ſingulare habet, quod juxta ſententiam nonnullorum etiam ſine inſinuatione ſubſiſtat. *d. l. 19. C. de SS. Eccleſ.* quæ tamen omni dubio non caret. Hoc quidem certum eſt, quod ante *l. pen.* 5 *§. ult. C. de donat.* ſine inſinuatione donatio Eccleſiæ facta valuerit usque ad 200. ſolidos per *l. 34. C de donat.* Sed cum quidam donaret Eccleſiæ 400. ſolidos ſine inſinuatione, quæſitum eſt an valeat? Reſpondit Imperator Juſtinianus quod ſic, atque conſtituit, ut donatio Eccleſiæ facta usque ad quingentos ſolidos etiam ſine inſinuatione valeat; ultra vero non niſi ſit Imperialis donatio juxta *d. l. 34. verſ. exceptis & §. 1. C. de don.* Sed cum hodie privato donare poſ- 6 ſimus usque ad quingentos ſolidos, inde quæſtio talis exorta eſt; An beneficium Eccleſiæ conceſſum etiam proportionabiliter extendendum ſit ultra quingentos ſolidos? Sententia affirmativa probabilis videtur, quia privilegium auctum & productum in uno comparatorum, etiam in altero auctum videtur, jam Eccleſia & privatus hac in re comparantur *l. 34. in pr. C. de donat.* Ut privato poſſit donari ſine inſinuatione usque ad trecentos ſolidos, Eccleſiæ autem usque ad quingentos, quare cum privilegium in *l. 36. §. fin. C. de donat.* privato ſit auctum usque ad quingentos ſolidos, etiam Eccleſiæ proportionabiliter auctum videtur, ut huic donari poſſit usque ad ſolidos ſeptingentos, vel ut alii à Gl. *in d. l. 34.* & à Cyn. & Bald. *ad l. 19. C. de SS. Eccleſ.* relati voluerunt, usque ad ſolidos octingentos, alias contra præſumptam mentem Juſtiniani *in d. l. 3. C. de donat.* nullum aliud Eccleſiæ privilegium ſupereſſet, quoniam quod ante privilegium erat, poſt *d. l. 36. §. ult. C. de donat.* factum eſt jus Commune. Sed quamvis hæc ſententia ſpecioſis nitatur 7 fundamentis, à multis tamen iisque accuratiſſimis JCtis reprobatur. Hinc non ſolum Bachov. ad Treutl. *Vol. 2. D. 19. th. 6. lit. E.* rationes iſtius nervoſe reſolvit, ſed & Practici interque eos Dn. Carpzov. *p. 2. Conſt. 12. def. 13.* contrarium in ſententionando receperunt, cum *d. l. 36. §. ult. C. de donat.* non de qualibet donatione ad pias cauſas facta loquatur, ſed de piiſſima ſolummodo quæ in redemptionem Captivorum erogatur, unde deficiente ſpecialiori

Digitized by Google

tra Covarruv. & Donell defendit Zoeſ. *de donat. n. 128. & 129.* eumque cum citatis Autoribus ſequitur Dn. Struv. *Ex. 40. th. 16.* Ut hæc ſin- 13.
gularitas, quam cum ſuo Covarruv. aliiſque citatis Bachov. *d. l.* agnoſcit, ſine contradictione probabili non ſit. (3) Hoc ſpeciale in donatione Templis facta Barboſa *lib. 2. de Jur. Eccleſ. c. 13.* agnoſcit quod ob ingratitudinem Epiſcopi ſeu Capituli revocari nequeat. Licet enim alias propter ingratitudinem donatarii, in quem beneficium collatum, donatio facta in totum revocari queat, favore tamen Eccleſiæ hæc revocatio in donatione templis facta ceſſat, cum Deo potius, quam hominibus facta videatur. Barboſ. *d. l.* Deniq; 14.
circa donationes templis factas hoc obſervandum venit, olim ſolenne fuiſſe res Eccleſiæ donatas vel traditas aut ſaltem earum inſtrumenta altari imponere *Leg. Alemann. tit. 1.* ubi de charta donationis ad Eccleſiam. Ejus rei formula traditur *in Capit.* Bened. Levitæ *lib. 6. c. 285.* Donator ſcil. ipſam ſcripturam coram Altari aut ſupra tenet, dicens ejusdem loci ſacerdotibus atque cuſtodibus: *Offero Deo atq; dedico omnes res, quæ in hac chartula tenentur inſertæ.* vid. Bignon. *in not. ad marculph. Formul. fol. 430.* & cum eo Beſold. *in Theſ. Pract. ſub voc.* Opffer.

Circa pacta hoc ſingulare Templum habet, quod ex pacto vel 15.
contractu cum Eccleſia celebrato etiam ſine traditione dominium transferatur, rerum quidem domini, ut dominium aut totum aut ex parte transferre poſſint, juris naturalis eſt, hoc namque ipſi dominii naturæ congruit, adeo ut Ariſt. *1. Rheth. 5.* proprietatem nominet, ubi penes nos eſt alienandi poteſtas. Duo tamen in hac 16.
translatione, alterum quidem *in accipiente*, alterum vero *in dante*, intervenire debent. In *accipiente* quidem etiam ſepoſita lege Civili requiritur voluntas accipiendi, cum ſuo ſigno, quæ ordinarie ſequitur dationem, quandoque tamen præcedit, ſi quis dari ſibi aut concedi petierit. Cenſetur enim durare voluntas, niſi mutatio appareat. In *dante* autem non nudus actus internus voluntatis ſufficit, ſed inſimul requiruntur aut verba aut alia ſigna externa, quia actus internus ad translationem ſufficiens non eſt. Grot. *de Jur. B. ac Pac. lib. 2. c. 6. §. 1.* Ideoq; actus voluntatis ſigno quodam 17.
extrinſeco exprimendus eſt, quod optime per traditionem fiat, quamvis ad id non ſemper requiratur. Dicitur quidem traditio na-

Digitized by Google

turalis transferendi Dominii modus, præciſe tamen neceſſaria non eſt, licet difficulter perſvadeantur juris Civilis Dd. uti videre licet apud Hottom. *9. illuſtr. 11.* & Vinn. *ad §. 40. Inſtit. de rer. diviſ.* contra quos & ipſum jus Civile pugnat, vigore cujus rei legatæ vel hæreditariæ dominium ipſo jure transfertur, quod certiſſimum argumentum præbet, traditionem ad dominium transferendum præciſe non requiri, neque tamen ex beneficio ſolummodo legis Civilis, ſed ex ſimplici jure naturæ oritur, quod lex Civilis quoad quosdam caſus ſequitur Zigler. *ad Grot. lib. 2. c. 6. n. 1.* Inter quos & hic eminet, quod templa aliave pia loca etiam absq; traditione rem ex nudo contractu acquirant, Grot. *de Jur. b. ac p. lib. 2. c. 8. n. 25.* Quan-
18. quam enim ex diſpoſitione Juris Civilis ut teſtatur Grot. *cit. c. 6. §. 1. n. 2.* ordinarie ferme traditio ad transferendum dominium neceſſaria ſit, ut tamen inter publicam utilitatem & privata commoda competens eſſet diſcretio, conſtitutum eſt in *l. 23. C. de SS. Eccleſ.* ut dominiũ nulla interveniente traditione ex nudo contractu Eccleſiis aut piis locis acquiratur, quod usque adeo extenſum, ut iſto nomine rei vindicatio cum hypothecaria perſecutione conjuncta
19. competat. vid. Tiraquel. *de priv. piæ cauſ. priv. 107.* Nonnulli quidem anguſtioribus terminis hoc includunt privilegium, ac tantummodo de tribus cauſis in *d. l. 23. C. de SS. Eccleſ.* ab Imperatore expreſſis intelligunt, prout non ſine myſterio trium ſolummodo cauſarum Imperatorem mentionem feciſſe, aſſerit Brunnem. *ad d. l. 23.*
20. Quia tamen ſummus favor Eccleſiæ ſtrictam hanc interpretationẽ ſua natura rejicit; Ideoq; rectius hanc legem in omnibus acquirendi cauſis univerſaliter intelligendam eſſe concludit Pinell. *de bonis mat.* Hinc generaliter Doctores aſſerunt, Templum acquirere dominium ex nudo contractu ſine ulla traditione Covarruv. *lib. 2. Reſol. c. 19. n. 2.* Hæc de acquiſitione inter vivos.

21. Quoad illam vero, quæ mediante ultima voluntate ſit, hoc certum eſt, quod ſive ſint bona mobilia, ſive immobilia, Eccleſiæ relinqui poſſint, ſicut etiam nihil intereſt, utrum in teſtamento, an in Codicillis, utrum per modum hæreditatis, an legati, an fidei com-
22. miſſi titulo relinquantur. Quinimo etiam teſtamentum alias ratione ſolennitatum imperfectum, favore Eccleſiæ juxta principia juris Canonici ſubſiſtit; Si quidem Epiſcopali decens ſtudio eſt pias de-

defunctorum voluntates adimplere *c. nos quidem 3. X. de teſtam.* Sub Ethnicis quidem Imperatoribus, quorum tempore ſub jugo gentili vigebat Eccleſia, neutiquam permiſſum fuit Templis bona mobilia aut immobilia relinquere teſte Plin. *lib. 5. Epiſt. 7.* quod diſerte pate ex *§. 25. de Leg.* ubi Imperator Juſtinianus incertis perſonis (quales erant Collegium, Templa &c.) neq; legatum neq; fideicommiſſum olim relinqui potuiſſe aſſerit; Poſtquam tamen Conſtantinus M. primus Imperator Chriſtianæ fidei addictus Templa in curam ſuam recepit, illis innumerabiles immunitates & privilegia conceſſit, inter quæ eminet *l. 1. C. de SS. Eccleſ.* ubi ſtatuit, licere unicuique ſanctiſſimæ Chriſtianorum communitati palam & publice hæreditates & legata relinquere. Nihil enim eſt, quod hominibus magis debetur, quam ut ſupremæ ſeu ultimæ voluntatis, poſtquam jam aliud velle non poſſunt, liber ſit ſtylus, & libera teſtandi voluntas. Klock. *conſ. 42. n. 323. vol. 2.* Et hoc Conſtantini privilegium ſubſequentes Imperatores ad quamlibet Clericorum vel Monachorum Eccleſiam, ut & ad pauperes produxerunt, ut illis ſimpliciter relinqui poſſint. *l. 13. C. cit. tit.* Hinc adhuc hodie Eccleſiæ bona potius augenda, quam minuenda eſſe, pie pariterq; ac prudenter injungit Carpz. *lib. 2. Juriſpr. Conſiſt. def. 298.* Cum dignitas Eccleſiaſtica ob paupertatem vileſcat. *Clement. in plerisq; 5. de Elect. poteſt.* & bona Eccleſiaſtica ad nutriendos Clericos & Conſervationem cultus divini ſint deſtinata, *c. cum ſecundum 16. cap. exſtirpandæ 30. X. de præbend.* Quapropter merito receptũ, ſubſiſtere teſtamentũ minus ſolenne, quo teſtator ob publicam autoritatem religionis intuitu piis cauſis vel locis hæreditatem ſuam relinquit, Dn. Eckolt. *ad Pand. tit. qui teſt. fac. poſſ. §. 18.* Ad illud quidem ex diſpoſitione *c. 11. X. de teſtam.* duo requiruntur teſtes, quæ diſpoſitio juris Canonici etiam in terris Imperii obſervatur, ut Mev. *ad jus Lubec. p. 2. tit. 1. art. 2. 56.* teſtatur. Quod ſi tamen manu propria teſtatoris ſcriptum ſit, ſubſiſtit etiam nullis intervenientibus teſtibus juxta Tiraquell. *de privileg. piæ cauſ. privil. 5.* Quamvis enim Mantic. *lib. 6. de conjectur. ult. volunt. tit. 3. n. 8.* eumq; ſecutus Carpz. *p. 3. Conſt. 4. def. 33.* præciſe verbis: *d. c. 11.* inhæreant, adeoq; huic teſtamento privilegiato, quod defectu laborat, validitatem denegent, quia tamen teſtes in hoc teſtamento non tam ad ſolennitatem, quam ad probationem requi-

23. 24. 25. 26. 27.

runtur, ideoq; ſi alias ex ſcriptura certò conſtet de voluntate diſpo-
nentis, teſtes neceſſarii haud erunt, ut bene ratiocinatur Dn.
28. Struv. *Ex. 32. th. 23.* Et hoc ipſum in Collegio Juridico Jenenſi *M.*
Decembr. 1637. ad requiſitionem Johannis Götzen in Erffurth confir-
matum eſt in verbis: Ob gleich berührter letzter Will nicht vor Zeugen
aufgerichtet / ꝛc. Dennoch aber weil der Teſtirer denſelben mit
eigener Hand geſchrieben und unterſchrieben und ihr nicht in
Abrede ſeyn könnet / ſondern geſtändig / daß unter ſolcher Schrifft ſein
Siegel gedruckt ſeye: Als iſt auch derſelbe / als eine Verordnung zu mil-
den Sachen bey Kräfften zu laſſen und zu recht gültig / dahero ihr auch
29. die verordnete legata abzuſtattẽ ſchuldig. Quare in ejusmodi teſtamẽto
ne quidem heredis inſtitutio requiritur. Licet enim teſtamentum
non valeat, ſi tamen teſtator templis vel piis cauſis aliquid reliquer-
rit, ſuccedentes ab inteſtato id adimplere tenentur. Rigor namq;
juris non ſervatur, quando fit diſpoſitio circa pias cauſas. Graſſ.
recept. ſentent. lib. 1. §. teſtamentum q. 18. Et hoc itidem præjudicio con-
30. firmat Dn. Richter, *p. 1. Dec. 28. n. 17.* Hinc in legato templo relicto
non obtinet detractio Falcidiæ juxta *Auth. ſimiliter C. ad leg. Falcid. &*
Nov. 131. c. 12. ut & ad ſimilitudinem hujus Trebellianicæ, ut ſtatuit
M. Anton. Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 4. n. 31.* niſi ipſa pia cauſa
ſit inſtituta tunc namque pia cauſa una contra aliam jure
31. communi utitur. Tiraquell. *de piar. cauſar. privileg.* & Dn.
Brunnemann. *ad d. Auth. ſimiliter.* Præterea hoc ſingulare
templum habet privilegium, quod ex incerta quoque inſtitutione
hæreditatem capiat. *l. ult. C. de SS. Eccleſ.* Imo ſi DEO aliquid re-
lictum ſit, id ad templum ſive Eccleſiam illius loci pertinet, in quo
teſtamentum factum eſt. *per d. l. ult.* Idem obtinet, ſi quid relictum
ſit Sancto cuidam, ſeu ædi, quæ ei ſacra eſt, & ſi plures ſint ædes
iſtius Sancti nomini dicatæ, teſtator verò non explicuerit, tunc con-
32. cedendum eſſe illi templo, ſub quo habitavit teſtator *Nov. 131. c. 9.*
ſvadet. Ne quoq; temere hæredes diſpoſitionem in favorem tem-
plorum factam negligerent, in primæva Eccleſia receptum fuit, ut
viri & matronæ clariſſimæ, imo teſtatores cujuscunq; etiam fuerint
conditionis ipſum Salvatorem Dominum noſtrum JESUM CHRI-
33. STUM in teſtamentis hæredem ſcriberent, quod *l. fin. C. de SS. Eccl.*
confirmatum. Et licet hoc poſtmodum deſierit, tamen ne pia te-
ſtatorum intentio negligeretur, poſtmodum ſolenne factum eſt,

pias

pias fundationes diris & execrationibus quibusdam munire, ut a prophanatione ſacrarum & DEO dicatarum rerum eo magis homines abſterreantur. Varias easq; horrendas execrationes refert Horn. 34.
Beck. *Exam. Bull. Pap. n. 11.* Speid. *ſub voc.* Stifftung & Beſold. *ſub eod. voc.* Illuſtrationis gratia lubet ſequentem adjicere. *Si quis forte, quod abſit, & quidem per DEI miſericordiam & patrocinia S. Greg. & omnium Sanctorum evenire non æſtimo, & ex propinquis aut extraneis, & ex qualibet conditione ſive poteſtate, qualicunq; calliditate contra hoc teſtamentum, quod pro Dei omnipotentis amore, ac veneratione S. Greg. & omnium Sanctorum ſanxit, aliquam concuſſionem inferre tentaverit; Primum quidem iram Dei omnipotentis incurrat, auferatq; Deus illius memoriam de terra viventium, & deleat nomen ejus de libro vitæ, niſi reſipuerit, fiatq; pars illius cum his, qui dixerunt Domino, Domine recede à nobis, & cum Dathan & Abiran, quos vivos infernus abſorbuit, & perennem incurrat damnationem, ſociusq; Judæ proditoris effectus, æternis cruciatibus retruſus teneatur.* Add. teſtamentum *S. Remigii in Cod. Donat.* Aubert. Miræi *fol. 11. & Documenta rediviva Monaſterior. in Wirtenberg.* Ubi ſimiles imo majores execrationes of- 35.
fendimus. Teſtantur quoq; monumenta vetuſtatis, quod hiſce diſpoſitionibus adjecta fuerit confirmatio Epiſcopi vel proviſoris Eccleſiæ. Hinc cum Otto de Scheiding. Capitaneus *in Zorbig. Ann. 1468.* bona quædã Templo Zorbigenſi relinqueret, confirmationẽ Eraſmi Bernhardi Præpoſiti Monaſterii Beatæ Mariæ Virginis impetravit.

His confirmationibus vero ſimiles execrationes adjectas eſſe videmus, ut probant literæ confirmatoriæ Johannis Archi-Epiſcopi Magdeburgenſis ad implorationem agricultorum ejusdem oppidi *de anno 1473. ſub. fin.*

Penes nos tales execrationes non quidem frequentos ſunt, 36.
Teſtatori tamen piam voluntatem quocunque munire modo permiſſum eſt. Hic adhuc hodie comminationes in quibusdam legatis templis, aliisve piis locis relictis adjectas videmus, ut periculoſum ſit, teſtatoris intentioni ejusmodi execrationibus confirmatæ refragari. Porro licet ad excluſionem fraudis & falſitatis jura Civilia te- 37.
ſtes rogatos eſſe velint per *l. 21. §. 2. qui teſtam. fac. poſſ.* diſpoſitio tamen ad templa & pias cauſas excepta eſt, ubi hæc requiſitio neceſſaria non eſt, *arg. c. relatum 11. X. de teſtam.* & ita Dd. communiter ſtatuunt. Quin etiam teſte Clar. *lib. 3. recept. ſentent. §. Teſtamentum q. 6.*

Mu-

Digitized by Google

38. Mulieres ad teſtimonium admittuntur contra rationem juris Communis, fœminas in cauſa teſtamentaria excludentem. *l. 20. §. 6. qui teſt. fac. poſſ.* Deniq; legata templis & piis cauſis relicta, etiam non adita hæreditate deberi Dn. Ungep. *ad Decret. de teſtam. & ult. volunt. n. 20. ibiq; cit.* Abbas docet.

39. Non ſolum vero ex teſtamento, ſed etiam ab inteſtato bona acquirit Templum, ſi ſcil. Clericus inteſtatus & ſine legitimis ſucceſſoribus mortuus ſit, tunc namq; Eccleſia in bona ejus ſuccedit, *Nov. 131. c. 13. & Auth. Licentiam C. de Epiſc. & Cler.* Clerici quidem in
40. patrimonialibus aliisq; acquiſitis rebus hæredes, ſi velint, ſibi conſtituere poſſunt teſtando, it. in iis, quæ Clerici, qua tales quidem acquiſiverant, ſua tamen induſtria & labore, ut concionando, ſacra
41. faciendo, docendo. *d. Nov. c. 13.* Quicquid vero ex proventibus Eccleſiæ perceperunt, ſive de agris, ſive de fructibus, ſive de oblationibus, omnia Eccleſiæ reſervare debent, & ita deciſum in concilio Agathenſi, ut patet *ex can. Epiſcopi de reb. 19. c. 12. qu. 1.* quæ intelliguntur non tantum de fructibus non perceptis & adhuc pendentibus tempore mortis, ſed etiam de aliis perceptis, ut & de bonis intuitu Eccleſiæ acquiſitis, de quibus beneficiati teſtari, aut libere diſponere nequeunt. *cap. quia nos 9. X. de teſtam. c. ult. X. de pecul. Cleric.* quod & in aliis beneficia habentibus placuit ſervari. Niſi ex privilegio, conſvetudine vel alia cauſa rationali fructus pertineant ad benefi-
42. ciatum. *c. præſenti. ult. §. porro de Offic. Ordin. in 6.* Extra hunc caſum inhibita eſt in Eccleſia hæreditaria beneficiorum ſucceſſio, neque cuiquam permiſſum eſt, ſibi in beneficio, quod poſſidet, eligere ſucceſſorem, *can. Apoſtolica 7. c. 8. q. 1.* Ratio eſt, quia id, quod occaſione Eccleſiæ acquiſitum eſt, ad eam quoque redire debet. Et quæ Clericus poſſidet, ea præſumitur in officio acquiſiviſſe, ut is, qui contrarium allegat, id probare debeat. Perez. *ad tit. C. de Epiſc.* Sed
43. juri huic conſvetudo plerisq: in locis derogavit, ut proximi defuncti conſangvinei, excluſa Eccleſia, ab inteſtato admittantur ad bona etiam ex fructibus beneficii acquiſita, teſte Zœſ. *tit. de ſucceſſ. ab inteſt. n. 4.* & Dn. Zigler. *ad Inſt. jur. Can. lib. 2. tit. 28. §. 7.* Hoc tamen
44. adhuc obtinet, quod bona Clericorum vacantia excluſo fiſco, ad Eccleſiam devolvantur, non ſolum ex diſpoſitione Juris Civilis, quæ habetur in *Auth. Si capti C. de Epiſc. & Cler.* Sed etiam ex proviſione

Ju-

Juris Canonici, quæ habetur in *c. quicunq; ult. c. 12. n. 5.* cujus rei ra-
tionem hanc exhibet jus Canonicum, quod nemo Clerico proximi-
or videatur, quam Eccleſia, quæ ipſum Domino ſociavit, *in c. Pres-* 45.
byteri 2. X. de pœnis. Præter acquiſitionem ex cauſa teſtamentaria fa-
ctam, multa quoq; alia ad acquiſitionem bonorum ſpectantia fa-
vore Templorum recepta ſunt, v. g. quod quilibet piæ cauſæ & tem-
plis ſtipulari poſſit contra rationem juris Communis, *per c. quanquã
ult. de uſur. in 6.* it. quod emens rem ex facultatibus Eccleſiæ acqui-
rat. *c. 4. c. 12. q. 5. & c. 1. X. de pecul. Cleric.* it. quod incertitudo non vi-
tiet legata Eccleſiis relicta. Et quæ ſunt ſimilia alia. Quorſum et-
iam pertinent modi pro augmento ærarii Eccleſiaſtici recepti. Hi
vero conſiſtunt (1) in acquiſitione pecuniæ pro pulſu Campanarum, 46.
Germ. Glocken-Geld/ it. pro redemtione ſedilium in templis, Germ.
Stühl-Geld/ ac pro ſepulchris in Cœmiteriis publicis & in templis
obtinendis præſtitæ. (2) in pecunia occaſione celebratæ venditionis
Eccleſiæ ſolvenda. Vid. *Ord. Prov. Goth. p. 1. c. 6. tit. 3. Ord. Eccl. Elect.* 47.
Sax. art. gen. 34. Teſtantur enim mores quarundam civitatum, quod
emptores & venditores rerum immobilium poſt celebratum contra-
ctum nummos quosdã ad pios uſus pendere ac in ærarium ſacrum,
quod hujus rei gratia in templis exſtructum eſt, ſchedula in teſti-
monium celebrati contractus adjecta recondere teneantur, qui a-
ctus Germanice vocatus: den Gottes-Pfennig einlegen/ ac tantæ ef-
ficaciæ eſt, ut requiſito hoc neglecto, contractus pro nullo habea-
tur, juxta Bornit. *de ærar. redit. lib. 10. c. 2.* (3) per collectionem Elee-
moſynarum, quas pii vel ſtato tempore vel extra ordinem ſponte
tamen conferunt. Colliguntur enim in *hoſpitiis publicis* ac in *convi-
viis ſponſalium, nuptiarum, baptizatorum* ac *funeribus* offeruntur à *no-* 48.
vis nuptis peracta benedictione ſacerdotali, & *puerperis* poſt præter-
lapſa puerperii tempora in templis ſeſe ſiſtentibus, præcipue vero
acquiruntur ſingulis diebus dominicis & feſtis durch das Cymbel-
Geld/ Olim quidem in primitiva Eccleſia receptum fuit, ut ante 49.
communionem ſacram inter cantandum Populus nummos miſſa-
les alias offertoria dictos coram Altari offerret, teſte Beſold. *in Theſ.
Pr. 7. ſub voc.* Opffer. Sed hoc conſvetudine ita mutatum eſt, ut
nummi miſſales Opffer-Pfennige/ ſic ubi adhuc obtineant, conſtitu-
ant partem ſalarii Miniſtris Eccleſiæ debiti ut docet Carpzov. *lib. 1.*

50. *Juriſpr. Conſiſt. def. 105.* In eum tamen ſucceſſit locum, ut Parœciani, qui ſacris interſunt, præcipue die Dominica ſpontaneum aliquod offerant ad ſubſidium ſumptuum ab Eccleſia erogandorum, quæ pecunia vocatur das Cymbel-Geld / & colligitur durante concione à Præfectis Eccleſiæ, reſervatur quoq; in ærario Eccleſiaſtico, & ab ipſis pro utilitate Eccleſiæ expenditur, ſed cum mere adiaphora hæc ſunt, loci cujusq; conſvetudo hac in re attendenda venit. Ærarii
51. iſtius in quod reditus & pecunia ad pios uſus, pro alēdis pauperibus & conſimilibus expenſis exponitur & vulgo apud nos ſecundum loci conſvetudinem vocatur der Gottes-Kaſten/Kirchen-oder Allmoſen-Kaſten / uſus antiquiſſimus eſt, adeo ut poſt tempora quoq; Moyſis ſub Regibus & Principibus in ſingulis regnorum Præfecturis talia publice conſtituta fuerint æraria, in quibus reditus ad pios uſus deſtinati reponebantur *1. Reg. 15. v. 18.* Cum autem homines devoti largiter ad uſus pios bona conferrent, atq; hoc modo magna pecuniæ ſumma in templo colligeretur, cœperunt reges exteri ærario huic
52. Judaico inhiare. In novo Teſtamento tempore Apoſtolorum Hieroſolymis commune fuit ærarium, *Act. 2. v. 44.* cujus ductu poſtmodum in aliis Eccleſiis æraria publica recepta ſunt, in quæ ſinguli liberrime, quando congreſſus publici inſtituebantur, pro modo fa-
53. cultatum conferebant, Klock. *de ærar. lib. 1. c. 2.* Quare adhuc penes nos in uſu ſunt, vid. Klock. *cit. loc.* ubi demonſtrat, in quo hodierno tēpore in Eccleſiis & rebuspubl. reformatis ærarii ſacri uſus & modos conſiſtat. vid. *Ord. Eccl. Elect. Sax. art. gen. 34.* & *Ord. Provinc. Duc. Goth. p. 1. c. 6. tit. 3.* von Gottes-Kaſten/ubi multa huc facientia proponuntur.

54. Deniq; ad modos acquirendi licitos templis conceſſos optime refertur præſtatio Decimarum conſervationi templorum & ſimilibꝰ piis cauſis inſerviens, de quarum inſtitutione jam quæritur, an juri Divino morali adſcribenda veniat. Hoc quidem Lancelot. *in Inſtit.*
55. *Jur. Can. lib. 2. tit. de decimis 26. §. 2.* aſſerit. Eleganti tamen diſtinctione reſolvit Reinking. *de R. S. & Eccl. l. 3. Claſſ. 1. c. 8. n. 8.* dum aſſerit, quod Decimarum inſtitutio non ſit Juris Divini, quoad certam quātitatem, ſit tamen quoad congruam Templorum conſervationem
56. & miniſtrorum ſuſtentationem, Lev. *c. ult. v. 30.* Hinc quamvis in lege Moſaica multa fiat mentio Decimarum, exinde tamen prius aſſertum non probatum eſt, cum non omni Lege Moſaica gentes obligen-

ligentur, ſed ea tantum, quæ moralis eſt, cui non tam ipſa Deci-
mæ quota, ſed ejus tantum ſubſtantia, uti vocatur à Selden. *de Sy-*
nedr. lib. 1. c. 3. adſcribenda venit; Ita ut jus naturale ſive morale ju- 57.
beat quidem alimenta præſtare miniſtris Eccleſiæ eisq; pro labore,
quem rebus ſacris & divinis impendunt, benefacere, determinatio
autem certæ quantitatis eo nomine præſtandæ puta octavæ vel de-
cimæ partis bonorum non tam ad jus naturale, quam Moſaicum po-
tius à Deo per Moſen Judæis tantum, non etiam aliis Gentibus &
populis ad tempus præſcriptum, referatur, Fr. Duaren. *de ſacr. Eccl.*
miniſt. lib. 2. c. 2. Dn. Zigler. *in not. ad Grot. de J. B. ac P. lib. 1. c. 1. in fin.*
conſentit Henniges *ad Grot. d. c. in fin.* Unde jam facile patet, an de- 58.
cimæ alienari poſſint? Circa hanc quæſtionem aliud de Jure Cano-
nico, aliud vero de Jure moderno Proteſtantium obtinet. De jure
quidem Canonico expreſſe prohibitum, ne decimæ Laicis concede-
rentur. *c. 15. 17. & 19. X. de Decim.* Et quamvis quoad infeudationem 59.
decimarum comuniter ſtatuant Interpretes in concilio Lateranenſi
habito ſub Alexandro III. Pontifice prohibitum fuiſſe, ne Decimæ Laicis
in feudum dentur, ita ut ante Concilium illud conceſſas recte Laici
retinere poſſint; Tamen jam ante Decimarum ad Eccleſias mona-
ſteriave ſpectantium alienationes & infeudationes prohibitas fuiſ-
ſe rectius tradit Auguſt. Barboſ. *lib. 3. Jur. Eccl. c. 26. §. 3.* Rationem 60.
propter quam primum Decimæ in feudum dari cœperunt, exponit
apud Dn. Zigler. *ad Inſt. Jur. Can. lib. 2. tit. 26. §. 17.* alleg. Crantz. *lib. 1.*
Metropol. c. 2. in verbis: Ferunt indictas populo Decimas *de more*
Chriſticolarum, non provenuiſſe Pontifici primum; ſed regiis præfectis, ut in-
de ſtipendia militibus & ſumptus facerent crebrarum in eam gentem expeditio-
num. Tributorum nomen horrebat libertati adſuetus populus: Sed decimarũ
exactionem recuſare non poterant. Interpretantur annales, hinc ortum, ut
multarum hodie decimarum exactionibus ſint in manibus Laicorum. Ego ali-
am huic rei cauſam acceſſiſſe conjicio, cum non ſatis fiderent Pontifices ſua jura
ab Laicis principibus tueri, dediſſe arbitror partem decimarum principibus
in manum per ſpeciem feudi & beneficii, malentes amittere dimidium, quam
totum: Inde factum, ut à Principibus tranſirent in miniſteriales &c. Add.
Gryphiand. *de Weichbild. Sax. c. 30. n. 15.* Cum vero indignarentur & 61.
graviter ferrent Pontifices, quod Laici decimas poſſiderent, ipſe
Imperator Fridericus I. in Comitiis hanc rem, ut de ea conſultare-

Google

tur, propoſuit, ceu referente Lehm. *Chron. ſpirenſ. lib. 5. c. 67. §.* die 7. und 8. Gerechtigkeit 2c. tradit Arnold. *Abbas Lubec. Chron. Sclav. lib. 3. c. 18.* in verbis: *Imperator Curiam generalem edixit in Geilnhuſen, ubi convenit multitudo Epiſcoporum Principum. Et procedens in concionem, ſic omnibus locutus eſt: Rogamus vos ſummos ſacerdotes & Epiſcopos & Principes, quorum corda juſtitia poſſidet, ut animadvertatis quæ dico. Compertum ſorte habetis; quantis adverſitatibus impetar à Domino Papa, INJUSTAM ESSE, ALIQUAM LAICAM PERSONAM DECIMAS POSSIDERE quas manifeſte dominus his, qui altari deſerviunt, deputaverit. Scimus autem decimas & oblationes ſacerdotibus & Levitis primitus deputatas. Sed cum tempore Chriſtianitatis ab adverſariis infeſtarentur Eccleſiæ, EASDEM DECIMAS PRÆPOTENTES ET NOBILES VIRI AB ECCLESIIS IN BENEFICIO STABILI ACCEPERUNT, ut ipſi defenſores Eccleſiarum fierent, quæ per*
62. *ſe obtinere non valerent.* Tandem non ſolum, ne Laicis ulterius decimæ concedentur, prohibitum, ſed & inſimul diſpoſitum fuit, ut à Laicis omnino revocarentur. Hoc quoq; in Concilio Lateranenſi permiſſum, ut illas decimas, quas Laici antea habuerunt, poſſent in religioſos conferre, *c. 2. §. ſane de decim. in 6.* Barboſ. *cit. lib. 3. de jure Eccleſ. c. 26. §. 3.*

63. Penes nos vero à Prælatis, qui Pontificem non agnoſcunt, ex juſta cauſa ad utilitatem Eccleſiæ Laicis conferri poſſunt Decimæ. Licet enim in V. T. propterea conſtitutæ fuerint, ut ex illis Levitæ & ſacerdotes ſuſtentarentur, als die ſonſten nichts beſitzen durfften im Lande/ und kein Theil unter den Kindern Iſrael/ noch Erbe mit ihren Brüdern hatten. *Num. 18. v. 20.* Tamen quoniam diverſa ratio in modernis verbi divini miniſtris occurrit, qui nec paternis deſtituuntur, & decimæ neq; jure naturali neq; etiam divino Eccleſiis vel illorum miniſtris, ſed congruum ſolummodo ſalarium vel donatio debetur, ideoq; nihil impedit, quo minus ex juſta cauſa & in utilitatem Eccleſiæ laicis Decimæ concedantur, cum nihil interſit, Decimarum præſtatione, an alio modo Templis ſubveniatur? Finckelthuſ. *Diſſ.*
64. *feud. 3. th. 6. lit. C.* Dn. Struv. *Synt. Jur. Feud. c. 6. aph. 4.* Hinc licet conſvetudine effici nequeat, quo minus debita miniſtris Eccleſiæ alimenta præbeantur, niſi ipſi de jure ſuo cedant; Uſu tamen introduci poteſt, ne decima fructuum portio ſolvatur, ceu recte notat Juris moralis perdoctus Cenſor Johannes Azor. *p. 1. Inſtit. Moral. l. 5. c. 17.*

ut

ut & *d. p. 1. l. 7. c. 23.* ubi inter alia hæc tradit: *Ratio quidem naturalis præſcribit, aliud eſſe DEO offerendum, ſicut etiam præcipit aliquo tempore ſervandum & DEO divinisq; rebus vacandum; Ac quemadmodum certum & ſtatutum tempus non conſtituit, quo DEO vacemus, ſic nec præcipit certam bonorum partem DEO offerri, nec enim magis præcipit decimam, quam vigeſimam, trigeſimam aut quinquageſimam reddi.*

Sunt vero Decimæ nihil aliud, quam quota fructuum vel lucri 65.
portio Deo, vel quibus Deus conceſſit debita. *c. 14. & c. 16. X. de dec.* Et hoc nomine gaudent, non quod ſemper & præciſe pars Decima, ſed aliquid, quo ipſa Decima compenſatur, h. e. pars quædam noſtrorum fructuum ac redituum præſtanda ſit, licet in alia parte conſiſtat. Hinc & in noſtris Eccleſiis Templis eorumq; Miniſtris etiam- 66.
num Decimas præſtandas dicimus, non quidem ſemper ratione quanti, h.e. decimæ partis, verum ratione portionis ex cujusvis loci pia conſvetudine vel ſtatuto receptæ Dn. Carpz. *lib. 1. Jurispr. Conſiſt. def. 125. n. 12.* Vulgo ſiquidem decima dicitur quælibet portio, templis 67.
& Eccleſiæ miniſtris præſtanda, licet interdum octava, interdum vigeſima, triceſima aut quadrageſima ſit ac loco Decimæ ex conſvetudine ſolvatur, Dn. Zigler. *ad Inſt. Jur. Can. lib. 2. tit. 26. §. 2.* ibiq; allegatus Covarruv. *lib. 1. Reſol. 17.* qui de jure decimarum late diſſerit.

In Hierarchia Judaica Decimæ triplicis erant generis, vel Le- 68.
vitarum & comunes, quæ Levitis in Compenſationem duodecimæ partis terræ ſolvebantur. *Lev. 27. v. 30. Num. 18. v. 8. & ſeq.* vel Decimæ decimarum, quas Levitæ pendebant ſacerdotibus pro miniſterio. *Num. 18. v. 8. & ſeq.* vel decimæ pauperum, quæ non ſolum Levitis ſolvebantur, ſed & pauperibus, viduis, pupillis & peregrinis. *Deut. 26. v. 12.* Decima Decimarum, alias decima ſanctitatis vocaba- 69.
tur *2. Chron. 31. v. 6.* qua detracta, quæ reliqua erant, Levitis quaſi profana fuerunt, in quovis loco attamen puro conſumenda teſtante AbenEzra. Dabatur autem hæc decima Decimarum Aaroni aut ſummo Pontifici, non ut in ſolius Pontificis uſum cederet, Sed ut inter alios Sacerdotes easdem diſtribueret. Unde Joſeph. *lib. 4. Antiq. Jud. c. 4.* diſerte ait: *tributas fuiſſe Decimas toti Sacerdotum ordini.* Hodie ex diſpoſitione Juris Canonici, Decimæ aliæ perſonales, aliæ 70.
vero reales ſunt, quibus nonnulli addunt mixtas, quæ ex animalium fructibus, veluti lana, fœtu, lacte, caſeo præſtantur, quas tamen

Digitized by Google

alii ad prædiales nec inepte referunt, cum non niſi in prædiis ejusmodi animalia haberi poſſint. Dn. Zigler. *cit. tit. 26. §. 3.* perſonales
71. ſunt, quæ ex labore & opera quæſitis, prædiales vero, quæ ex prædiis vel prædiorum fructibus ſolvuntur. De decimis perſonalibus ut ſolliciti ſimus, juxta P. Laymann. *Theol. moral. l. 4. tr. 6. c. 1.* neceſſarium non eſt, cum eæ ferme ubiq; per deſvetudinem abrogatæ ſint. Hinc & perſonalium Decimarũ in provinciis noſtris uſus nullus eſt, neq; ex acquiſitis opera & labore Parochianorum miniſtris Eccleſiæ vel ipſi Eccleſiæ aliquid debetur, ut teſtatur Carpzov. *lib. 1. Juriſpr. Conſiſt. def. 131.* Prædiales vero, quarum major eſt utilitas, ite-
72. rum duplices ſunt, vel majores der Groß-Zehend/ vel minores der kleine Zehend. Nam cum Decimæ prædiales non ſolum de grano ſecali von Rocken/ ſed etiam de aliquo quocunq; frumento, ut eſt hordeum, triticum, avena. it. de Cannabe ac Lino, ut & rapis, cepis, braſſicis & oleribus, ervis ſilveſtribus, piſis, milio aliisq; fructibus agrariis, Imo etiam de pomis, piris aliisq; arborum fructibus, ſiquidem conſvetudine id receptum fuerit, ſolvantur, ideoq; Groß-Zehend dicitur, welcher gereichet wird von Weitzen/ Rocken/ Dünckel/ Habern/ Heide-Korn/ Gerſten/ Erbſen/ Bohnen und allen Früchten/ welche der Halm träget. Minut oder Kleinzehend aber iſt/ welcher gereichet wird von dem/ was auf den Bäumen wächſet/ it. Von Kraut/ Rüben/ Flachs und dergleichen Früchten. *vid. Decret. Synod. Sax. de anno 1624. §.*
73. nachdem/ Beſold. *in Theſ. Pract. ſub voc.* Zehend/ & Carpz. *lib. Juriſpr. Conſiſt. def. 131. & ſeq.* Differentias perſonalium atq; prædialium Decimarum refert Lancelot. *Inſt. jur. Can. cit. tit. 26. de Decimis.* Quas tamen ceſſantibus penes Nos Decimis perſonalibus ſtudio omittendum, hocq; monendum duxi, quod prædiales decimæ frumentariæ
74. vel in granis vel etiam in manipulis ſolvantur. Si in granis ſolvuntur, ſæpius hoc exoritur dubium: An modio cumulato, an vero modio per hoſtorium æquato, mit gehäufften od᷑ abgeſtrichenen Scheffel offerri debeant. Inprimis hac in re conſvetudo cujuscunq; loci attendenda eſt, ut menſura antiquitus hoc caſu recepta etiam in poſterum adhibeatur. Quod ſi vero de hac conſvetudine non appareat, in modio æquato bey abgeſtrichenen Scheffel acquieſcendum eſt, propterea quia talis modius æquatus com̃uniter frequentatur, & pro vero ac juſto vulgo habetur, ut ab intellectu hoc communi

muni recedendum non ſit, ut teſtatur Carpz. *lib. 1. Juriſpr. Conſiſt. def. 127.* Quoad manipulos vero ne Eccleſiæ earumq; Miniſtri decipiantur, majores à Parochianis ſubtrahantur, minores vero Decimationi offerantur, hæc cautela recepta eſt, ut decimationi Procurator vel Oeconomus Templorum, aut miniſter Eccleſiæ ſi ipſi debeantur, interſit juxta Panormit. *in Cap. ex parte 21. X. de decim.* Knafel. *de decim. th. 11.* quod ipſum etiam *Ord. Eccl. Elect. Sax. art. 22.* diſerte approbavit. Sive autem in granis ſive in manipulis decimæ ſolvantur in eo frumento præſtandæ ſunt, quod in cujusq; agro prognatũ eſt, ſo gut es gewachſen iſt. Nec enim ratio decimarum admittit, ut in alio præſtentur frumento, cum certam portionem fructuum quot annis naſciturorum conſtituant. Hinc impii ſunt judicandi ii, qui frumentum lolio miſcent, vel purum cum impuro commutant, ſicq; decimas corrumpunt, quod nihil aliud eſt, quam ipſum DEUM fallere. Dn. Carpz. *lib. 2. Juriſpr. Conſiſt. def. 126.* Perſonæ ſolventes decimas ſunt omnes Parochiani, prædia parochialia inhabitantes. Quapropter ad earum præſtationem quilibet tenetur, alias ut ipſi poſſeſſioni renunciet, compelli poterit. *§. 9. Inſt. Jur. Can. lib. 2. tit. de decimis 26.* Nec intereſt hodie, an ſolventes decimas ſint ejusdem, an vero diverſæ religionis, quia in tranſactione Paſſavienſi & pace religionis §. dagegen ſollen die Stände/ hoc Catholicis indultum eſt, ut cenſus, Decimas & reditus ex territoriis Evangelicorum ſibi debitas jure petere valeant. Quod itidem Evangelicis permiſſum ut reditus & decimas ex diſtrictibus Catholicis ſibi debitas jure & absque ulla Catholicorum prohibitione petant & exigant. Hinc ſæpius hodienum in ditionibus Catholicorum noſtræ Eccleſiæ decimas ſuas percipiunt, quæ viciſſim Catholicis ex diſtrictibus Evangelicorum præſtantur. Cum vero Catholici hanc diſpoſitionem negligerent, ſtatus Evangelici Oſnabrugæ *anno 1646. Menſ. April.* in gravaminibus ſuis ita conqueſti ſunt: Renthe/ Zinße/ Gülde/ Zehenden und andere Intraden/ ſo die Evangeliſche Stifft/ Kirchen/ Kloſter/ Hoſpitalen ꝛc. in Catholiſchen Landen zu fodern haben/ ſollen Vermöge des Religion-Friedens und Reichs Abſchieds ihnen ohnweigerlich gefolget ꝛc. werden/ ſo wird doch dem ſchnurſtracks zuwider gelebet/ die Renthe nicht abgefolget/ zu den Allmoſen kein Evangeliſcher gelaſſen ꝛc. und ſonderlich in Reichs-Städten/ da vor dieſen beyde Religionen bey einander

geweſt/

75. 76. 77. 78. 79. 80.

81. geweſt gehen in dieſen Punct groſſe Beſchwerung vor/ ꝛc. Quapropter *in Pacif. Oſnabrng. art. 5. §. 15.* denuo hunc in modum ſtatutum eſt : *Illi reditus, cenſus, decimæ, penſiones, quæ vigore jam dictæ Pacis religionis Statibus Aug. Confeſſ. ob immediatas vel mediatas fundationes Eccleſiaſticas ante vel poſt Pacem religioſam acquiſitas è Catholicorum Provinciis debentur, quorumq; in poſſeſſione vel qſ. percipiendi anno 1624. die 1. Jan. fuerunt, abſq;*
82. *ulla exceptione ſolvantur &c.* Quin & in caſu factæ denegationis à Catholicis jure retorſionis Evangelicos idem ſtatuere poſſe, demonſtrat Dn. Carpz. *lib. 1. Juriſpr. Conſiſt. def. 13.* Plura de decimis Beſold. & Speid. ut & Crolov. *in tract. de decim.* exhibent, qui videri poterũnt.

83. Acquiſitionem bonorum comitatur *Conſervatio*, ad quam præcipue ſpectat, quod ſemel Templo acquiſita, ei iterum nequaquam auferenda & ſeculariſanda ſint. Hinc eſt, quod Jus Canonicum occupantes bona Eccleſiaſtica perpetua damnatione mulctet *c. ſi quis dator 2. c. 1. q. 3.* & Epiſcopos ac Abbates criminis hujus reos ab officio ſuſpendat, ut infames abjiciat, *can. 3. c. 1. q. 3. c. attendendum eſt, 13. c. 17. q. 4.* velut homicidias damnet. *c. qui Chriſti 1. c. 12. q. 2.* & excommunicet, *c. nulli liceat 3. & c. ſeqq. c. 12. q. 2.* quin etiam ſacrilegorum loco habeat, *c. ſi quis Principum. 25. c. 16. q. 7.* ac Judæ proditori ſimiles
84. efficiat. *c. ſi forte 15. & c. qui rapit, 17 c. 17. q. 4.* Quapropter Div. Gregorius inquit : *Sacrilegium & contra legem eſt ſi quis, quod venerabilibus locis relinquitur, pravæ voluntatis ſtudiis tentaverit ſuis compendiis retinere*, & Divius Hieron. notanter aſſerit ; *Amicis rapere furtum ; Eccleſiam fraudare ſacrilegium ; Accepiſſe aliquid pauperibus & eſurientibus erogandum, apertiſſimi ſceleris eſſe. Aliquid inde ſubtrahere, omnium prædonum crudeli-*
85. *tatem ſuperare.* Accedit juris Civilis diſpoſitio eo ipſo, dum ſpecialiter bona Eccleſiaſtica ſub quocunq; prætextu ad quoscunque (extra ſummum neceſſitatis caſum) alienando transferri, ſevere prohibent Imperatores Eccleſiæque omnia jura omnibus temporibus intacta ac inviolabiliter cuſtodiri, illæſaque jugiter ſervari volunt per *l. 14. pr. & §. 4. in fin. & auth. hoc jus porrectum C. de SS. Eccl. it. Nov.*
86. *7. per tot.* &c. Ne itaque bona Eccleſiaſtica alienentur & ſeculariſentur, tum honor DEI, in cujus favorem hæc bona ſunt deſtinata, tum voluntas eorum, qui ordinarunt Eccleſiæ, tum ipſa Eccleſiæ utilitas, tum etiam indigentia pauperum, ad quos ſublevandos talia bona deſtinata ſunt, prohibere videtur. Anton. Faber. *de relig.*

reg.

reg. lib. 2. Cap. 7. n. 22. Quod enim ſemel Deo dicatum eſt, in profanos uſus redigi amplius non debet, nec ii, qui bona Eccleſiaſtica per vim rapiunt, ſibi exinde commodum, ſed maximum potius damnum certo certius polliceri debent, ſecundum illud vulgare, Pfaffen-Guth/Raffen-Guth/hat Adlers Federn/und kömt nicht auf den dritten Erben/

Wer geiſtlich Güter macht gemein/
Wird eh er meint ein Bettler ſeyn.

Quare ut ſolide conſcientiis hominum ſuper bonorum Eccleſiaſticorum uſu conſulatur, bona & poſſeſſiones, quæ olim à piis Chriſtianis ex ſingulari devotione ad ſacros & pios uſus dedicata & donata ſunt, in profanos neutiquam converti debent, quia publice intereſt, ut voluntates teſtantium conſerventur. Et hæc eſt ratio, quod & ſancti Patres juxta *c. voluntas 4. c. 13. q. 2* iisdem refragari noluerint, præcipue cum Apoſtolus bene moneat, morte confirmato teſtamento nemini vel additionem vel imminutionem permiſſum eſſe, egregie hoc illuſtrat Letzn. *l. 3. Chron. Daſſel. c. 86.* in verbis: Man muß von Kirchen und Geiſtlichen Güthern nichts in abuſum, Eigen-Nutz und dergleichen verkehren &c. Gehet es aber mit ſolchen Güthern anders / ſo fehlet es auch nicht/ es ſchläget gewißlich dazu die üm ſich her freſſende Kranckheit der Krebs/ der friſt eines mit dem andern hinweg / und pflegen gemeiniglich die Heiligen das Wachs wieder zu holen. Laudabiliter proinde legatum ad certum pium uſum relictum, ſi iſte deficiat, vel in ipſum converti nequeat, in aliam piam cauſam impenditur, quia intereſt, ne per ablationem rerum Deo, templis vel pauperibus relictarum ſacrilegium committatur, quod graviſſimam meretur pœnam, *per Nov. 7. c. 10. c. nonnulli liceat. 3. cauſ. 12. q. 2.* Hoc ipſum Modeſtin. *in l. 16. ff. de uſu & uſufructu legato* ſpecifice confirmat, adjecta eleganti ratione, *quod iniquum ſit, hanc quantitatem lucro hæredum cedere.* vid. Dn. Brunnem. *in Comm. ad d. l. 16.* Unde facile apparet, quod contra fundatorum mentem Bona Eccleſiaſtica alio converti nequeant, & quod coram DEO vix ac difficulter excuſari poſſit, ſi pia fundatio contra fundatorum mentem immutetur. vid. Carpz. *de Leg. Reg. Germ. c. 4. ſect. 4.* quod præcipue obtinebit, ſi diris & execrationibus munita ſit. Pertinet huc ele-

87. 88. 89. 90.

gantiſſimum Scabinorum Lipſienſium Reſponſum *in cauſa Ottonis* Edlen von Plato *Menſ. Febr. anno. 1603.* hunc in modum prolatum: Und obwohl das Kloſter Gerbſtädt ein Geiſtliches Guth iſt: So iſt doch dabey wohl zu bedencken / daß ſolches denen Ordens-Perſohnen / und nachdem nunmehr das Kloſter-Leben abgethan / und das Licht des heiligen Evangelii an Tag kommen / auch demſelbigen gemeß / die Chriſtliche Religion reformiret iſt / Kirchen und Schulen zu Nutz verordnet worden / in Anſehung daß zu dero Unterhaltung ſolche Güther angewendet werden ſollen / wie daſſelbige durch *Hieron. Schurff. cent. 1. Conſil. 47. n. 11. usq; ad n. 14. & in eadem Cent. Conſ. 90.* mit vielen Rechts-Gründen ſtattlich ausgeführet / auch von *Weſenb. Conſil. 37. n. 6. & ſeq. confirmi*ret / und durch des heiligen Römiſchen Reichs *de anno 1555.* zu Augſpurg *publicir*ten Abſchied / und Chur-Fürſt Moritzens hochlöblichſten Gedächtnüß *publicir*ten löblichen Landes-Ordnung / *ſub tit.* von dem Uberlauf der Geiſtlichen Güther *& tit. ſeq.* beſtätiget wird / ꝛc.

91. Proinde Proteſtantes rectiſſime bona Eccleſiaſtica ad certos ſacros uſus deſtinata, poſtquam uſus ille aut ſuperſtitioſus aut impietate contaminatus deprehenſus eſt, ad alios pios uſus pro ſervandæ Conſcientiæ tranquillitate tranſtulerunt. Fatendum enim eſt, quod multa bona partim cultui ſuperſtitioſo in miſſarum celebratione ad defunctorum animas è purgatorio liberandas conſiſtēte deſtinata, partim etiam in luxum, ut otioſe ventris inſervirent, abſumta fuerint; Quare Proteſtantes Principes ſuperiori ſeculo recte fecerunt, quod in meliores uſus Eccleſiæ & Reipubl. impende-
92. rint. Pontificii quidem ante Pacem religioſam bona hæc Eccleſiaſtica nullo jure à Proteſtantibus occupata, antiquis poſſeſſoribus injuſte erepta, ideoque ante omnia reſtituenda eſſe putarunt, cum fundatorum intentio ſemper immutabilis permanere debeat. Ve-
93. rum quia majores noſtri ſancta ſimplicitate & pietatis intuitu ducti tot tantaque in Epiſcopos, Clericos & Monachos contulerunt bona, ut *fiſci magis quam Chriſti facti ſint officiales*, juxta Petr. de Alliaco; Quare merito Proteſtantes remoto abuſu in vere pios uſus ſecundum antiquam fundatorum primariam intentionem bona iſta reduxerunt, præcipue cum infinitæ fere ſint piæ cauſæ, ad quas reditus iſti conferri poſſunt. v.g. *cultus divinus, ſalus reip. Conſervatio Miniſterii, piarum ſcholarum conſtitutio, ſublevamen pauperum, ut & Noſocomiorum*

miorum ac Xenodochorum fundatio, ut poſt Everh. à Weihe. *in aulic. polit. reg. 216.* tradit Dn. Carpz. *ad L. Reg. German. c. 4. ſect. 4.* Et hoc ipſum per *Pacificationem Religioſam ſuperioris ſeculi ut & receſſ. Imper. de* 94.
anno 1555. §. dieweil aber *19.* ſequentibus diſerte confirmatum eſt in verbis: Dieweil aber etliche Ständte und derſelben Vorfahren etliche Stifft/ Kloſter und andere Geiſtliche Güther eingezogen und dieſelben zu Kirchen und Schulen/ milden und andern Sachen verwendet ꝛc. ſo ſollen auch ſolche eingezogene Güther ꝛc. in dieſen Fried-Stand mit begriffen und bey der Verordnung/ wie es ein jeder Stand mit obberührten eingezogenen und allbereit verwendeten Güthern gemacht/ gelaſſen werden. Flagrante quidem bello Germanico tricennali Imperator Ca- 95.
tholicorum nonnullorum inſtinctu *Edictum* de reſtituendis illis bonis Eccleſiaſticis *anno ſc. 1629.* promulgavit, vigore cujus, florentibus præprimis rebus Cæſareis, Catholici non minimam ſpem de bonis his amiſſis recuperandis conceperunt, accedente præcipue *Pacif. Prag.* in qua reſtitutio Bonorum Eccleſiaſticorum tantummo- 96.
do ad 40. annos & ſic ad modicum tempus dilata eſt; Sed annuente 97.
DEO etiam hoc diſſidium per Pacif. Oſnabrug. feliciter compoſitū eſt, quamvis in tractatu iſtius Pacis bonorum Eccleſiaſticorum poſſeſſionem quietam ac perpetuam Proteſtantes ægre obtinuerint. M. Majo anno 1646. hoc punctum in tractatu pacis primum intro- 98.
ductum & demum multo labore compoſitum eſt. Teſtatur enim *Theatr. Europ. tom. 5. p. 1039.* daß die Herrn Catholici noch zur Zeit von keiner Perpetuität der Geiſtlichen Güter hören/ aber wohl auf ein hundert jähriges Poſſeſſorium ſich reſolviren wollen. Tandem Proteſtan- 99.
tibus perpetua bonorum Eccleſiaſticorum poſſeſſio conceſſa, ut ex *Inſtrum. Pac. art. 5. §. 3.* fuſius patet. Hoc vero tam male habuit Papam Romanum Innocentium X. ut contra hanc compoſitionem per nuntium ſuum Fabium Chiſium ſolennem proteſtationē interpoſuerit. Sed Tranquillitatis Germanicæ quam maxime interfuit, ut illa, quæ in inſtrumento pacis de hoc puncto ſancita ſunt, ſancta haberentur & adhuc inviolabiliter cuſtodiantur. Burgold. *in Not. Imper. p. 2. diſc. 9. §. 14. & ſeq.*

Hinc fluit, quod regulariter prohibita ſit (1) ſeculariſatio & (2) 100
alienatio bonorum Eccleſiaſticorum. Seculariſatio Germ. vocatur Einziehung Geiſtlicher Güther/ Verwendung derſelben zu weltlichen

Digitized by Google

Dingen Seculariſirung der Stiffter/& nihil aliud eſt, quam bonorum qualitatis Eccleſiaſticæ in ſecularem l. profanam transmutatio.
101. Regulariter quidem prohibita eſt, cum juxta hactenus dicta bona Eccleſiaſtica ad impium vel ſuperſtitioſum deſtinata uſum, ad alium æque pium convertenda neque ad profanum transferenda ſint.
102. vid. *Pacif. relig. de anno 1555.* §. Als auch dem. Quia tamen Bona Eccleſiaſtica ratione uſus ſolummodo talia fiunt, ut in ſe maneant res ſeculares, ideoque interdum hunc reſpectum exuere poſſunt, cum hoc modo nihil in natura rei, ſed extrinſecus tantummodo reſpectus mutetur. Hocque eo magis fieri poterit, quia bona Eccleſiaſtica conſtituunt partem reipubl. cui in ſuas res id licebit, quod
103. conveniens eſſe judicaverit. Quapropter etiam ſeculariſatio quandoque licite fieri poterit, ſi ipſam vel (1) *neceſſitas* publica, ut pax ab hoſte redimatur, & reſpubl. in qua eſt Eccleſia, in ſtatu tranquillo conſervetur, vel (2) *utilitas* Reip. evidens, vel etiam (3) *nimia* bonorum Eccleſiaſticorum *abundantia* ſvadeat. Intereſt enim Reipubl. ne abundantia ejusmodi pietati ac ſanctimoniæ ſacerdotum noceat, ceu experientia monſtrat, quod divitiis mores corrumpantur, teſte Dn. Fritſch. *in man. Jurispr. publ. ſub verb. Bonorum Eccleſiaſtico-*
104 *rum ſeculariſatio.* Cum vero Imperantibus tam perſonæ, quam bona intra reipubl. terminos ſint ſubjecta, ideoque cauſa efficiens Seculariſationis eſt is, qui τὸ Κύριον in republ. habet. Quapropter non aliter inſtituenda eſt, quam authoritate Principis vel cujusvis
105. Superioris interveniente. Quod juſta nititur ratione: Cum enim rerum ſacrarum & Eccleſiaſticarum cura ad ſummum referatur Imperium, ut docet Arnold. Clapmar. *lib. 1. de arcan. rerumpubl. c. 15.* Quod regium JusImperator & Principes non ex privilegio Papæ, uti quidem vult. Gloſſ. *in c. Synodo 23. in fin. diſt. 63.* Sed Jure poteſtatis à DEO conceſſæ habent. vid. *Rec. Imper. de anno 1544.* §. Erſtlichen der ſtreitigen Religion &c. 77. merito illi quoque transmutatio bono-
106. rum Eccleſiaſticorum adſcribenda erit. Quapropter in Imperio noſtro quoad bona immediata Eccleſiaſtica jus ſeculariſandi, exigente neceſſitate public. ad Cæſarem & Status ſpectat; Quoad bona vero mediata in Principatibus à Superioritate dependet territoriali, ut juxta jus Can. accedant ſolennitates in alienatione bonorũ Eccleſiaſticorum alias obſervandæ; cognitio ſcilicet cauſæ, probatio

tio neceſſitatis vel utilitatis, quomodo tum demum legitime bona Eccleſiaſtica qualitatem Eccleſiaſticam cum ſuis Privilegiis & immunitatibus amittunt ac vice verſa ſecularem induunt, vid. latius Dn. Fritzſch. *p. 3. var. Exerc. Jur. publ. ubi Differt.* Rothmal. *de Secular. bonor. Eccl.* exhibet. Sic in Germania noſtra per *Inſtrument. Pacis Oſn.* 107.
art. 10. ſeculariſati fuerunt Archi-Epiſcopatus Bremenſis & Magdeburgenſis, Epiſcopatus Verdenſis Halberſtadienſis, Mindanus, Caminenſis, Sverinenſis, Razeburgenſis, Abbatia Hirſchfeld & Prælatura Walckenried. Harum ſeculariſationum finis fuit, ut 108.
Reipublicæ Romano-Germ. neceſſitati ſuccurratur, diu multumq; deſiderata pax obtineatur, ſicque Eccleſiæ ſi non directo, ad minimum tamen per indirectum conſulatur. Plura vid. *in Exam. Bull. Innocent. X. Pontific.*

Alienationẽ bonorũ Eccleſiaſticorum quod concernit, ejus pro- 109.
hibitio probatur conciliorum Deciſionibus, præcipue per *Carthaginenſe I.* valde antiqvum *in c. ult.* quod confirmat *Concilium Carthaginenſe IV. c. 32. circa ann. Chriſti 400.* habitum & plura alia. Aſſentiuntur textus Juris Civilis *l. 17. §. 1. l. 21. l. 22. Auth. ſicut alienatio C. de SS. Eccleſ. Nov. 7. c. 1. Nov. 120. c. 1.* Et textus Juris Canonici in *c. 1. X. quæ fiunt à Prælato & c. c. 52. cum ſeq. c. 12. q. 2. c. nulli 5. X. de reb. Eccl. alien. vel non.* Ratio perſpicua eſt, ne Eccleſiæ bonis ſpoliatæ deſerantur; 110.
Accedit, quod Prælati non ſint Domini bonorum Eccleſiaſticorum, ſed nudi adminiſtratores, quorum in poteſtate non eſt, bona diſtrahere & alienare ſine evidenti neceſſitate *arg. l. 63. ff. de Procur.* Et ita ſtatuunt Mantic. *de tac. & ambig. convent. lib. 25. tit. 6.* Marc. Anton. *de Domin. de Republ. Eccleſ. lib. 9. c. 6.* Rittershuſ. *ad Nov. p. 1. c. 8.* Ne- 111.
que hoc ſolum in rebus immobilibus, ſed mobilibus procedit, ut nec harum rerum, ſi modo ſervando ſervari queant, alienatio licita ſit, per *c. nulli 2. c. 12. qu. 2.* Quapropter tam de Jure Civili, quam 112.
Canonico in alienantes & accipientes res Eccleſiaſticas certæ ſunt conſtitutæ pœnæ. Et quidem de jure Civili contractus eſt ipſo jure nullus, acquirens porro fructus acceptos cum pretio perdit, alienator vero ſ. Oecon. ab officio removetur & reſarcitione damni punitur, Notarius denique in perpetuum relegatur, & Judex conſentiens cum publicatione bonorum dignitatem amittit, *per l. jubemus 14. cum Auth. Hoc jus porrectum & l. Conſtantinopolitana 24. §. 2. C. de SS.*

113. *Eccleſ.* De jure vero Canonico alienatio irrita *c.52. cauſ. 12. q.2.* imo ipſo jure nulla dicitur *cap. ſi quis 6. X. de reb. Eccleſ. non alien.* Alienans quoque cum accipiente ab Eccleſiæ ingreſſu arcetur & excommunicationem incurrit. *can. indigne 21. cauſ. 12. q.2.* Locum tamen hic habet pœnitentia, ideoque ſi alienator & qui accepit celeri reſtitutione ſibi proſpexerint, ceſſat pœna *d. c. ſi quis 6. X. de reb. Eccleſ. non*
114. *alien.* Moribus noſtris ejusmodi alienatio nulla eſt, ita tamen, ut qui fraudulenter in præjudicium Eccleſiæ aliquid geſſit, pœna inſuper pro ratione circumſtantiarum teneatur arbitraria, Eccleſia quoque bona nulliter alienata cum omni cauſa & fructibus perceptis repetere poterit. Faciunt huc expreſſa verba Electoris Saxoniæ *in Decret. Synod. de anno 1624. §.* Wie es aber in verbis: Bey Straff der unvermeidlichen Caſſirung und Aufhebung aller Contracte die in ſolchen Fällen nulliter und zu wider unſern Geboth gemachet werden.

115. Ne tamen contingat, ut quæ ſunt inventa in commodum Eccleſiæ, in ejus diſpendium vertantur, ideo jus Civile & Canonicum hanc prohibitionem limitarunt, ut ceſſet, ſi juſta alienandi cauſa adſit, quam (1) ponit neceſſitas urgens per *auth. hoc jus porrectum C. de SS. Eccleſ. Can. ſicut 16. c. 12. q. 21.* (2) pietas juxta *l. 21. C. de SS. Eccl. c. aurum 70. c. 12. q. 2.* (3) Utilitas *c. 52. c. 12. q. 2.* quænam autem illa ſit; cum in jure determinatum non inveniatur, judicantis diſcretioni relinquendum eſt. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. caſ. 172.* (4) Incommoditas, quando res iſtæ magis damnoſæ, quam utiles Eccleſiæ exiſtunt, *c. 20. c. 52. c. 53. c. 12. q. 2.* Reinking. *de regim. ſec. & Eccleſ. lib.*
116. *3. cl. 1. c. 3. n. 4. & ſeq.* Ex hiſce tamen omnibus una ſufficit, neque ut omnes vel plures illarum interveniant, neceſſe eſt, ut patet *ex c. 1. de reb. Eccleſ. non alien. in 6.* modo cauſa iſta probetur, ſola enim narratio vel aſſertio non relevat, Cardinal. Tuſch. *tom. 1. Concl. Præct.*
117. *lit. A. Concl. 271.* Neutiquam vero nuda ſufficit cauſa, ſed & ſolennitates accedant, neceſſe eſt, quæ duo concurrere debent, ut alienatio licita ſit, juxta Zœſ. *ad Decret. tit. de reb. Eccleſ. alien. n. 11.* Reinking. *d. l. n. 13. & ſeq.* niſi tanta ſit neceſſitas, quæ dilationem & moram non patitur, tunc enim ſine ſolennitate ſubſiſtit, ut notat Re-
118. doan. *in tit. de reb. Eccleſ. non alien.* Sunt autem ſolennitates, ut ſubinde in hac noſtra Diſſertatione monitum, *(1) Cognitio cauſæ (2) Conſenſus*, ſi non omnium plerorumque tamen, qui ſunt de Collegio.

(3) Au-

(3) *Autoritas* ſuperioris, præterea requiritur, ut (4) de ſuper *publicum conficiatur inſtrumentum*, nam hoc ipſa negotii qualitas ſeu conditio vix aliter admittere videtur. Cum alio modo de conſenſu re- 119.
quiſito aut Superioris decreto interpoſito commode conſtare nequeat. Debent autem in eo Inſtrumento ſpecificari nomina eorum, qui interfuerunt. *l. 17. §. 2. C. de SS. Eccleſ.* ipſorumque requiritur ſubſcriptio *c. tua nuper. 18. X. de his quæ fiunt à Præl. ſine Conſ. Cap.* Quod tamen hodie non obſervatur, ſed omnibus præſentibus Notarius vel Actuarius inſtrumenta capitularia ſive alienationis ſcribit. hæcque forma pro ſingulorum habetur ſubſcriptione. Tholo- 120.
ſan. *in Synt. jur. Univ. lib. 25. c. 8. n. 18.* Et hæ ſolennitates adeo neceſſariæ ſunt, ut ſi deficiant, alienatio ipſo jure nulla reddatur per *dict. c. 1. de reb. Eccl. non alien. in 6.* Quod tamen de ordinario ſolum- 121.
modo erit accipiendum caſu, Dantur enim alii, ubi nullæ obſervantur ſolennitates. Sic (1) bona, quæ ſervando ſervari nequeunt, licite alienantur, ſine ſolennitatibus *c. terrulas 53. cauſ. 12. q. 2.* (2) Quando Eccleſia, cui res quædam relicta, de alienando vel vendendo gravata eſt, tunc etiam à ſolennitate immunis eſt, juxta Tholoſan. *cit. loc. n. 4.* ſic valet (3) alienatio bonorum Eccleſiaſticorum ſine ſolennitatibus, quando manifeſto conſtat, quod Contractus in Eccleſiæ commodum vergat, ſolennitas enim non ad alium adhibetur finem quam ut Eccleſiæ utilitas promoveatur. Plures qui deſiderat exceptiones adeat Rebuff. *in Compend. alien. rer. Eccleſ. n. 24. & ſeq.* Exvolvatur Dn. Carpz. *lib. 2. Juriſpr. Conſiſt. def. 298. usque ad def. 303.* ubi hanc materiam fuſius tractat. Ex his omnibus 122.
autem fluit, quod nec Prælatus hæreditatem ſuæ Eccleſiæ vel templo relictam repudiare poſſit, & ſi hoc fuerit, non ſolum repudiatio eſt nulla, juxta Ruin. *vol. 5. Conſ. 40.* Sed etiam Eccleſia contra prælatum ejusque hæredes ad intereſſe actionem inſtituere poteſt *arg. c. admonere 14. c. 16. q. 1.* ut jam ſufficienter pateat, conſervationem bonorum Eccleſiaſticorum ſumme favorabilem eſſe.

Conſervationi huic non parum prodeſt fidelis adminiſtratio. 123.
Pro defendendis namq; bonis Eccleſiaſticis & colligendis reditibus conſtituuntur Curatores, proviſores rerum Eccleſiaſticarum & miſerabilium perſonarum dicti. Reinking. *de Reg. Sec. & Eccl. lib. 3. cl. 1. c. 3. n. 16.* Vocantur alias Præfecti Eccleſiæ & apud Nos Kirch-Väter.

Quia

Digitized by Google

alii ad prædiales nec inepte referunt, cum non niſi in prædiis ejuſ-
71. modi animalia haberi poſſint. Dn. Zigler. *cit. tit. 26. §. 3.* perſonales
ſunt, quæ ex labore & opera quæſitis, prædiales vero, quæ ex præ-
diis vel prædiorum fructibus ſolvuntur. De decimis perſonalibus
ut ſolliciti ſimus, juxta P. Laymann. *Theol. moral. l. 4. tr. 6. c. 1.* neceſ-
ſarium non eſt, cum eæ ferme ubiq; per deſvetudinem abrogatæ
ſint. Hinc & perſonalium Decimarũ in provinciis noſtris uſus nul-
lus eſt, neq; ex acquiſitis opera & labore Parochianorum miniſtris
Eccleſiæ vel ipſi Eccleſiæ aliquid debetur, ut teſtatur Carpzov. *lib. 1.*
72. *Juriſpr. Conſiſt. def. 131.* Prædiales vero, quarum major eſt utilitas, ite-
rum duplices ſunt, vel majores der Groß-zehend / vel minores der
Kleine Zehend. Nam cum Decimæ prædiales non ſolum de grano ſe-
cali von Rocken / ſed etiam de aliquo quocunq; frumento, ut eſt hor-
deum, triticum, avena, it. de Cannabe ac Lino, ut & rapis, cepis,
braſſicis & oleribus, ervis ſilveſtribus, piſis, milio aliisq; fructibus
agrariis, Imo etiam de pomis, piris aliisq; arborum fructibus, ſiqui-
dem conſvetudine id receptum fuerit, ſolvantur, ideoq; Groß-ze-
hend dicitur, welcher gereichet wird von Weitzen / Rocken / Dinckel /
Habern / Heide-Korn / Gerſten / Erbſen / Bohnen und allen Früchten / wel-
che der Halm träget. Minut oder Kleinzehend aber iſt / welcher gereichet
wird von dem / was auf den Bäumen wächſet / it. Von Kraut / Rüben /
Flachs und dergleichen Früchten. *vid. Decret. Synod. Sax. de anno 1624. §.*
73. nachdem / Beſold. *in Theſ. Pract. ſub voc.* Zehend / & Carpz. *lib. Juriſpr.
Conſiſt. def. 131. & ſeq.* Differentias perſonalium atq; prædialium De-
cimarum refert Lancelot. *Inſt. jur. Can. cit. tit. 26. de Decimis.* Quas ta-
men ceſſantibus penes Nos Decimis perſonalibus ſtudio omitten-
dum, hocq; monendum duxi, quod prædiales decimæ frumentariæ
74. vel in granis vel etiam in manipulis ſolvantur. Si in granis ſolvun-
tur, ſæpius hoc exoritur dubium: An modio cumulato, an vero
modio per hoſtorium æquato, mit gehäufften od' abgeſtrichenen Scheſ-
fel offerri debeant. Inprimis hac in re conſvetudo cujuscunq; loci
attendenda eſt, ut menſura antiquitus hoc caſu recepta etiam in
poſterum adhibeatur. Quod ſi vero de hac conſvetudine non ap-
pareat, in modio æquato bey abgeſtrichenen Scheffel acquieſcen-
dum eſt, propterea quia talis modius æquatus comuniter frequen-
tatur, & pro vero ac juſto vulgo habetur, ut ab intellectu hoc com-
muni

muni recedendum non ſit, ut teſtatur Carpz. *lib. 1. Juriſpr. Conſiſt. def. 127.* Quoad manipulos vero ne Eccleſiæ earumq; Miniſtri decipi- 75.
antur, majores à Parochianis ſubtrahantur, minores vero Decimationi offerantur, hæc cautela recepta eſt, ut decimationi Procurator vel Oeconomus Templorum, aut miniſter Eccleſiæ ſi ipſi debeantur, interſit juxta Panormit. *in Cap. ex parte 21. X. de decim.* Knafel. *de decim. th. 11.* quod ipſum etiam *Ord. Eccl. Elect. Sax. art. 22.* diſerte
approbavit. Sive autem in granis ſive in manipulis decimæ ſolvan- 76.
tur in eo frumento præſtandæ ſunt, quod in cujusq; agro prognatū eſt, ſo gut es gewachſen iſt. Nec enim ratio decimarum admittit, ut in alio præſtentur frumento, cum certam portionem fructuum quot annis naſciturorum conſtituant. Hinc impii ſunt judicandi ii, qui frumentum lolio miſcent, vel purum cum impuro commutant, ſicq; decimas corrumpunt, quod nihil aliud eſt, quam ipſum DEUM
fallere. Dn. Carpz. *lib. 2. Juriſpr. Conſiſt. def. 126.* Perſonæ ſolventes 77.
decimas ſunt omnes Parochiani, prædia parochialia inhabitantes. Quapropter ad earum præſtationem quilibet tenetur, alias ut ipſi poſſeſſioni renunciet, compelli poterit. *§. 9. Inſt. Jur. Can. lib. 2. tit. de*
decimis 26. Nec intereſt hodie, an ſolventes decimas ſint ejusdem, 78.
an vero diverſæ religionis, quia in transactione Paſſavienſi & pace religionis §. dagegen ſollen die Stände/ hoc Catholicis indultum eſt, ut cenſus, Decimas & reditus ex territoriis Evangelicorum ſibi debitas jure petere valeant. Quod itidem Evangelicis permiſſum ut reditus & decimas ex diſtrictibus Catholicis ſibi debitas jure & abs-
que ulla Catholicorum prohibitione petant & exigant. Hinc ſæ- 79.
pius hodienum in ditionibus Catholicorum noſtræ Eccleſiæ decimas ſuas percipiunt, quæ viciſſim Catholicis ex diſtrictibus Evangelicorum præſtantur.
Cum vero Catholici hanc diſpoſitionem ne- 80.
gligerent, ſtatus Evangelici Oſnabrugæ *anno 1646. Menſ. April.* in gravaminibus ſuis ita conqueſti ſunt: Renthe/ Zinße/ Gülde/ Zehenden und andere Intraden/ ſo die Evangeliſche Stifft/ Kirchen/ Kloſter/ Hoſpitalen 2c. in Catholiſchen Landen zu fodern haben/ ſollen Vermöge des Religion-Friedens und Reichs Abſchieds ihnen ohnweigerlich gefolget 2c. werden/ ſo wird doch dem ſchnurſtracks zuwider gelebet/ die Renthe nicht abgefolget/ zu den Allmoſen kein Evangeliſcher gelaſſen 2c. und ſonderlich in Reichs-Städten/ da vor dieſen beyde Religionen bey einander

geweſt/

Digitized by Google

81. geweſt geben in dieſen Punct groſſe Beſchwerung vor/ ꝛc. Quapropter
in Pacif. Oſnabrug. art. 5. §. 15. denuo hunc in modum ſtatutum eſt:
Illi reditus, cenſus, decimæ, penſiones, quæ vigore jam dictæ Pacis religionis
Statibus Aug. Confeſſ. ob immediatas vel mediatas fundationes Eccleſiaſticas
ante vel poſt Pacem religioſam acquiſitas è Catholicorum Provinciis debentur,
quorumq; in poſſeſſione vel qſ. percipiendi anno 1624. die 1. Jan. fuerunt, abſq;
82. *ulla exceptione ſolvantur &c.* Quin & in caſu factæ denegationis à Ca-
tholicis jure retorſionis Evangelicos idem ſtatuere poſſe, demon-
ſtrat Dn. Carpz. *lib. 1. Jurispr. Conſiſt. def. 13.* Plura de decimis Beſold.
& Speid. ut & Crolov. *in tract. de decim.* exhibent, qui videri poterūnt.
Acquiſitionem bonorum comitatur *Conſervatio,* ad quam præ-
83. cipue ſpectat, quod ſemel Templo acquiſita, ei iterum nequaquam
auferenda & ſecularisanda ſint. Hinc eſt, quod Jus Canonicum oc-
cupantes bona Eccleſiaſtica perpetua damnatione mulctet *c. ſi quis*
dator 2. c. 1. q. 3. & Epiſcopos ac Abbates criminis hujus reos ab officio
ſuſpendat, ut infames abjiciat, *can. 3. c. 1. q. 3. c. attendendum eſt, 13. c.*
17. q. 4. velut homicidias damnet. *c. qui Chriſti 1. c. 12. q. 2.* & excom-
municet, *c. nulli liceat 3. & c. ſeqq. c. 12. q. 2.* quin etiam ſacrilegorum
loco habeat, *c. ſi quis Principum. 25. c. 16. q. 7.* ac Judæ proditori ſimiles
84. efficiat. *c. ſi fortè 15. & c. qui rapit, 17. c. 17. q. 4.* Quapropter Div. Gre-
gorius inquit: *Sacrilegium & contra legem eſt ſi quis, quod venerabilibus lo-*
cis relinquitur, pravæ voluntatis ſtudiis tentaverit ſuis compendiis retinere, &
Divius Hieron. notanter aſſerit: *Amicis rapere furtum; Eccleſiam frau-*
dare ſacrilegium; Accepiſſe aliquid pauperibus & eſurientibus erogandum,
apertiſſimi ſceleris eſſe. Aliquid inde ſubtrahere, omnium prædonum crudeli-
85. *tatem ſuperare.* Accedit juris Civilis diſpoſitio eo ipſo, dum ſpecia-
liter bona Eccleſiaſtica ſub quocunq; prætextu ad quoscunque (ex-
tra ſummum neceſſitatis caſum) alienando transferri, ſevere pro-
hibent Imperatores Eccleſiæque omnia jura omnibus temporibus
intacta ac inviolabiliter cuſtodiri, illæſaque jugiter ſervari volunt
per *l. 14. pr. & §. 4. in fin. & auth. hoc jus porrectum C. de SS. Eccl. it. Nov.*
86. *7. per tot.* &c. Ne itaque bona Eccleſiaſtica alienentur & ſeculari-
ſentur, tum honor DEI, in cujus favorem hæc bona ſunt deſtinata,
tum voluntas eorum, qui ordinarunt Eccleſiæ, tum ipſa Eccleſiæ
utilitas, tum etiam indigentia pauperum, ad quos ſublevandos
talia bona deſtinata ſunt, prohibere videtur. Anton. Faber. *de relig.*

reg. lib. 2. Cap. 7. n. 22. Quod enim ſemel Deo dicatum eſt, in profanos uſus redigi amplius non debet, nec ii, qui bona Eccleſiaſtica per vim rapiunt, ſibi exinde commodum, ſed maximum potius damnum certo certius polliceri debent, ſecundum illud vulgare, Pfaffen-Guth/Raffen-Guth/hat Adlers Federn/und kömt nicht auf den dritten Erben/

Wer geiſtlich Güter macht gemein/
Wird eh er meint ein Bettler ſeyn.

Quare ut ſolide conſcientiis hominum ſuper bonorum Eccleſiaſticorum uſu conſulatur, bona & poſſeſſiones, quæ olim à piis Chriſtianis ex ſingulari devotione ad ſacros & pios uſus dedicata & donata ſunt, in profanos neutiquam converti debent, quia publice intereſt, ut voluntates teſtantium conſerventur. Et hæc eſt ratio, quod & ſancti Patres juxta *c. voluntas 4. c. 15. q. 2.* iisdem refragari noluerint, præcipue cum Apoſtolus bene moneat, morte confirmato teſtamento nemini vel additionem vel imminutionem permiſſum eſſe, egregie hoc illuſtrat Letzn. *l. 3. Chron. Daſſel. c. 86.* in verbis: Man muß von Kirchen und Geiſtlichen Güthern nichts in abuſum, Eigen-Nutz und dergleichen verkehren &c. Gehet es aber mit ſolchen Güthern anders / ſo fehlet es auch nicht/ es ſchläget gewißlich dazu die üm ſich her freſſende Kranckheit der Krebs/ der friſt eines mit dem andern hinweg / und pflegen gemeiniglich die Heiligen das Wachs wieder zu holen. Laudabiliter proinde legatum ad certum pium uſum relictum, ſi iſte deficiat, vel in ipſum converti nequeat, in aliam piam cauſam impenditur, quia intereſt, ne per ablationem rerum Deo, templis vel pauperibus relictarum ſacrilegium committatur, quod graviſſimam meretur pœnam, *per Nov. 7. c. 10. c. nonnulli liceat. 3. cauſ. 12. q. 2.* Hoc ipſum Modeſtin. *in l. 16. ff. de uſu & uſufructu legato* ſpecifice confirmat, adjecta eleganti ratione, *quod iniquum ſit, hanc quantitatem lucro hæredum cedere.* vid. Dn. Brunnem. *in Comm. ad d. l. 16.* Unde facile apparet, quod contra fundatorum mentem Bona Eccleſiaſtica alio converti nequeant, & quod coram DEO vix ac difficulter excuſari poſſit, ſi pia fundatio contra fundatorum mentem immutetur. vid. Carpz. *de Leg. Reg. Germ. c. 4. ſect. 4.* quod præcipue obtinebit, ſi diris & execrationibus munita ſit. Pertinet huc ele-

87.
88.
89.
90.

Digitized by Google

gantiſſimum Scabinorum Lipſienſium Reſponſum *in cauſa Uttonis* Edlen von Plato *Menſ. Febr. anno. 1603.* hunc in modum prolatum: Und obwohl das Kloſter Gerbſtädt ein Geiſtliches Guth iſt: So iſt doch dabey wohl zu bedencken / daß ſolches denen Ordens-Perſohnen / und nachdem nunmehr das Kloſter-Leben abgethan / und das Licht des heiligen Evangelii an Tag kommen / auch demſelbigen gemeß / die Chriſtliche Religion reformiret iſt / Kirchen und Schulen zu Nutz verordnet worden / in Anſehung daß zu dero Unterhaltung ſolche Güther angewendet werden ſollen / wie daſſelbige durch *Hieron. Schurff. cent. 1. Conſil. 47. n. 11. usq. ad n. 14. & in eadem Cent. Conſ. 90.* mit vielen Rechts-Gründen ſtattlich ausgeführet / auch von *Weſenb. Conſil. 37. n. 6. & ſeq. confirm*iret / und durch des heiligen Römiſchen Reichs *de anno 1555.* zu Augſpurg *publicir*ten Abſchied / und Chur-Fürſt Moritzens hochlöblichſten Gedächtnüß *publicir*ten löblichen Landes-Ordnung / *ſub tit.* von dem Uberlauf der Geiſtlichen Güther *& tit. ſeq.* beſtätiget wird / ꝛc.

91. Proinde Proteſtantes rectiſſime bona Eccleſiaſtica ad certos
ſacros uſus deſtinata, poſtquam uſus ille aut ſuperſtitioſus aut im-
pietate contaminatus deprehenſus eſt, ad alios pios uſus pro ſer-
vandæ Conſcientiæ tranquillitate tranſtulerunt. Fatendum enim
eſt, quod multa bona partim cultui ſuperſtitioſo in miſſarum cele-
bratione ad defunctorum animas è purgatorio liberandas conſiſtẽ-
te deſtinata, partim etiam in luxum, ut otioſe ventris inſervirent,
abſumta fuerint; Quare Proteſtantes Principes ſuperiori ſeculo re-
cte fecerunt, quod in meliores uſus Eccleſiæ & Reipubl. impende-
92. rint. Pontificii quidem ante Pacem religioſam bona hæc Eccleſia-
ſtica nullo jure à Proteſtantibus occupata, antiquis poſſeſſoribus in-
juſte erepta, ideoque ante omnia reſtituenda eſſe putarunt, cum
fundatorum intentio ſemper immutabilis permanere debeat. Ve-
93. rum quia majores noſtri ſancta ſimplicitate & pietatis intuitu du-
cti tot tantaque in Epiſcopos, Clericos & Monachos contulerunt
bona, ut *fiſci magis quam Chriſti facti ſint officiales*, juxta Petr. de Allia-
co; Quare merito Proteſtantes remoto abuſu in vere pios uſus ſe-
cundum antiquam fundatorum primariam intentionem bona iſta
reduxerunt, præcipue cum infinitæ fere ſint piæ cauſæ, ad quas re-
ditus iſti conferri poſſunt. v. g. *cultus divinus, ſalus reip. Conſervatio Mini-
ſterii, piarum ſcholarum conſtitutio, ſublevamen pauperum, ut & Noſoco-*

miorum

miorum ac Xenodochorum fundatio, ut poſt Everh. à Weihe. *in aulic. po-*
lit. reg. 216. tradit Dn. Carpz. *ad L. Reg. German. c. 4. ſect. 4.* Et hoc i-
pſum per *Pacificationem Religioſam ſuperioris ſeculi ut & receſſ. Imper. de* 94.
anno 1555. §. dieweil aber *19.* ſequentibus diſerte confirmatum eſt in
verbis: Dieweil aber etliche Ständte und derſelben Vorfahren etliche
Stifft/ Kloſter und andere Geiſtliche Güther eingezogen und dieſelben
zu Kirchen und Schulen/ milden und andern Sachen verwendet ꝛc. ſo
ſollen auch ſolche eingezogene Güther ꝛc. in dieſen Fried-Stand mit be-
griffen und bey der Verordnung/ wie es ein jeder Stand mit obberührten
eingezogenen und allbereit verwendeten Güthern gemacht/ gelaſſen wer-
den. Flagrante quidem bello Germanico tricennali Imperator Ca- 95.
tholicorum nonnullorum inſtinctu *Edictum* de reſtituendis illis bo-
nis Eccleſiaſticis *anno ſc. 1629.* promulgavit, vigore cujus, florenti-
bus præprimis rebus Cæſareis, Catholici non minimam ſpem de
bonis his amiſſis recuperandis conceperunt, accedente præcipue
Pacif. Prag. in qua reſtitutio Bonorum Eccleſiaſticorum tantummo- 96.
do ad 40. annos & ſic ad modicum tempus dilata eſt; Sed annuente 97.
DEO etiam hoc diſſidium per Pacif. Oſnabrug. feliciter compoſitũ
eſt, quamvis in tractatu iſtius Pacis bonorum Eccleſiaſticorum poſ-
ſeſſionem quietam ac perpetuam Proteſtantes ægre obtinuerint.
M. Majo anno 1646. hoc punctum in tractatu pacis primum intro- 98.
ductum & demum multo labore compoſitum eſt. Teſtatur enim
Theatr. Europ. tom. 5. p. 1039. daß die Herrn Catholici noch zur Zeit von
keiner Perpetuität der Geiſtlichen Güter hören/ aber wohl auf ein hun-
dert jähriges Poſſeſſorium ſich reſolviren wollen. Tandem Proteſtan- 99.
tibus perpetua bonorum Eccleſiaſticorum poſſeſſio conceſſa, ut ex
Inſtrum. Pac. art. 5. §. 3. fuſius patet. Hoc vero tam male habuit Pa-
pam Romanum Innocentium X. ut contra hanc compoſitionem per
nuntium ſuum Fabium Chiſium ſolennem proteſtationẽ interpo-
ſuerit. Sed Tranquillitatis Germanicæ quam maxime interfuit, ut
illa, quæ in inſtrumento pacis de hoc puncto ſancita ſunt, ſancta
haberentur & adhuc inviolabiliter cuſtodiantur. Burgold. *in Not.*
Imper. p. 2. diſc. 9. §. 14. & ſeq.

Hinc fluit, quod regulariter prohibita ſit (1) ſeculariſatio & (2) 100
alienatio bonorum Eccleſiaſticorum. Seculariſatio Germ. vocatur
Einziehung Geiſtlicher Güther/ Verwendung derſelben zu weltlichen

Dingen Seculariſirung der Stiffter/& nihil aliud eſt, quam bonorum qualitatis Eccleſiaſticæ in ſecularem ſ. profanam transmutatio.
101. Regulariter quidem prohibita eſt, cum juxta hactenus dicta bona Eccleſiaſtica ad impium vel ſuperſtitioſum deſtinata uſum, ad alium æque pium convertenda neque ad profanum transferenda ſint.
102. vid. *Pacif. relig. de anno 1555.* §. Als auch dem. Quia tamen Bona Eccleſiaſtica ratione uſus ſolummodo talia fiunt, ut in ſe maneant res ſeculares, ideoque interdum hunc reſpectum exuere poſſunt, cum hoc modo nihil in natura rei, ſed extrinſecus tantummodo reſpectus mutetur. Hocque eo magis fieri poterit, quia bona Eccleſiaſtica conſtituunt partem reipubl. cui in ſuas res id licebit, quod
103. conveniens eſſe judicaverit. Quapropter etiam ſeculariſatio quandoque licite fieri poterit, ſi ipſam vel (1) *neceſſitas* publica, ut pax ab hoſte redimatur, & reſpubl. in qua eſt Eccleſia, in ſtatu tranquillo conſervetur, vel (2) *utilitas* Reip. evidens, vel etiam (3) *nimia* bonorum Eccleſiaſticorum *abundantia* ſvadeat. Intereſt enim Reipubl. ne abundantia ejusmodi pietati ac ſanctimoniæ ſacerdotum noceat, ceu experientia monſtrat, quod divitiis mores corrumpantur, teſte Dn. Fritſch. *in man. Jurispr. publ. ſub verb. Bonorum Eccleſiaſtico-*
104 *rum ſeculariſatio.* Cum vero Imperantibus tam perſonæ, quam bona intra reipubl. terminos ſint ſubjecta, ideoque cauſa efficiens Seculariſationis eſt is, qui τὸ Κῦρος in republ. habet. Quapropter non aliter inſtituenda eſt, quam authoritate Principis vel cujusvis
105. Superioris interveniente. Quod juſta nititur ratione: Cum enim rerum ſacrarum & Eccleſiaſticarum cura ad ſummum referatur Imperium, ut docet Arnold. Clapmar. *lib. 1. de arcan. rerumpubl. c. 15.* Quod regium Jus Imperator & Principes non ex privilegio Papæ, uti quidem vult. Gloſſ. *in c. Synodo 23. in fin. diſt. 63.* Sed Jure poteſtatis à DEO conceſſæ habent. vid. *Rec. Imper. de anno 1544.* §. Erſtlichen der ſtreitigen Religion &c. 77. merito illi quoque transmutatio bono-
106. rum Eccleſiaſticorum adſcribenda erit. Quapropter in Imperio noſtro quoad bona immediata Eccleſiaſtica jus ſeculariſandi, exigente neceſſitate public. ad Cæſarem & Status ſpectat; Quoad bona vero mediata in Principatibus à Superioritate dependet territoriali, ut juxta jus Can. accedant ſolennitates in alienatione bonorũ Eccleſiaſticorum alias obſervandæ, cognitio ſcilicet cauſæ, probatio

tio neceſſitatis vel utilitatis, quomodo tum demum legitime bona Eccleſiaſtica qualitatem Eccleſiaſticam cum ſuis Privilegiis & immunitatibus amittunt ac vice verſa ſecularem induunt, vid. latius Dn. Fritzſch. *p. 3. var. Exerc. Jur. publ. ubi Differt.* Rothmal. *de Secular. bonor. Eccl.* exhibet. Sic in Germania noſtra per *Inſtrument. Pacis Oſn.* 107.
art. 10. ſeculariſati fuerunt Archi-Epiſcopatus Bremenſis & Magdeburgenſis, Epiſcopatus Verdenſis Halberſtadienſis, Mindanus, Caminenſis, Sverinenſis, Razeburgenſis, Abbatia Hirſchfeld & Prælatura Walckenried. Harum ſeculariſationum finis fuit, ut 108.
Reipublicæ Romano-Germ. neceſſitati ſuccurratur, diu multumq; deſiderata pax obtineatur, ſicque Eccleſiæ ſi non directo, ad minimum tamen per indirectum conſulatur. Plura vid. *in Exam. Bull. Innocent. X. Pontific.*

Alienationẽ bonorũ Eccleſiaſticorum quod concernit, ejus pro- 109.
hibitio probatur conciliorum Deciſionibus, præcipue per *Carthaginenſe I.* valde antiqvum *in c. ult.* quod confirmat *Concilium Carthaginenſe IV. c. 32. circa ann. Chriſti 400.* habitum & plura alia. Aſſentiuntur textus Juris Civilis *l. 17. §. 1. l. 21. l. 22. Auth. ſicut alienatio C. de SS. Eccleſ. Nov. 7. c. 1. Nov. 120. c. 1.* Et textus Juris Canonici in *c. 1. X. quæ fiunt à Prælato & c. c. 52. cum ſeq. c. 12. q. 2. c. nulli 5. X. de reb. Eccl. alien. vel non.* Ratio perſpicua eſt, ne Eccleſiæ bonis ſpoliatæ deſerantur; 110.
Accedit, quod Prælati non ſint Domini bonorum Eccleſiaſticorum, ſed nudi adminiſtratores, quorum in poteſtate non eſt, bona diſtrahere & alienare ſine evidenti neceſſitate *arg. l. 63. ff. de Procur.* Et ita ſtatuunt Mantic. *de tac. & ambig. convent. lib. 25. tit. 6.* Marc. Anton. *de Domin. de Republ. Eccleſ. lib. 9. c. 6.* Rittershuſ. *ad Nov. p. 1. c. 8.* Ne- 111.
que hoc ſolum in rebus immobilibus, ſed mobilibus procedit, ut nec harum rerum, ſi modo ſervando ſervari queant, alienatio licita ſit, per *c. nulli 2. c. 12. qu. 2.* Quapropter tam de Jure Civili, quam 112.
Canonico in alienantes & accipientes res Eccleſiaſticas certæ ſunt conſtitutæ pœnæ. Et quidem de jure Civili contractus eſt ipſo jure nullus, acquirens porro fructus acceptos cum pretio perdit, alienator vero ſ. Oecon. ab officio removetur & reſarcitione damni punitur, Notarius denique in perpetuum relegatur, & Judex conſentiens cum publicatione bonorum dignitatem amittit, *per l. jubemus 14. cum Auth. Hoc jus porrectum & l. Conſtantinopolitana 24. §. 2. C. de SS.*

Digitized by Google

(3) *Autoritas* ſuperioris, prætereà requiritur, ut (4) de ſuper *publicum conficiatur inſtrumentum*, nam hoc ipſa negotii qualitas ſeu conditio vix aliter admittere videtur. Cum alio modo de conſenſu re- 119.
quiſito aut Superioris decreto interpoſito commode conſtare nequeat. Debent autem in eo Inſtrumento ſpecificari nomina eorum, qui interfuerunt. *l. 17. §. 2. C. de SS. Eccleſ.* ipſorumque requiritur ſubſcriptio *c. tua nuper. 18. X. de his quæ fiunt à Præl. ſine Conſ. Cap.* Quod tamen hodie non obſervatur, ſed omnibus præſentibus Notarius vel Actuarius inſtrumenta capitularia ſive alienationis ſcribit. hæcque forma pro ſingulorum habetur ſubſcriptione. Tholo- 120.
ſan. *in Synt. jur. Univ. lib. 25. c. 8. n. 18.* Et hæ ſolennitates adeo neceſſariæ ſunt, ut ſi deficiant, alienatio ipſo jure nulla reddatur per *dict. c. 1. de reb. Eccl. non alien. in 6.* Quod tamen de ordinario ſolum- 121.
modo erit accipiendum caſu, Dantur enim alii, ubi nullæ obſervantur ſolennitates. Sic (1) bona, quæ ſervando ſervari nequeunt, licite alienantur, ſine ſolennitatibus *c. terrulas 53. cauſ. 12. q. 2.* (2) Quando Eccleſia, cui res quædam relicta, de alienando vel vendendo gravata eſt, tunc etiam à ſolennitate immunis eſt, juxta Tholoſan. *cit. loc. n. 4.* ſic valet (3) alienatio bonorum Eccleſiaſticorum ſine ſolennitatibus, quando manifeſto conſtat, quod Contractus in Eccleſiæ commodum vergat, ſolennitas enim non ad alium adhibetur finem quam ut Eccleſiæ utilitas promoveatur. Plures qui deſiderat exceptiones adeat Rebuff. *in Compend. alien. rer. Eccleſ. n. 24. & ſeq.* Exvolvatur Dn. Carpz. *lib. 2. Juriſpr. Conſiſt. def. 298. usque ad def. 303.* ubi hanc materiam fuſius tractat. Ex his omnibus 122.
autem fluit, quod nec Prælatus hæreditatem ſuæ Eccleſiæ vel templo relictam repudiare poſſit, & ſi hoc fuerit, non ſolum repudiatio eſt nulla, juxta Ruin. *vol. 5. Conſ. 40.* Sed etiam Eccleſia contra prælatum ejusque hæredes ad intereſſe actionem inſtituere poteſt *arg. c. admonere 14. c. 16. q. 1.* ut jam ſufficienter pateat, conſervationem bonorum Eccleſiaſticorum ſumme favorabilem eſſe.

Conſervationi huic non parum prodeſt fidelis adminiſtratio. 123.
Pro defendendis namq; bonis Eccleſiaſticis & colligendis reditibus conſtituuntur Curatores, proviſores rerum Eccleſiaſticarum & miſerabilium perſonarum dicti. Reinking. *de Reg. Sec. & Eccl. lib. 3. cl. 1. c. 3. n. 16.* Vocantur alias Præfecti Eccleſiæ & apud Nos Kirch-Väter.

Quia

124. Quia autem horum adminiſtratorum officium potiſſimum fundatum eſt in acceptione & erogatione redituum Eccleſiaſticorum, ut apparet ex *Ordin. Eccleſ. Elect. Saxon. art. gener. 35. in pr. & Ordin. Provinc. Duc. Goth. p. 1. c. 6. tit. 4.* Was für Kirch-Väter und Vorſteher/ &c. Ideoq; tenentur etiam ad rationum redditionem, quæ nunquam recte fieri poteſt, niſi conficiantur libri, ex quibus de reditibus Eccleſiæ annuis conſtare Poteſt. Hinc ex omiſſione horum librorum facile in doli atq; fraudis ſuſpicionem cadere poſſunt ad-
125. miniſtratores. Conficiuntur autem iſti libri hoc modo ut omnia, quæ erogantur & accipiuntur, exactiſſime iis inſerantur, non ſolum reditus templorum, ſed etiam alia templum concernentia.
126. Ne tamen, ut ſæpiſſime fieri ſolet, adminiſtratores templorum reditus in propriam utilitatem convertant, vel Eccleſiæ damnum aliquod inferant, Magiſtratui competit hujus rei diligentiſſima inſpectio, præcipue, ut promiſſionem juratam præſtent præfecti ærarii de fideli adminiſtratione, & ut annuatim rationes reddant, quod patet *ex Reformatione Polit. de anno 1548. ſub tit.* Von Pupillen und Minderjährigen ꝛc. §. und dieweil mit der Kirchen Renthen/ Gefällen und Güthern zu Zeiten auch gefährlicher und betrüglicher Weiſe durch die Pfleger gehandelt wird/ ſo wollen wir denen Obr. ſolches gebühret/ hiermit auch befohlen haben/ daß ſie gleicher Geſtalt Einſuchens thun/ und verfügen die Kirchen-Pfleger und Vorſteher mit Eyden und Gelübden beladen/ der Kirchen getreulich vorzuſtehen/ und jährliche Rechnung zu thun/ quod repetitur in *Reformat. Polit. de anno 1587. ſub. tit. 32.*
127. Sed quia triplicem Eccleſia continet ſtatum (1) Eccleſiaſticum, ſub quo Clerici. (2) Politicum, ſub quo Magiſtratus ſecularis, & (3) Popularem, ſub quo quivis de populo venit, propterea Præfecti ærarii Eccleſiaſtici rationes reddere debent (1) in præſentia Epiſcopi & Paſtoris loci (2) Patroni, & (3) Parochianorum ſeu certarum ad hoc deputatarum perſonarum, uti hoc proviſum eſt in *Ordinat. Eccl. Elect. Saxon. art. gen. 35. §.* Und es ſoll/ *ibi:* Von Ambt-Leuten/ Lehns-Herren/ neben dem Erb-Herrn/ Superintendenten/ Pfarrern und den Gemeinen auf den Dörffern/ berührte Kirchen-Rechnung jährlich und richtig gehalten werden.

128. Licet ergo ad exactionem rationum in foro noſtro Superintendens, qui vices ad locum Epiſcopi ſuſtinet, à Conſiſtorio Eccleſiaſti-

ſiaſtico ad hoc conſtitutus adhibeatur, per eum tamen Patroni & Collatoris, cum è re illius ſit, bona Eccleſiæ ſemper ſarta tecta permanere. *c. filiis 31. c. 16. q. 7.* & Parochianorum vel eorum deputatorum conſenſus & præſentia neutiquam excluditur. vid. Carpz. *lib. 2. Juriſpr. Conſiſt. def. 316.* vid. cit. *Ordin. Eccleſ. Elect. Saxon. laud. art. gen. 35.* ſub rubr. Von denen Kirch-Vätern und Vorſtehern der Gemeinen Kaſten und derſelben Rechnungen/ ubi multa ſingularia huc facientia proponuntur

Ad adminiſtrationem bonorum Eccleſiaſticorum porro pertinet elocatio pecuniæ in ærario Eccleſiaſtico aſſervatæ, quam quidem Præfecti Eccleſiæ mutuo expendere poſſunt ſub uſuris moderatis, ne tamen hoc modo ullum Eccleſiæ inferatur præjudicium, non ſolum Patroni; ſed & Superintendentis Conſenſus requiritur. Carpz. *lib. 2. Juriſpr. Conſiſt. def. 318.* 129.
Præfectis denique incumbit elocatio ſubſelliorum in templis exſtructorum. Non parum enim pii Magiſtratus congreſſum in templis promovent, ſi loca bene diſponant, ac ſubſellia conſtruant, ut audientibus commodior ſuppetat occaſio devote orandi & verbum diſcendi, idque vel propterea etiam, ut omnia in Eccleſia ordine & decenter fiant, confuſio in loco ſacro ad audiendum verbum divinum impediatur & ſcandalum removeatur, German. iſta ſubſellia vocantur Kirchen-Stühle. 130.
Olim quidem ita ædificata ſunt, ut viri à mulieribus ſeparati eſſent, ad evitandam libidinis occaſionem, ceu *cap. 5. n. 97.* monitum. Hodie vero non præciſe hoc obſervatur, quamvis enim quandoq; adhuc ſeparata ſint; Exſtruuntur tamen pro commoditate loci, ad hoc ut auditores Miniſtrum verbi divini eo melius percipere queant. 131.
Elocantur poſtmodum Parochianis pro certa quadam pecunia, quod modicum lucrum ſane Eccleſiæ invidendum non eſt, ut patet ex *Ordin. Eccleſ. Elect. Saxon.* modo pro ratione temporis, locorum & circumſtantiarum ita æſtimetur, ut nec Eccleſia nec Parochiani conqueri debeant. 132.
Cum vero hæc ſubſellia tam conſtructionis quam redemtionis ratione inſpectionem & adminiſtrationem requirant, ideoque hæc cura Ædilibus Eccleſiæ denen Kirchen-Vätern competit, ita tamen ut Superintendenti incumbat inſpectio, ad inſtar illorum, quæ de Eccleſiæ fabrica propoſita ſunt. 133.
Licet quoque alienatio bonorum Eccleſiaſticorum alias prohibita 134.

 ſit,

Digitized by Google

ſit, quia tamen ſubſellia hunc in finem conſtruuntur, ut Parochianis in exercitio cultus Divini inſerviant, ideoque ſola adjudicatio Præfectorum Eccleſiæ ſufficit, ut tutus quilibet ſubſellia ſemel emta poſſideat, nec rurſus deſtituendus ſit, alienationem tamen non
135. habet. Nam & ipſa adjudicatio ſubſelliorum non diutius valet quam ad emtoris vitæ tempus, uti hoc expeditum reddit *Ordin. Eccl. Elect. Saxon. art. gener. 36. §.* Derowegen ſoll in den Kirchen/ *verſ.* So ſoll auch kein Stand noch Stuhl einigem Mann noch Weibe erblich/ ſondern allein auf des Beſitzers Leben zuſtehen/ oder vergönnet werden. Si hic è vita deceſſerit, cedunt iterum ſubſellia templo *d. Ordin.* in verbis: So er ſtirbet/ ſoll deſſelben/ es ſey Manns- oder Weibs-Stuhl/ der Kirchen anheim gefallen ſeyn/ ut aliis de novo elocari poſſint. At-
136. tamen prioris poſſeſſoris defuncti hæredes præ extraneis habent prærogativam quandã in jure protimiſeos fundatam, ratio eſt. quia precium pro ſella à defuncto datum amittunt, propterea ut compenſationem quandam ſentiant, iis præ extraneis in redemptione ſubſelliorum prærogativa conceditur, qua Eccleſiæ nihil decedit, uti hoc iterum *in d. Ordin. Eccleſ. citat. art. gen.* proviſum eſt §. Derowegen ſoll in denen Kirchen *verſ.* ſondern da er ſtirbet/ ſoll deſſelben/ es ſey Manns- oder Weibs-Stuhl der Kirchen anheim gefallen ſeyn/ die ihn um ein leidlich Geld des verſtorbenen Nechſten Erben für allen an-
137. dern gönnen ſoll. Quod ſi tamen plures hæredes adſint, tunc illi in redemtione ſubſelliorum præferuntur, qui aliis ſunt proximiores, quæ proximitas nulla habita agnationis vel cognationis ratione ex ſola graduum connexitate æſtimatur, quia cit. *Ordin. Eccleſ.* jus protimiſeos in ſubſelliis deferens nullam agnationis & cognationis differentiam conſtituit, ſed hæredibus proximioribus (denen nächſten
138. Erben) redemptionem concedit. Modo intra certum ſpatium illud exerceant, quod, ne Eccleſia diutius redemptione carere cogatur, in Electoratu Saxoniæ *Decr. Synod. de anno 1624.* ad menſtruum ſpatium reſtrictum eſt. Aliorum locorum hac in re attendenda
139. erit conſvetudo. Demum quia poſſeſſores ſubſelliorum nullam vendendi habent poteſtatem, exinde ſequitur, quod nec diſpoſitio teſtamentaria de ſubſelliis valeat; Ratio eſt, quia templum ne minimum quidem haberet uſum, ſi poſſeſſores in alium transferre poſſent, hac namque ratione nullo tempore ad templum redirent.

Idem

Idem ſtatuendum eſt de illis, qui ex Parochia diſcedunt, nam & hi ſubſellia amittunt, ut aliis elocentur. vid. latius Carpz. *Juriſpr. Conſiſt. def. 359. & ſeqq.* quorſum B. L. remittimus.

Ne vero per Adminiſtratores Templum vel Eccleſia lædatur, 140
ideoque habet inſignia beneficia, & quidem in mutuo gaudet beneficio *l. 27. ff. de reb. credit.* vigore cujus Civitates tum demum obligantur ex mutuo, ſi in rem earum verſum ſit, vel omnes Cives conſenſerint, contra vero non tenentur, ſed illi ſoli, qui mutuum acceperunt. Et hoc quoque ad templa & Eccleſias translatum eſt. 141.
Prælato enim cum conſenſu Capituli nomine Eccleſiæ cauſa cognita mutuam accipiente pecuniam, ipſa quidem Eccleſia tenetur. *Nov. 120. c. 6. Aut. hoc jus porrectum in fin. C. de SS. Eccleſ.* Zœſ. *in Comment. ad tit. ff. de reb. credit. n. 48. & ſeq.* Si vero Epiſcopus vel Oeconomus ſolus mutuum contraxerit, creditor contra Eccleſiam agere nequit, niſi verſionem in utilitatem Eccleſiæ probet. Str. *Exerc. 16. th. 20.* Deinde Eccleſia gaudet quoque privilegio minorum. 142.
Comparatur enim illa minori, ut omnia beneficia de jure communi competentia cum eo habet communia. *c. 1. X. de reſt. in int.* Imo in nonnullis meliori conditione, quam ipſe minor gaudet. Minor namq; ſi venditionem ſeu alium contractum à ſe factum jure jurando corporaliter præſtito confirmaverit, in integrũ non reſtituitur. Brunnem. *ad auth. Sacramenta puberum C. ſi adverſus vendition.* Sed ſi Prælatus Contractum in læſionem Eccleſiæ, quamvis juramentum accedat, celebraverit, omni tempore ad reſtitutionem Eccleſia provocare poteſt. Sichard. *ad l. 4. C. quib. ex cauſ. maj.* Præterea triennium, in quo lites abſolvi debent, minoribus currit, ut tamen, ſi hoc lapſum ſit ob negligentiam tutorum vel curatorum, actionem contra eos habeant; Si autem illorum bona non ſufficiant, tunc demum in id, in quod detrimentum perpeſſi ſunt, in integrum reſtituuntur. *l. 13. §. ult. C. de judic.* Templum vero ſeu Eccleſia directo hoc in caſu reſtitutionem petere poteſt. *Clement. un. de reſtit. in integr.* Quinimo omnia privilegia competentia 143.
fiſco Templo quoq; ſeu Eccleſiæ dantur, quia in omnibus æquiparantur juxta Everh. *in loc. top. loc. 61.* dummodo identitatis ratio ſubſiſtat. Quapropter etiam Eccleſia Romana à quibusdam fiſcus vocatur, quod ſuccedat in hæreditate delata Monacho vel religioſo in-

incapaci, tanquam fiſcus, per Gl. *in cap. quia 5. X. de conceſſ. præb* Card. Tuſch. *concl. 395. 396. lit. F.*

144 Omnium optime vero Templis, ne reditus à Præfectis ſubtrahantur, per viſitationem Eccleſiaſticam ſuccurritur, quæ à Weber. *de jur. & mt. Conſiſt. c. 38. ſect. 6.* dicitur *Eccleſiarum & Scholarum per Deputatos peragratio, ut quid ibi agatur, videatur, & quod malum eſt, aut deficit, reficiatur.* Dicitur autem Eccleſiaſtica ad differentiam aliorum Viſitationum generum. Datur enim *viſitatio principalis*, quæ dicitur eine Land-viſitation. Klock. *de ærar. lib. 2. c. 60.* Datur quoque *viſitatio judiciorum* ad quam pertinet viſitatio Cameræ, Cammer-Gerichts viſitation & Conventus viſitatorum, Viſitations-Tage.

145. Diviſionem exhibet Magn. Dn. Fritſch. *in tr. de viſ. c. 1. n. 4.* ubi in generalem & ſpecialem ſeu localem diſtingvit, *Generalis* vocatur, quæ publica Magiſtratus autotitate in omnibus locis inſtituitur, *Specialis* vero, ubi Epiſcopi vel Superintendentes viſitandi munere

146 in certo funguntur diſtrictu, ab his differt *domeſtica*, cum miniſter Eccleſiæ in ſuos auditores inquirit. Svadet vero viſitationem ſumma Eccleſiarum & Scholarum neceſſitas atque utilitas, ita ut ejus neglectus Eccleſiæ maxime damnoſus ſit. Reinck. *de R. S. & Eccleſ.*

147. *lib. 3. cl. 1. c. 7. n. 2.* Sed cum jus viſitandi annexum Eccleſiaſticæ Jurisdictionis ſit. *c. ſi Epiſcopus. 6. de Off. Ordin. in 6.* ideoq; nemini, niſi ei, qui jura Epiſcopalia exercet, competere poterit. Carpz. *lib. 1. Juriſpr. Conſiſt. def. 4.* ubi aſſerit, quod Lex Diœceſana, quæ partem jur. Epiſcopalium conſtituit, præcipue in domuum religioſarum quoad diſciplinam pariter & adminiſtrationem inſpectione &

148. proviſione conſiſtat. Quare propter ſuſpenſam jurisdictionem Eccleſiaſticam in terris Proteſtantium jus viſitandi Superioritati eique annexo Juri Epiſcopali cohæret, atque pro loci conſvetudine exercetur. Quibusdam enim in locis Superiores certos habent

149. conſtitutos officiales, qui dicuntur Viſitations-Räthe/ quorum munus eſt viſitate Eccleſias ac Scholas. Alibi vero ex Conſiſtorio Præſes vel Conſiliarius Senior in viſitatione præprimis generali Superintendenti adjungitur, quod tamen perinde, ut numerus Viſitatorum arbitrarium eſt, quod ad minimum duo vel tres ex utroq; ſtatu Eccleſiaſtico & Politico ad hoc arduum ſint conſtituendi nego-

150. tium. Officium & munus horum viſitatorum eſt, ut non ſolum in mini-

miniſtrorum Eccleſiæ doctrinam, vitam & mores, ſed & in adminiſtrationem bonorum Eccleſiaſticorum & inventaria inquirant. Cum enim his temporibus rara admodum ſit liberalitas ac beneficentia Auditorum erga Eccleſiam ejusq; Miniſtros, ideoq; eo magis vigilandum, ne Eccleſia per Præfectos vel alios detrimentum patiatur. Weber. *de jur. & nat. Conſiſt. d. c. 38. ſect. 6. it. c. 27. ſect. 23.* Reinck. *de R. S. & Eccleſ. lib. 3. cl. 1. c. 7.* & Dn. Fritſch. *cit. tract. per tot.* ubi plura de viſitationibus habentur.

Deniq; huc ſpectat, quod Templa civiliter immortalia ſint, ita ut 151.
nunquam vacua inveniantur quoad poſſeſſionem, propterea dicuntur habere manus mortuas, & quando res quædam Templo donatur, dicitur pervenire ad manus mortuas, quamvis melius diceretur pervenire ad manus perpetuas, quia templum nunquam moritur. Dauth. *de teſtam. tit. qui teſtam. fac. poſſ. n. 241.* cui ſententiæ calculum adjicit Speidel. *in Notabil. voc.* Haupt-Recht *pag. m. 275.* Per
manum mortuam hic intelligitur Eccleſia, Collegium aliudve 152.
quodcunq; corpus Eccleſiaſticum. Quemadmodum enim morientis hominis manus id, quod comprehendit, firmiſſime concluſum tenet, neq; facile dimittit: Ita quoq; quod Eccleſia ſeu corpus iſtiusmodi ſemel acquirit, ac in manum h. e. poteſtatem ſuam accipit, non niſi cum magna difficultate & ſolennitate in commune hominum commercium poſt deinde remittit, ſed accumulando conſervat. Peckius *in tract. de Amortizat. cap. 2.* Hinc amortizatio eſt li- 153.
centia retinendi bona immobilia per manum mortuam & cumprimis in Gallia aliisq; locis uſum habet, eaq; occurſum fuit Legibus & Conſtitutionibus Principum, quæ Eccleſiis rerum immobilium acquiſitionem & poſſeſſionem interdixerunt. Dividitur in genera-
lem & ſpecialem. Hæc ſingula prædia & poſſeſſiones, quarum à 154.
Principe petitur amortizatio, minutatim & ſingulatim exprimit; Iſta nullam facit ſpecialem rerum amortizatarum deſignationem, ſed venit ſub generali appellatione eorum, quæ ex bonis temporalibus manus mortua ſeu corpus poſſidet. Impetratur hoc jus amor- 155.
tizationis à ſummo Principe, qui ſolus jus hoc morticinii dare poteſt, modo manus mortua, quæ amortizationem bonorum deſiderat, ipſum adeat & literas amortizationis impetret, quæ ejusmodi
prædia continent. Tunc enim, quamvis alias in loco iſto aliena- 156.

propter & illud ab Irnerio, vel quisquis etiam fuerit Avth. Compilator, obſervatum ſuisq; temporibus applicatum eſſe aſſerunt. Verum ſi perlegantur illa, quæ Dn. Strauch. *in Irner. non errant. c. 3.* & in Diſſert. Inſt. *8. th. 18.* ſolidisſime tradit, apparebit ſatis, Juſtinianum *d. Nov. 111. & 131.* ſoli Orienti per Theodorum & Petrum, illorum Prætoriorum præfectos publicaſſe; Quapropter Occidenti ejusq; Eccleſiis jus ſemel quæſitum neutiquam per *d. Nov.* ſublatum fuit. Hinc & Eclogæ Baſilicorum *lib 2. tit. 3.* tribuunt Romanæ Eccleſiæ diſcrimen adhuc centenariam præſcriptionem, quod procul dubio non feciſſent, ſi Eccleſia Romana *d. Nov.* unquam ad ſe pertinere putaſſet. Quod autem ſola Romana Eccleſia hodie eo gaudeat jure, non eſt ex privilegio quodam per Pontifices denuo conceſſo, ſed continuo juris Juſtinianei exercitio, & reliquarum Eccleſiarum non uſu; Quamvis adhuc tempus hoc centum annorum in uſufructu omnibus Eccleſiis vel Templis relicto obtineat, ut non aliter extingvatur, niſi centum annorum lapſu *arg. l. 56. ff. de uſufructu* vid. Petr. Caſtal. *Adverſar. ad tit. dict.*

Ad amisſionē quoq; pertinet ſubtractio rei ſacræ, quæ ſacrilegium 162.
vocatur, ad quod duo requirūtur (1) ut res ſacra vel religioſa ſit, & (2) ut ex loco ſacro auferatur, *arg. l. 6. l. 9. §. 1. l. 10. §. 1. de L. Jul. pecul.* qui text°, ubi de ſacrilegio loqvuntur, ſemper tēplorū mentionē faciunt. Hinc ſi res ſacra ex loco profano, aut res profana ex loco ſacro auferatur, furtum potius quā ſacrilegium erit, *per l. 5. ff. eod. l. 16. §. 4. ff. de pœn.*
Jul. Clar. *lib. 5. ſent. §. ſacrilegium n. 1.* Jure tamen Canonico alterutrū 163.
ſufficit, ut vel res ſacra, vel ex loco ſacro res profana ſubtracta ſit, *c. quisquis 21. c. 17. q. 4.* Quod ſequitur Conſtitutio Crimin. *art. 171.* Pœ- 164
na hujus criminis capitalis eſt. *l. 6. ff. ad leg. Jul. peculat.* vel pro qualitate rerum & perſonarum extraordinaria *l. 4. §. 2. d. l. 6. pr. l. 9. pr. l. 10. §. 1. l. 11. §. 1. ff. d. t.* in imperio Romano-Germ. ſacrilegi capitali quoque pro re nata puniuntur pœna, ob Nemeſin Carolinam *art. 172. & 174.* præprimis hoc in caſu, quando quis hierothecam, ſeu ædiculam vel monſtrantiā, in qua conſecratus panis apud Pontificios aſſervatur, furatus eſt, tunc enim vivus exuritur *art. 172.* Jure Saxonico, ſi quis rem ſacram ex loco ſacro ſurripuit, punitur rota, aliquando vero ob circumſtantias mitius. Dn. Carpz. *2. q. 89. n. 18. 48. 61. & 67.* Quod ſi vero res ſacra ex loco profano, vel res profana ex loco ſacro auferatur, ſolet dictari pœna furti ſc. ſuſpendii. vid. fuſius cit. Dn. Carpz. *d. l.* Quo-

Digitized by Google

165. Quoad Judicium breviter adhuc obſervandum erit, quando (1) cauſæ templorum ſint ſumariæ & in proceſſu ſummario tractandæ. 166. Carpz. *in Proc. tit. 1. art. 1. n. 49.* Hoc ipſum quidem limitat Marant. *p. 4. de ord. jud. diſt. 9.* ut non aliter procedat, quam in caſu concernente beneficium Eccleſiaſticum, quod ſi vero de proprietate templi inſtituatur controverſia, v.g. ſi Epiſcopus velit unire aliquod Tēplū ſuæ Diœceſi vel jus in illo ſibi aſſerat, talem cauſam ordinarie tractandā eſſe ſtatuit. *d. l.* 167. Verum quamvis hoc largiamur, certiſſimū tamē erit, quod utilitas Eccleſiæ proceſſum ſumarium expoſcat. Hinc & totus Proceſſus Conſiſtorialis, in quo absq; litium ambagibus ſine ſtrepitu ac forma ſolenni de ſimplici & plano, obſervatis tantumodo ſubſtātialibus jure gentium inductis, proceditur, ſūmarius eſt; 168. (2) Cauſæ Templorum ſpeciali gaudent foro Eccleſiaſtico, quod Conſiſtoriū penes nos vocatur, eiq; præfecti ſunt Theologi pariter atq; Politici, quos Conſiſtoriales dicimus. Reinck. *de Reg. Sec. & Eccl. l. 3. cl. 1. c. 10.* Hinc qualiscunq; ſit cauſa, ſi templum, eorumq, miniſtros & bona concernat in judicio Eccleſiaſtico tractari debet. Non quidē, quod exempti ſint Clerici à poteſtate ſeculari, uti quidem Canoniſtæ & Pontificii ſtatuunt, propterea à Theologis & Politicis noſtris ſæpius notati, ſed quia Superioribus placuit ob dignitatem harum cauſarū ſpeciale aliquod forum conſtituere, ſicut alias pro diverſitate Ordinum diverſa inveniuntur Dicaſteria. vid. Gerhard. *in loc. de Magiſtr. Polit. §. 440.* & Dn. Carpz. *in Proceſſ. tit. 1. art. 2. per tot.* Deniq; etiam (3) Templum inter miſerabiles perſonas referunt, ut non ſolum pro re ejus tuenda & exigenda Princeps cognoſcere, ſed & Eccleſia preſſa beneficio *l. un. C. quand. Imper. inter pupill. &c.* uti poſſit *arg. c. cum ſit generale 8. X. de foro comp.* quod tamen de ſacrilegio & caſu, quando templum re ſua privatur, loquitur. Penes Nos Eccleſiæ ut plurimū pauperes ſunt, ut jure optimo maximo privilegio pauperum & miſerabilium perſonarum fruantur. vid. Dn. Brunnemann. *ad l. 4. C. de fund. rei priv.*

169. Denique quidem adjicienda eſſent jura Clericis ob miniſterium Templorum competentia, ſed illa ab hoc Tractatu ſeparata ſunt, ut ſpeciali, ſi DEUS vires atque gratiam ſuam nobis concedet, Diſcurſu exhibeantur. Reſtat ut humilima voce dicatur;

SOLI DEO GLORIA.

INDEX RERUM.

Primus numerus Paginam, Secundus numerum Margini adſcriptum notat.

A.

ADvocatia *Eccleſiaſtica quid ſit? p. 82. n. 130. Cur ſit recepta? ibid. n. 131. Quomodo vocentur, qui eam exercent? ibid. n. 132. Quot modis hi conſtituantur? p. 83. n. 133. Quomodo hoc jus ſucceſſu temporis moleſtum factum ſit? ibid. n. 135. Apud Proteſtantes ad jura Superioritatis pertinet. ibid. n. 136. Quatenus ab Imperatore concedatur. p. 84. n. 137.*

Ærarium *Eccleſiaſticum augendi modi recepti. p. 257. n. 46. 47. 48. 49. p. 258. n. 50. Uſus ejus antiquiſſimus. p. 258. n. 51. 52.*

Agapæ *Veterum Chriſtian. quid fuerint? p. 196. n. 28. Quare ſint abrogatæ? ibid. n. 29.*

Alienatio *Bonorum Eccleſiaſticorum an ſit licita? p. 264. n. 83. 84. 85. 86. &c. p. 267. n. 100. p. 268. n. 101. 102. p. 269. n. 109. 110. 111. p. 270. n. 115. 116. Quænam in alienantes conſtitutæ pœnæ? p. 264. n. 83. 84. p. 269. n. 112. p. 270. n. 113. Præter juſtas cauſas ad hanc alienationem etiam requiruntur certæ ſolennitates. p. 270. n. 115. 116. 117. 118. p. 271. n. 119. 120. 121.*

Altaria *quomodo à Pontificiis ſanctis dedicentur? p. 118. n. 15. 16. 17. Altarium multitudo cum Sigillo quando recepta? p. 162. n. 111. Apud Proteſtantes hæc rejicitur.*

Amortizatio *quid & quotuplex ſit & à quo impetretur? p. 217. n. 153. 154. 155.*

Annatæ *unde dicantur & quid ſint? p. 237. n. 144. Prætextus Annatarum qualis primitus fuerit? ibid. n. 145. Annatarum origo quibus tribuatur? p. 238. n. 148. 149. 150. Albertus II. Imp. eas prohibuit ibid. n. 151. An tolerandæ ſint? ibid. n. 152. 153. p. 239. n. 154. 155. Querelæ Germano-*

rum

Digitized by Google

rum de iis imprimis in comitiis Nortbergenſibus. p. 239. n. 156. 157. p. 240. n. 158. 159. Proteſtantes non amplius obſtringunt. p. 243. n. 176.

Aſylorum *Jus in Profanis locis antiquiſſimum. p. 201. n. 51. Jus Aſylorum templis competens & Jure Canonico latiſſime extenſum juxta Juſtitiæ normam præcipue à Proteſtantibus reſtringitur. p. 201. n. 52. 53. p. 202. n. 54. 55. 56. 57. 58. 59. p. 203. n. 60. 61. 62.*

Auguſtinus *in choreas invehens quomodo intelligendus? p. 133. n. 27. p. 136. n. 37.*

B.

Baptizatio *ubi hodie ordinarie peragatur & olim peracta ſit? p. 166. n. 134. Cur Patrini adhibeantur in Baptizatione p. 167. n. 140. 141. vid. inf.* Patrin.

Baptiſteria *primum in ædibus privatis deinde in ſuburbiis extra templa, tandem in templis & quidem duo diverſa pro maribus & fœminis extructa. p. 166. n. 135. p. 167. n. 136. 137. 138.*

Baſilicæ *quare templa à Chriſtianis olim appellata? p. 17. n. 15. p. 21. n. 35. Baſilica in Jure civili quid denotet? p. 17. n. 16.*

Bona Eccleſiaſtica *quotuplicia ſint? p. 212. n. 2. Quænam ex his dicantur res Sacræ? ib. n. 3. 4. 5. p. 213. n. 6. 7. 8. 9. 10. Bona Eccl. quid ſint? p. 213. n. 11. 12. Quænam ad ea referantur? p. 113. n. 12. usq; ad pag. 229. Bona Eccleſ.* Menſalia *quid ſint? p. 214. n. 16. Quot modis conſtitui poſſint? p. 214. n. 17. Quæ requirantur, ut bona ad Eccleſiam reverſa fiant menſalia. ibid. n. 18. 19. Bona Eccleſiaſtica* feudalia *quid ſint & quid ad ea requiratur? p. 215. n. 22. 23. 24. 25. 26. p. 216. n. 27. 28. 29. 30. Perſonæ Bona feudal. Eccleſiaſt. conferentes. p. 216. n. 31. 32. p. 217. n. 33. p. 218. n. 42. 43. 44. p. 219. n. 45. 46. 47. 48. 50. p. 220. n. 52. An Bona Eccleſiaſtica in* Emphyteuſin *concedi poſſint? p. 222. n. 64. An bona Eccl. Emphyt. ad quoscunq; hæredes transeant? p. 223. n. 66. 67. 68. 69. Bona Eccl.* cenſitica *quid ſint? p. 224. n. 72. Bona Eccleſiaſt. contractum Libellarium rejiciunt. p. 229. n. 102. Bona Eccleſiaſtica æquitas & neceſſitas exigit. p. 230. n. 106. 107. 108. 109. 110. Bona Eccleſiaſtica neceſſaria poſt Apoſtolorum mortem quinam ſubminiſtrarint & curarint? p. 231. n. 111. 112. 113. 114. p. 232. n. 115. Bonorum Eccleſ. immobilium initia. p. 232. n. 116. Eorum incrementa ſub Conſtant. M. ibid. n. 117. 118. Ademtio ſub Juliano Apoſt. ibid. n. 119. Reſtitutio ſub Valentiniano. ibid. n. 120. Maxima incrementa ſub Carolo M. & Ludov. I. ibid. n. 122. p. 233. n. 123. Eorundem poſt hæc tempora decrementa & nova mox acceſſiones ſub Ottonibus.*

p. 233. n. 124. 125. *Varii modi, quibus bona Eccleſiaſtica aucta. p. 234. n. 130. 131. 132. 133. Jura circa bona Eccl. quotuplicia ſint? p. 248. n. 1. Acquiſitio Bonorum Eccleſ. quot modis fiat? ibid. n. 2. 3. de acquiſitione per* donationem, *per* teſtamentum *vid. ſ. l. An Bona Eccleſiaſtica poſſint alienari? vid. ſupra* alienatio. *Bona Eccleſ. contra mentem fundatorum ad alium uſum converti non debent. p. 265. n. 89. 90. An Proteſtantes Bona Ecclеſ. ad alios pios uſus recte transtulerint? p. 266. n. 91. 92. 93. 94. An Bona Eccleſiaſtica ſeculariſari poſſint? p. 267. n. 100. p. 268. n. 101. 102. 103. 104. 105. 106. p. 269. n. 107. 108. In bonis Eccleſ. præſcriptio qualis detur? p. 278. n. 157. 158. 159. 160.*

C.

Campanarum *uſus in primitiva Eccleſia non obtinuit, ſed aliis modis conventus intimati. p. 146. n. 23. 24. Quando primum obtinuerit? ibid. p. 27. 28. 29. p. 147. n. 33. unde campanæ originem traxerint & nomen acceperint? p. 147. n. 30. 31. Inventor campanarum incertus. p. 147. n. 32. Benedictio campanarum à quonam primum introducta? ibid. n. 34. Baptiſmus earum apud Pontificios qua occaſione ortus? ibid. num. 35. Quis eum primum introduxerit? p. 149. n. 39. An apud Pontificios revera in uſu ſit? p. 147. n. 36. p. 148. n. 37. Maximiliani I. de eo in Comitiis Noribergenſibus querela. p. 148. n. 38. Qualem effectum ex ſententia Pontificiorum acquirat? p. 149. n. 39. Ritus Baptizationis Campanarum. ibid. n. 40. Apud Proteſtantes hæc Baptizatio rejicitur. ibid. n. 41. Quid ab his ad confectionem campanæ requiratur? ibid. n. 42. finis campanarum varius. p. 150. n. 43. 44. p. 151. n. 46. 47. 48. 49. Quis meridianum campanæ pulſum introduxerit? p. 151. n. 51. Quid de conſvetudine urbium captarum redimendi campanas à rei tormentariæ præfectis habendum? p. 193. n. 13.*

Canonicorum *collegiorum fundatores ad quid reſpexerint? p. 35. n. 60. Canonicorum & Monachorum ordo diverſus. ibid. n. 61. Canonici licet liberius, quam Monachi vivant, tamen certis regulis adſtringuntur, unde etiam nomen acceperunt. ibid. n. 62. 63. p. 36. n. 64. Origo Canonicorum ibid. n. 65. officium Canonicorum prioribus temporibus. ibid. n. 66. 67. 68. Quid canonicatus iis temporibus fuerit? p. 37. n. 69. Sequioribus temporibus quænam fuerit Canonicorum ratio & vivendi modus? p. 37. n. 70. 71. Canonici quotuplices ſint? ibid. n. 72. 73. Canonicorum bona olim fuerunt Communia, hodie ſingulis præbendæ aſſignatæ. ibid. n. 74. Canonicatus modernus quid ſit? ibid. n. 75. Hodie ut plurimum nobilibus conceditur, quod licet olim non*

Digitized by Google

obtinuerit certo tamen modo tolerari poteſt. p. 38. n. 76. 77. 78. Principaliores inter Canonicos perſonæ. ibid. n. 79. Quibus Canonici ſubjecti ſint? ib. n. 80. An Canonicorum Status in noſtris Eccleſiis tolerandus? p. 38. n. 81. p. 39. n. 82. Conringii Judicium de Canonicis, ibid. n. 83. Rationes pro conſervandis collegiis Canonicorum Facult. Theol. Jenenſis. p. 93. n. 84. Seculariſari tamen poſſunt ob Juſtas cauſas. p. 40. n. 85.

Cantilenarum *uſus apud antiquos Germanos. p. 152. n. 54. 55. 56. 57. Cantilenis de rebus geſtis Germanorum Carolus M. valde delectatus fuit. p. 152. n. 56. canendi ritus in Eccleſiis jam Apoſtolorum temporibus obtinuit. p. 153. n. 58. Cantilenis etiam in Conviviis ac ruri veteres Chriſtiani uſi. p. 153. n. 59.*

Capellæ *gaudent immunitate onerum. p. 204. n. 67.*

Carolus *M. quare tot Epiſcopatus & Eccleſias collegiatas in Germania & inprimis Saxonia primus inſtituerit? p. 18. n. 20. 21. Sub Carolo M. bona Eccleſ. maxima incrementa ſumſere. p. 232. n. 122. p. 233. n. 123. Carolus M. cantilenis de rebus geſtis veterum German. valde delectatus eſt. p. 152. n. 56. Turpini fabula de Caroli M. anima. p. 18. n. 22.*

Cauſæ *templorum ſunt ſummariæ & ſpeciali gaudent foro. p. 279. n. 164. p. 280. n. 165. 166. 167. 168.*

Cenſitica *bona Eccleſiaſtica quid ſint? p. 224. n. 72.*

Cenſura *Eccleſiaſtica ubi inſtituatur? p. 173. n. 1. Ejus utilitas, ibid. n. 2. fundamentum in ſacris. p. 174. n. 4. 5. Quid ſit? ibid. n. 6. Quotuplex ſit? ib. n. 7. 8.*

Choreæ *an ſint licitæ? p. 133. n. 27. p. 134. n. 29. 30. 31. 32. 33. An magiſtratus Juventuti choreas etiam die dominica certo modo concedere poſſit? p. 135. n. 34. Jus concedendi choreas in Encaniis cui competat? p. 129. n. 17.*

Chorus *in templis quam ſancte olim habitus? p. 105. n. 98. 99. Ejus partes. ibid. n. 100.*

Chriſtianis *primis temporibus templa nulla fuerunt. p. 45. n. 16. ubi in horum defectu ſacra peregerint? ib. n. 19. 20. p. 46. n. 21.*

Chryſoſtomus *in Choreas invehens quomodo intelligendus? p. 133. n. 27. p. 136. n. 37.*

Clerici *quinam dignitatem, quinam perſonatum habeant? p. 32. n. 43. Clericis ab inteſtato & ſine legitimis heredibus decedentibus ſuccedit templum, excluſo fiſco. p. 256. n. 39. ib. n. 44. p. 257. n. 45. In Patrimonialibus Clerici Hæredes ſibi conſtituere poſſunt. p. 156. n. 40. Quicquid ex proventibus Eccleſiæ perceperunt, eidem reſervare debent. ibid. n. 41. 42.*

S. Cœnæ *adminiſtratio extra caſum neceſſitatis in templis peragenda. p. 161. n. 108.*

Digitized by Google

n. 108. *p.* 162. *n.* 109. *Eum in finem in primitiva Eccleſia menſa in templo conſtituta, poſt Conſtant. M. tempora lapidea moles exſtructa & candela addita.* p. 216. n. 110. 111. *Parochianus extra neceſſitatis caſum in templo Parochiæ ſuæ ſacra Cœna uti debet,* ibid. n. 114. p. 163. n. 115. *Diutius abſtinentes ad uſum S. Cœnæ cogi poſſunt.* p. 163. n. 116. *Uſum ejus præcedit confeſſio,* ib. n. 117. *Pœna dignus eſt, qui confeſſione facta ſacram cœnam negligit,* ib. n. 118. *Si quis tamen juſta cauſa impediatur ſeqv. Dominica ad eam accedere debet.* ib. n. 119.

Concionum *origo unde petenda?* p. 155. n. 71. 72. 73. 74. 75. *olim Notarii ad excipiendas conciones conſtituti.* ibid. n. 76. *Quando hæc conſvetudo obtinuerit?* p. 156. n. 77. *Quorum conciones ab his exceptæ?* ib. n. 78. *Quid hac in re quibusdam in locis hodie obtineat?* ib. n. 79. *Qua de re conciones veterum habitæ?* ibid. n. 81. *Quid de Studioſorum exceptione concionum habendum?* ibid. n. 80. *Locus ubi habentur conciones.* p. 157. n. 85. *Tempus concionum ordinarium,* ibid. n. 86. *Paſtores in concionibus recte vitia Auditorum taxant,* ib. n. 87. *An propterea actione injuriarum teneantur,* ibid. n. 88. 89. p. 158. n. 90. 92. *Conciones Veſpertinæ in Sabbatho intermittendæ non ſunt,* ibid. n. 93. *Concio ultra horæ ſpatium extendi non debet.* p. 159. n. 94. 95. *Parochiani à Magiſtratu ad audiendas conciones compelli poſſunt?* ib. n. 96.

Concordata *Germanicæ nationis quid ſint?* p. 69. n. 73. *A quibus primum inſtituta ſint?* ibid. *Quid de iis capitulationibus Cæſareis inſertum?* p. 69. n. 74. 75. *Quid per illa Imperatoribus competat?* p. 70. n. 76. *A Concordatis bus Proteſtantes in Capitulat. Cæſareis excipiuntur.* p. 76. n. 100.

Confabulationes *in Templis prohibitæ.* p. 197. n. 33. 34.

Confeſſio *Sacr. Cœnam præcedit.* p. 163. n. 117. *Pœna dignus eſt, qui facta confeſſione uſum S. Cœnæ negligit, niſi juſta cauſa impediatur, tum enim ſeq. Dominica ad S. Cœnam accedere debet,* ib. n. 118. 119. *Quomodo Confeſſio ap. Proteſtantes diſtinguatur?* ib. n. 120. *ordinaria quid ſit & num intermitti debeat?* ibid. n. 121. p. 164. n. 122. *Extraordinaria quid ſit?* p. 164. n. 12. *Miniſter Eccleſiæ confeſſa neutiquam revelare debet, etiamſi Magiſtratus id exigat,* ibid. n. 124. 125. 126. *Teſtimonium ex revelatione confeſſionis nihil valet,* p. 165. n. 127. *Sacerdos confeſſa revelans pœna dignus,* ib. n. 128. *Magiſtratus eum ad revelationem cogere non poteſt,* ibid. n 129. *Licita tamen eſt revelatio, imo neceſſaria ſi per eam promoveatur innocentia rei,*

Digitized by Google

ibid. n. 130. vel delicta adhuc ſint futura. p. 166. n. 132.

Conjugum *Novorum copulatio ubi ordinarie inſtituatur? p. 168. n. 147. Eam præcedere debet denunciatio publica ibid. Quoties hæc inſtituatur & qualem effectum habeat? ibid. n. 148. 149. An Copulatio ſit de matrimonii eſſentia? p. 169. n. 150. An intermitti vel in ædibus privatis inſtitui debeat? ibid. n. 151. 152.*

Conringii *Judicium de Jure Canonico, p. 8. n. 31. de Canonicis, p. 38. n. 38.*

Conſiſtoriorum *Eccleſiaſt. origo p. 80. n. 119. Homonymia vocis, ib. n. 120. ubi nullum Conſiſtoriorum, ibi tamen cauſæ Eccleſiaſticæ ſeparatim tractandæ ſunt: p. 81. n. 121.*

Contractus *libellarius an circa bona Eccleſ. locum habeat? p. 229. n. 102. Quid ſit? ibid. n. 103. 104. p. 230. n. 105.*

Cultus divinus *an hominis Imperio & legibus ſubjectus? p. 57. n. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Cura circa cultum divinum & Poteſtas legislatoria, quibus apud Pontificios, quibus ap. Proteſtantes competat? p. 58. 59. 60. 61. 62. p. 76. n. 101. 102. Penes quos olim ap. Chriſtianos in Imp. R. In Italia & Hiſpania, ſub Gothis, in Gallia & Germania ſub familia Carolina hæc cura & poteſtas fuerit? p. 60. 61. n. 26. 27. Ap. Gentiles penes quos fuerit? p. 61. n. 28. 29. Cultus divini ritus à quibus ap. Proteſtantes dirigantur? p. 145. n. 20. 21. Cultu divino durante frequentatio cauponarum prohibita. p. 159. n. 97. Quid circa illos receptum, qui propter negotia ſua ſacris intereſſe nequeunt. p. 159. n. 98. Turbatores cultus divini qua pœna afficiendi? p. 200. n. 44. 45.* Das Cymbel-Geld *cujus in locum ſucceſſerit? p. 258. n. 50.*

D.

Decimæ *pertinent ad modos acquirendi templis licitos, p. 258. n. 54. An earum inſtitutio juri divino morali adſcribenda? ib. 55. 56. p. 259. n. 57. An eadem alienari & infeudari queant? p. 259. n. 58. 59. 60. 61. p. 260. n. 62. 63. 64. Quid ſint Decimæ & cur ita vocentur? p. 261. n. 65. 66. 67. Quotuplices fuerint in Hierarchia Judaica? ib. n. 68. Decimæ Decimarum Aaroni ſolvendæ. ibid. n. 69. 70. p. 262. n. 71. Quid ſit* Groß-und Klein-Zehend *p. 262. n. 72. 73. An Decimæ modio cumulato, an per boſtorium æquato ſolvendæ ſint? p. 262. n. 74. In manipulis decimæ ſi ſolvendæ, ad Excluſionem fraudis adeſſe debet œconomus Templi. p. 263. n. 75. Solvendæ ſunt ex frumento in agro procreato, ib. 76. Quinam eas ſolvere teneantur? ibid. n. 77. Proteſtantes in Caſu denegationis poſſunt uti Jure retorſionis, ib. n. 78. 79. 80. p. 264. n. 81.*

Deprecatio *publica quomodo ab excom-*

communicatione differat? p. 184. n. 49. Quibus imponatur? ibid. n. 50. Quæ de cauſa in vet. Eccleſia introducta? ibid. n. 51. Ritus deprecationis publicæ olim recepti, p. 185. n. 53. Hodie in Eccleſiis Proteſt. uſitati, p. 186. n. 54. 55. 56. 57. Qua de cauſa interdum remittatur deprecatio? p. 188. n. 59.

Dignitas & *Perſonatus* Clericorum *quomodo differant? p. 32. n.* 44.

Dominicæ & Dominica *quare templa olim à Chriſtianis dicta? p. 16. n. 11. 12. 13. 14.*

Dom-Kirch / Dom-Herren *voc. Germ. unde deſcendant? p. 16. n. 11.* 14. p. 35. n. 59.

Dominium *ex nudo pacto ſine traditione ad templum transfertur, p. 251. n. 15. p. 252. n. 18. 19. Quænam in hac translatione requirantur? ibid. n. 16. 17.*

Donatio *Eccleſiæ facta an etiam ſine inſinuatione valeat? p. 249. n. 4. 5. Quouſq; privilegium hoc ſit extendendum? ib. n. 6. 7. 8. Donatio Eccleſiæ facta an revocari poſſit? p. 250. n. 9. 10. 11. 12. p. 250. n. 13. Olim in donatione Eccleſiæ facta vel res donatæ vel inſtrumenta altari impoſita, p. 250. n. 14.*

E.

Eccleſiarum *collegiatarum origo in Germania Carolo M. debetur, p. 18. n. 20. Quare eas tanto numero inſtituerit? ibid. n. 21. Eccleſiæ vocabulum qualem conventum apud Athenienſes inq; civitatibus Aſiæ olim denotarit? p. 19. n. 25. 26. Quare conventus Chriſtianorum Eccleſia appellatus? ibid. n. 27. vocabuli Eccleſiæ ambiguitas & varia acceptio. p. 19. n. 23. 28. p. 20. n. 29. 30. 31. 32. Eccleſia quænam viduata quæ vero conjugata dicatur? p. 34. n. 57. p. 35. n. 58.*

Eccleſiæ miniſtri *juxta Canoniſtarum mentem non aliunde, quam ex reditibus Eccleſiæ vivere debent, etiamſi ſint artifices. p. 26. n. 12. Quomodo hoc reſtringendum ſit? ibid. num. 13. functiones, à quibus miniſtri Eccleſiæ abſtinere debent, p. 27. n. 14. Miniſtri Eccleſiæ in Concionibus recte taxant Auditorum vitia, p. 157. n. 87. An propterea actione injuriarum teneantur? ibid. n. 88. 89. p. 158. n. 90. 91. Confeſſa neutiquam revelare debent, etiamſi Magiſtratus id exigat. p. 164. n. 124. 125. 126. vid. ſupra* Confeſſio. *Quænam miniſtris Eccleſiæ præcipue in Templis peragenda? p. 173. n. 3.*

Eccleſiaſtica bona *vid. ſupra* Bona.

Eleemoſynarum *collectio olim non perinde ac hodie inter concionandum facta. p. 159. n. 99. Cujus in locum hæc collectio ſucceſſerit? p. 258. n. 50.*

Emphyteuſis *an in Bonis Eccleſiaſticis conſtitui queat? p. 222. n. 64. Emphy-*

Digitized by Google

phyteuſis quomodo diſtingvatur? ib. n. 65. *Emphyteuſis Eccleſiaſtica ad quos hæredes transeat? p.*223. *n.*66. 67.68.69. *Qualis pœna in eum, qui rem Eccleſiaſticam in Emphyteuſin datam vel deterioravit, vel intra biennium canonem non ſolvit, conſtituta? ibid. n.*71.

Encæniorum *Etymologia, Homonymia, Synonymia, p.*126.*n.*2.3. *Origo Encaniorum Judaicorum & Chriſtianorum. p.*126. *n.* 4.5. *p.* 127. *n.* 6.7. *Annua Encænia quando recepta? ibid. n.*8.9. *Cur in Encæniis inſtituantur convivia? ibid. n.*10. *Encæniorum abuſus, ibid. Quæ inde incommoda orta? p.*128.*n.*11. *Quæ ex his commoda in quosdam redundent? ibid. Encaniorum protectio quibus competat? p.*128. *n.*12.13. *p.* 129. *n.*15. *Quale Jus huic annexum ſit? ibid. Quid ſit Jus in Encæniis* dem Bann Wein und Bier fürzulegen *& cui competat? p.* 128. *n.* 14. *Jus concedendi choreas in Encæniis cui competat? p.*129.*n.*17. *Encæniorum uſus in terris Proteſtantium reſtrictus, p.* 130. *n.* 18. 19. 20. 21. *Qua occaſione commercia in Encæniis inſtituta? p.*131. *n.* 22. *Encæniorum affinia, p.*136.*n.*39.

Epiſcopatuum *origo in Germ. & Imprimis Saxonia Carolo M. debetur, p.*18.*n.*20.21. *p.*232. *n.*122. *Quare eos tanto numero inſtituerit? p.*18. *n.*20.21.

Epiſcopis *quæ olim poteſtas competierit? p.*2. *n.*1. *Qualem ſub Francorum Regibus habuerint? p.* 3. *n.* 2 *ſecularis poteſtas iis olim conceſſa haud fuit, ibid. n.*3. *Nec diſpoſitio ſacrorum iis ſolis competebat, ibid. n.* 4.5. *p.*59. *& ſeqq. Quando ſecularem ſibi vendicarint poteſtatem? p.* 4.*n.*8.9. *Et adminiſtratores Reip. facti ſint? ibid. n.*10. *Ratio, cur poteſtas ſecularis in Epiſcopos translata? ibid. n.*11. *Quænam inde orta ſint incommoda? ibid. n.*12. *Initio Epiſcopi poteſtati Civili ſubfuerunt, p.* 63. *n.* 36. *Epiſcoporum conſtitutio & inveſtitura ante Impp. Chriſtianos penes populum & Clerum à tempore vero illorum penes Impp. ipſos fuit, p.* 63. *n.* 37. 38.39. *p.*217. *n.* 36.37. *Horum exemplum ſecuti alii reges, p.*63. *n.*40. 41. *Pontificum approbatio ad eam minus tum neceſſaria erat, Pontifices vero conſenſum Imperatoris implorare debebant. p.* 64. *n.* 42.43. Epiſcopi Proteſtantium *confirmationem Pontificis non requirunt, p.*75.*n.*97. *Num hi veri ſint Epiſcopi? ibid. n.* 98.99. *Epiſcopi conſenſus requiritur ad ædificationem templi, p.* 91. *n.* 18. *Qualis is eſſe debeat? p.* 92. *n.* 22, 23. 24 25. *De Pallio & Inveſtitura Epiſc. vid. ſ. l.*

Epiſcopalia Bona *à quonam maxime aucta? p.*18.*n.*20.21. *p.*232.*n.* 122. *Modi varii, quibus ea locuple-*

pletati. p. 234. n. 130. 131. 132. 133.

Epiſcopalia Jura *apud Pontificios Pontifici Rom. apud proteſtantes Principibus & Statibus competunt. p.* 76. *n.* 101. 102. *Obtinuerunt autem hæc Proteſtantes per tranſactionem Paſſavienſem. ibid. n.* 103. *p.* 77. *n.* 104. *Nemini qui territoriali Superioritate caret, Jura Epiſcopalia competunt. p.* 79. *n.* 113. *Quotnam Jurium Epiſcopalium ſint capita? p.* 79. *n.* 114. *Eorum deſcriptio, ibid. n.* 115. 116. *p.* 80. *n.* 117. *Quomodo Magiſtratus apud Proteſtantes circa ea verſetur? p.* 80. *n.* 118. 119. *Jura Epiſc. conſtituunt ſummum Jus Principum Proteſtantium, p.* 81. *n.* 123. 124.

Eremitarum *origo p.* 46. *n.* 24. *Eorum clariſſimi, ibid. n.* 25. *Eremitarum & Monachorum differentia. p.* 47. *n.* 28. *p.* 48. *n.* 29.

Excommunicatio *quid ſit? p.* 175. *n.* 12. 13. 14. *Quotuplex ſit? ibid. n.* 15. *Quid ſit major excommunicatio? ibid. n.* 16. *Quid minor? p.* 176. *n.* 17. *Quid de utraq; in Articulis Schmalc. ſtatutum? ibid. n.* 18. *Major excommunicatio habetur ap. Proteſtantes pro pœna civili, ibid. n.* 19. 20. *An vincula ſocietatis humanæ ſolvere queat? ibid. n.* 21. 22. *Quomodo hanc excommunicationem Cujacius ab Anathematiſmo ſeparet? ibid. n.* 23. *Excommunicationis antiquitas & à Judæis ad Chriſtianos translatio, p.* 177. *n.* 24. 25. 26. *Verbis Lehmanni prout in primitiva Eccleſia uſitata deſcribitur, ibid. n.* 27. *A Pontificibus etiam contra Reges ac Imperatores adhibita & quidem frequentiſſime, ſed mox propter abuſum langveſcens, ib. n.* 28. *p.* 178. *n.* 29. 30. *Princeps potius admonendus, quã excommunicandus, ibid. n.* 31. *Si excommunicandus, ſubditi tamen ab obſequiis non ſunt eximendi. ibid. n.* 32. *Non niſi minor excommunicatio in Principem competit, ibid. n.* 33. *Excommunicatio olim non niſi ob graviſſimas cauſas inſtituta, ſed creſcente Papatu ad leviſſimas cauſas & res extenſa, ibid. n.* 34. 35. *p.* 179. *n.* 36. *Proteſtantes eam non niſi propter vitia ſcandaloſa adhibent, ibid. n.* 37. *Præcedere debent admonitionum gradus, ibid. n.* 38. 39. *Requiritur ad eam conſenſus totius Eccleſiæ, imprimis Principis, ibid. n.* 40. 41. *p.* 180. *n.* 42. *Modus excommunicationis ap. Proteſt. receptæ ex Ordin. Elect. Saxon. p.* 180. *n.* 43. *Effectus excommunicationis, p.* 182. *n.* 44. 45. 46. *Quando effectus hic remittatur? p.* 183. *n.* 47. *Modus reconciliandi excommunicatos ex conſtit. Elect. Sax. ib. n.* 48. *Quomodo excommunicatio à deprecatione differat? p.* 184. *n.* 49.

Digitized by Google

F.

Feudalia bona ſ. feuda *Eccleſiaſtica quid ſint, quidve ad ea requiratur? p.* 215. *n.* 22. 23. 24 25. 26. *p.* 216. *n.* 27. 28. 29. 30. *Perſona feuda Eccleſiaſtica conferentes apud Pontificios & Proteſtantes, p.* 216. *n.* 31. 32. *p.* 217. *n.* 33. *p.* 218, *n.* 42, 43, 44, *p.* 219, *n.* 45. 46. 47. 48. 49. 50. *p.* 220. *n.* 52. *Quænam res dicatur infeudari ſolita? p.* 220. *n.* 51. *Feuda Eccleſiaſtica quotuplicia ſint? p.* 220. *n.* 52. *Quid ſint feuda Regalia? ibid. n.* 53. *Quid* Krumſtabs-Lehen? *p.* 222. *n.* 62. *Unde hæc feuda ita appellentur & num ejusmodi feudum pro Imperio habendum? ibid. n.* 62 63. *feudorum inveſtitura quomodo olim facta? p.* 221. *n.* 57. 58. *Quomodo in ea circa ſymbolum variatum fuerit? ibid. n.* 59. 60. *Ritus hodierni, p.* 222. *n.* 61.

G.

Germani *templis priſcis temporibus caruerunt, p.* 43. *n.* 7. *Germanorum querela de Pontificum nundinatione circa Pallia Epiſcopalia, p.* 242. *n.* 170. 171. 172. 173.

Germanicæ *nationis concordata. vid.* Concord.

Gregorius *VII. Pontif. primum Jura Sacrorum Imperatori extorquere conatus, p.* 65. *n.* 49. *Ejus controverſia hac de re cum Heinrico IV. & quam indigne hic ab illo tractatus ſit? ibid.*

H.

Heinrici *V. controverſia cum Paſchali II. & Calixto II. Pontif. de Jure conſtituendi Epiſcopos ejusq; infelix exitus, p.* 66. 67.

Hieroſolymitana *Eccleſia quo ſenſu omnium Eccleſiarum mater dici queat? p.* 29. *n.* 31.

Hieroſolymitani *Templi utriusq; fata, p.* 44. *n.* 12. 13. *p.* 45. *n.* 14. 15.

Huſſitarum *conditio in Bohemia Seculo XV. med. p.* 46. *n.* 22.

I.

Imperatoribus *Chriſtianis num olim cum Sacrorum competierit & adhuc competat? p.* 60. *p.* 61. *n.* 26. 27. *Primis temporibus Epiſcopos & Pontifices conſtituerunt,* 63. *n.* 38. 39. *p.* 64. *n.* 42 43. 44. 45. *Quando & à quibus hoc Jus Imperatoribus ſubtractum ſit? p.* 65. 66. 67. 68. *Controverſia quorund. Imperatorum hac de re cum Pontificibus Rom. earumque infauſtus exitus. ibid.*

Imperium *R. G. an ſit feudum Pontificis? p.* 218. *n.* 39. 40.

Incendio *orto, campanis ſignum datur, p.* 151. *n.* 46.

Indulgentiæ *quare in Eccleſiam R. ſint introductæ? p.* 235. *n.* 137. *Etiam propter committenda delicta*

datæ. ibid 138. *Literæ Indulgentiarum Eccleſiæ Sorbique conceſſæ. ibid. num.* 139. *Vocis indulgentiarum Homonymia, p.* 236. *num.* 140. *p.* 237. *num.* 141. 142. 143. *Indulgentiæ in terris Proteſtantium rejectæ. p.* 243. *num.* 175.

Interdictum *Eccleſiaſticum quid ſit? p.* 174. *n.* 9. *Quanta malitia ſub illo lateat? p.* 175. *n.* 10. *Abominabilius eſt Excommunicatione Pontificia, ibid. n.* 11.

Voc. Inveſtituræ *antiquitas. p.* 221. *n.* 54. 55. *Inveſtitura Epiſcop. per baculum & annulum olim facta, ib. n.* 56. *Quid per hæc Symbola denotatum? ibid. n.* 57. 58. *Quomodo circa hæc variatum? ibid. n.* 59. 60. *Ritus hodierni inveſtituræ, p.* 222. *n.* 61.

Judicia *Secularia in templis ſub anathematis pœna an recte à Jure Canonico prohibeantur? p.* 196. *num.* 30. 31. 32.

Jura Epiſcopalia *vid. ſupra* Epiſcop. *Jura* Parochialia *vid.* Paroch.

Juris Canonici *initium, p.* 4. *n.* 14. *Primum de cauſis ſolummodo Eccleſiaſticis conceptum fuit, p.* 5. *n.* 15. 16. *Aucta potentia Epiſcopali, auctum quoq; fuit Jus Canonicum & ulterius extenſum, ibid. n.* 17. 18. *Cur Jus Canonicum in Scholis & foro receptum ſit? ibid. n.* 19. *Et præ Jure Civili autoritatem obtinuerit? ibid. n.* 20. *ulteriora Juris Canonici incrementa & receptio apud complures Gentes, p.* 6. *n.* 21. 22. *Maxima Juris Can. autoritas quousq; duravit? ibid. n.* 23. *Eccleſiæ Galliæ non indiſtincte id receperunt, ibid. n.* 24. *In Germania quando & quomodo receptum fuerit? p.* 7. *n.* 25. *Conſtitutio Friderici II. in eam rem, ibid. num.* 26. *Quinam primum Juris Canonici autoritatem in dubium vocarint? ibid. num.* 27. *Ead. valde labefactata per concremationem à B. Luthero Witteb. factam, ibid. num.* 28. *Cui rei fruſtra ſe oppoſuerunt JCti Wittebergenſes, p.* 8. *num.* 29. *Lutheri invectiones contra Jus Canonicum quomodo intelligendæ? ibid. num.* 30. 31. *Quat. Jus Canonicum in terris Proteſtantium obtineat? ibid. num.* 32. 33. *Cauſæ in quibus ap. eosd. valet. p.* 9. *n.* 34. *Carpzovii & Strauchii hac de re Judicium, ibid. num.* 35. 36. *Juris Canonici cognitio JCtis & Politicis æque ac Theologis neceſſaria & utilis, p.* 10. *num.* 37. *p.* 12. *num.* 50. 51. *Magiſtratus ap. Proteſtantes obſervantiam Juris Canonici abrogare poteſt, p.* 10. *num.* 38. *Non autem privati, ibid. num.* 39. *JCti apud Proteſt. juxta Jus Canonicum receptum pronunciare debent, ibid. num.* 40. *Juris Canonici prælectio in Academiis Proteſt. locum habet, ut & promotio Doctorum in Jure Canonico, ibid. num.* 41. *Tracta-*

Digitized by Google

tionem Juris Canonici Mareſius JCtis falſo denegat, p. 11. num. 42. In Decretalibus Juris Canon. mere forenſia continentur, ibid. n. 43.

Jure conſultis *Juris Canonici cognitio neceſſaria, p.* 10. *num.* 37. *JCti res divinas conſiderare debent, p.* 12. *num.* 48. *& quid quoad externa, non interna, ib. n.* 49.

Juris prudentia *quoque circa res divinas verſatur, p.* 11. *n.* 44.

Juſtinianus *de rebus Eccleſiaſticis multas leges tulit, p.* 11. *n.* 47.

K.

Kirch *Germ. unde deſcendat? p.* 16. *n.* 11.

Κυριακὰ & κυριακεῖ quare templa à Chriſtianis appellata? p. 16. *n.* 11.

L.

Lignorum *ſonitus ad convocationem faciendam à Chriſtianis olim adhibitus, p.* 146. *n.* 25. 26.

Lutherus *Jus Canonicum Witteberga concremavit fruſtra ſe apponentibus JCtis, p.* 7. *n.* 28. *p.* 8. *n.* 29. *Ejus invectiones in Jus Canonicum quomodo intelligendæ? p.* 8. *n.* 30. 31.

M.

Magiſtratus *ſuperior admonendus potius, quam excommunicandus, p.* 178. *n.* 31. *Si excommunicandus ſubditi à debitis obſequiis eximendi non ſunt, ibid. n.* 32. *Nec niſi minor Excommunicatio in Magiſtratum competit, ibid. n.* 33.

Manumiſſio *in templis recte fit, p.* 201. *n.* 49.

Manus mortuas *templa habent, p.* 277. *n.* 151. *Quid per manum mortuam intelligatur? ibid. n.* 152. *Amortizatio quid ſit, quomodo dividatur & à quibus impetretur? ib. n.* 153 154. 155.

Mareſius *JCtis tractationem Juris Canonici denegat, p.* 11. *n.* 42.

Martyria *quare templa olim appellata? p.* 17. *n.* 18. *p.* 18. *n.* 19. *Martyrum Sepulchra veteribus Chriſtianis inſtar templorum fuerunt, p.* 45. *n.* 31. *p.* 17. *n.* 18.

Matriculæ *Eccleſiaſticæ effectus & uſus, p.* 170. *n.* 159. 161. *p.* 171. *n.* 164. *Cujus in locum ſucceſſerit? ibid. n.* 160. *ubi aſſervetur? p.* 171. *num.* 163. *In Conſiſtoriis quoque matriculæ habentur, p.* 170. *n.* 162.

Maximiliani *I. & ſtatuum Imperii de campanarum baptiſmo querela in Comitiis Noribergenſibus, p.* 145. *n.* 38.

Menſalia bona *Eccl. vid. ſupra* Bona Eccleſ.

Menſium *Papalium origo, p.* 71. *n.* 77. *Quinam ita vocentur? ibid. num.* 78. *Quid de iis in inſtrumento pacis Oſnabrug. habeatur? ibid. num.* 79. *Menſes Pap. non valent apud Proteſtantes, p.* 75. *n.* 96.

Mi-

Miniſtri Eccleſ. *vid. ſupra* Eccleſ.
Monachorum & *Canonicorum ſtatus diverſus, p. 35. num. 60. Monachorum & Eremitarum hodie diſcrimen, p. 74. n. 28. 29.*
Monaſticæ *vitæ anſam dederunt perſecutiones Chriſt. p. 46. n. 23.*
Monaſterii *vocabulum non ſolum Monachorum clauſtris, ſed & collegiatis Eccleſiis tribuitur, p. 18. num. 20. Monaſteriorum origo prima, p. 47. n. 26.*
Münſter/ *voc. Germ. unde ſit? p. 18. n. 20. Quid denotet? ibid. vid. ſupra* Eccleſ. Coll.
Muſica *inſtrumentalis an in templis recte adhibeatur? p. 153. num. 63. p. 154. num. 64. 65. 66. Quibus in caſibus ſuſpendatur? p. 154. n. 67. 68. 69.*

N.

Notarii *olim ad excipiendas conciones conſtituti & quando hac conſvetudo obtinuerit? p. 155. n. 76. p. 156. n. 77. Quorum Conciones ab his exceptæ? p. 156. n. 78.*
Nundinæ *quid & quotuplices ſint? p. 132. num. 23. An diebus feſtis celebrari poſſint? ibid. num. 24. Ap. Proteſtantes Nundinæ diebus Domin. maximam partem prohibitæ, ibid. n. 25.*

O.

Oratoria *quid proprie Canoniſtis ſint? p. 17. num. 17. Templis titulatis opponuntur, p. 34. num. 58. Oratoria ubi olim Chriſtiani exſtruxerint? p. 49. num. 33. Quis ea iterum deſtruxerit? ibid. n. 34.*
Organa *Pneumatica à quonam primum inventa? p. 153. n. 61. 62.*

P.

Pacificatio *religioſa fruſtra à Pontificiis in Concilio Trident. impugnata etiamnum valet, p. 77. 78. confirmata eſt per pacificationem Oſnabrug. p. 78. n. 112.*
Pallium *olim Imperatorii indumenti genus, p. 240. num. 160. 161. Quis redemptionem palliorum à Sede Rom. introduxerit? pap. 240. num. 162. Significatio pallii, p. 241. n. 163. An etiam aliis Epiſcopis redimendum? ibid. num. 165. Olim accepturis pallium fidem ſuam profiteri & Juramento fidelitatis ſe obſtringere debebat, p. 241. n. 167. Intra quod temporis ſpatium redemtio fieri debeat? pag. 241. num. 168. Immenſum pretium pro hoc pallio ſolvendum, pag. 242. num. 169. Querela Germanorum de hac pallii nundinatione, ibid. num. 170. 171. 172. 173.*
Panes civiles *quid ſint? p. 214. n. 13. 14. 15.*
Paniß-Brieffe *quid ſint? pag. 73. n. 85.*

Voc. Parochiæ *Etymon & Explicatio pag.* 206. *num.* 76. *Quid ſit Parochia? pag.* 32. *num.* 41. *pag.* 206. *num.* 77. *Cur Parochia recepta? pag.* 207. *num.* 78. 79. 80. *Actus, qui differri nequeunt etiam in alia parochia peragi poſſunt; pag.* 207. *n.* 82.

Parochi *ad quos obſtringantur, ſumtus? p.* 103. *n.* 87. *Parochus unde dicatur & quid notet? p.* 32. 42.

Parochiani *quid ad ædificationem & reparationem templorum conferre debeant? pag.* 95. *num.* 40. 41. 42. *pag.* 96. *usque ad pag.* 102. *Parochianorum conſenſus ad vocationem novi paſtoris requiritur, pag.* 208. *n.* 83.

Jura Parochialia *p.* 32. *n.* 41. *p.* 206. *n.* 75. *p.* 207. *n.* 81.

Partum *Septimeſtrem Jura Cæſarea cum Medicis & Philoſ. probant; In Eccleſia vero non omni ex parte approbatur, p.* 188. *num.* 60. *p.* 189.

Paſchalis *II. Pontificis controverſia cum Heinrico V. Imp. de Jure conſtituendi Epiſcopos, ejusq; exitus, pag.* 66. 67.

Paſſagium *quid denotet? p.* 37. *num.* 145.

Paſtores *in concionibus recte taxant Auditorum vitia pag.* 157. *num.* 87. *An propterea actione injuriarum teneantur, ibid. num.* 88. 89. *pag.* 158. *num.* 90. 91. *vid. ſupra* Miniſtri Eccleſ.

Patronatus *Jus quomodo acquiratur? p.* 108. *num.* 116. *pag.* 109. *num.* 119. *p.* 110. *num.* 122. *Quid ſit? pag.* 110. *num.* 120. *Quomodo aliàs vocetur? ibid. num.* 121. *Ejus onera. pag.* 111. *num.* 123. *Ejusd. commoda, ibid. num.* 124. 125. *p.* 112. *n.* 126. *Cujus religionis eſſe debeat præſentandus à Patrono? p.* 112. *n.* 127. *Patronus Eccleſiæ precibus publicis inſerendus. p.* 161. *n.* 106.

Patrini *cur in baptiſmo requirantur? p.* 167. *num.* 140. 141. *Requiſitio, patre negligente, à matre fieri poteſt, ibid. num.* 142. *Quot Patrini de Jure Can. requirantur? ibid. num.* 143. *Loci conſuetudo hic conſulenda, p.* 168. *num.* 144. *In Misnia quot requirantur? ib. n.* 145.

Pericopæ *Evangelicæ & Epiſtolicæ quo ſeculo primum diſtinctæ ſint? p.* 156. *n.* 83. *p.* 157. *n.* 84.

Perſonatus *Clericorum quomodo differat à dignitate & quibus competat? p.* 32. *n.* 43. 44.

Pontifici *R. num competat cura Sacrorum & Poteſtas legislatoria circa ea? p.* 59. *& ſeqq. pag.* 76. *num.* 101. *Olim non Pontifici, ſed Imperatori jus conſtituendi Epiſcopos competebat, p.* 63. *num.* 38. 39. *p.* 64. *num.* 42. 43. 44. 45. *Imperatoribus tamen poſtmodum à Pontificibus hoc Jus ereptum, p.* 64. *n.* 46. *p.* 65. *n.* 47. *& ſeqq. controverſiæ utrorum que hac de re earumque infelix exitus,*

tus, p. 65. 66. 67. 68. Pontificum reſervationes & Proviſiones quid ſint? p. 68. n. 65. Earum initia & incrementa, ibid. & num. 66. turba inde orta, ibid. num. 68. Quinam his reſevationibus ſe oppoſuerint? p. 68. n. 67. 68. 69. 70. Quo in concilio eædem damnatæ? p. 69. num. 72. Pontificum Jura omnia in terris Proteſtantium ceſſant, p. 75. num. 96.

Prælati Imperii quinam dicantur? p. 218. num. 43. Poſt Pontificem poteſtatem conſtituendi & conferendi feuda habent, p. 218. n. 42. pag. 219. n. 45. 46. 47. 48. 49.

Præſcriptio qualis in bonis Eccleſiaſticis locum habeat? p. 278. n. 157. 158. 159. 160.

Precariæ Etymologia, p. 224. num. 73. Homonymia ibid. num. 74. 75. Synonymia, p. 225. num. 76. Definitio ejus, quatenus conceſſionem rei Eccleſiaſticæ denotat, ibid. num. 77. Definitio ejus quat. pro jure ſumitur, ibid. num. 78. 79. Origo precariarum & antiquitas, p. 225. num. 80. 81. 82. Ob quam cauſam conſtituantur? p. 226. num. 84. 85. 86. Apud Proteſtantes quoque obtinent, p. 229. num. 101. Quorum conſenſus ap. nos ad conſtitutionem precariæ requiratur? p. 226. num. 87. 88. Precaria non niſi locupleti concedenda, pag. 227. num. 89. 90. Objectum precariæ, p. 227. num. 91. 92. 93. 94. Conſtituitur tam ſine, quam cum Penſione, ibid. num. 95. Intra quinquennium eſt petenda renovatio precariæ, pag. 228. num. 96. Precaria quandoque ad tempus, quandoque ad mortem uſque, quandoque in perpetuum conceditur, ibid. num. 97. Formulæ precariarum & quid ex his obſervandum? pag. 228. num. 98. pag. 229. num. 99. 100.

Precum primariarum Jus Imperatori competens, pag. 71. num. 80. 81. p. 72. num. 82. Quid per preces primarias intelligatur? ibid. num. 83. 84. Diplomata earum quomodo vocentur? pag. 73. num. 85. Definitio Juris primariarum precum, ibid. num. 86. 87. Quid vi hujus Juris Imperatori competat? ibid. n. 88. An ei obſtet ſtatutum de ſupprimendis certis canonicatibus, ibid. n. 89. Jus hoc valet quovis menſe, etiam papali, in terris it. Proteſtantium, ſalva tamen religionis libertate, p. 74. num. 91. 92. 93. 94. Preces campanariæ quid ſint? p. 151. num. 48. Etiam apud Proteſtantes in uſu ſunt, ibid. num. 52. Preces publicæ ubi olim à primis Chriſtianis peractæ & quando in templis peragi cœptæ? pag. 160. num. 100. 101. 102. 103. Quo in loco templi primum fuſæ & hodie fundantur? p. 161. n. 104.

Digitized by Google

104. Pro quibus fundantur? ibid. n. 105. 106. 107.

Princeps potius admonendus quam excommunicandus, p. 177. n. 31. Si excommunicandus tamen ſubditi ab obſequiis non ſunt eximendi, ib. n. 32. Nec niſi minor excommunicatio in eum competit, n. 33.

Proviſiones Pontificum R. quid ſint? p. 68. n. 65.

Puerpera, finito puerperio, in templo ut ſe ſiſtat laudabile quidem eſt; ad id tamen cogi non poteſt, pag. 168. num. 146.

Ex Purgatorii commento quanta commoda in clerum Pontificum redundarint? p. 235. num. 134. 135. 136. 137.

R.

Religio quat. legibus ſubjaceat? pag. 57. num. 6. vid. ſupra Cultus divinus. A religione quoque dependet felicitas civilis, p. 61. num. 30. p. 62. num. 31.

Reſervationes Pontificum quid ſint? p. 68. num. 65. vid. ſupra Pontif.

Rixæ in templis prohibitæ, p. 198. num. 38. 39.

Romani primis temporibus templis caruerunt, p. 43. n. 5. 6.

Romana Eccleſia nullo modo mater omnium Eccleſiarum dici poteſt, p. 29. num. 31.

S.

Præceptum de Sabbatho an ſit legis Moralis, an ceremonialis? pag. 143. num. 6. 7. 8. 9. 10. 11. pag. 144. n. 12. Judæi contra Sabbathum in Exceſſu peccant, Anabaptiſtæ in defectu, p. 144. n. 12. 13. 14. 15. Sabbathi ſanctificatio neceſſaria, p. 144. n. 16. In quo conſiſtat? ibid. num. 17. 18. p. 145. num. 19. p. 154. n. 70.

Res Sacræ commercio hominum exemtæ ſunt, pag. 194. num. 16. 17. 18. Quo tamen in caſu alienari poſſint? p. 194. n. 19. 20. p. 195. num. 21. 22. res ſacræ quid ſint? pag. 212. num. 3. Unde eſtimentur res ſacræ. pag. 212. num. 4. 5. pag. 213. num. 6. 7. 8. 9. 10. Sacrorum cura ad quos olim ſpectarit? pag. 3. num. 6. 7. vid. ſupra de cultu divino.

Sacramentorum uſus nemini Parochianorum alibi ob diſcordiam cum Parocho concedendus eſt, pag. 158. num. 91.

Ad Sacrilegium quid de Jure Civili, quid de Jure canonico requiritur? pag. 278. num. 161. pag. 279. num. 162. Pœna ſacrilegii, ibid. num. 163.

Sacrorum Evocatio in deſtructione templorum apud Romanos recepta; pag. 193. num. 9. Explicatur evocatio hæc in l. 9. §. 2. ff. de rerum diviſ. propoſita, ibid. num. 10. Verba

ba

Digitized by Google

ba carminis Evocatorii, ibid. num. 11. Hæc Evocatio apud Chriſtianos merito rejicitur, ib. n. 12.

Sagittaria *Ars an die feriato exerceri debeat? p. 133. n. 26.*

Sanctis *templa & altaria apud Pontificios dedicantur, pag. 118. num. 15. De reliquiis ſanctorum quid ſtatuendum? p. 119. n. 18.*

Seculariſatio *bonorum Eccleſiaſticorum quid ſit? pag. 267. num. 100. An ſit licita? ibid. pag. 268. n. 101. 102. 103. 104. 105. 106. pag. 269. n. 107. 108.*

Sepultura *olim in templis non conceſſa poſtmodum vero recepta, pag. 169. num. 153. 154. 155. A quonam ea impetranda & cujus requiratur conſenſus? pag. 170. num. 156. 157. 158.*

Somnus *in templis ceſſare debet pag. 198. n. 4. p. 199. n. 41.*

Subſelliorum *in templis Elocatio quibus competat? pag. 273. num. 130. Diſpoſitio eorundem quibus conveniat? ibid. Quomodo olim fuerint diſpoſita & hodie diſponantur? ib. num. 131. Elocantur pro certa pecunia, ibid. num. 132. A ſolis Eccleſiæ præfectis adjudicari poſſunt, ibid. num. 134. Defuncti hæredes in redemtione ſubſelliorum prærogativam quandam ex Jure protimiſeos habent, pag. 274. num. 135. Si plures adſint hæredes, qui proximiores ſunt præferuntur, ibid. num. 136. Redemtio intra certum temporis ſpatium fieri debet, ibid. num. 137. Poſſeſſores in teſtamento de iis non poſſunt diſponere, ibid. n. 130.*

T.

Templi *Etymologia, pag. 14. num. 1. pag. 15. num. 2. 3. 4. Ejusdem Homonymia, pag. 15. num. 5. 6. 7. 8. pag. 16. num. 9. Synonymia Templi, tum quoad Gentiles, tum quoad Chriſtianos, pag. 16. num. 10. 11. 12. 13. 14. pag. 17. num. 15. 16. 17. 18. pag. 18. num. 19. 20. pag. 19. num. 23. Templi vocabulum olim non tam Chriſtianis, quam paganis uſitatum fuit, pag. 21. num. 35. 36. Templum quid ſit? pag. 21. num. 38. Quænam ad Templorum* Conſtitutionem *ſint neceſſaria? pag. 22. num. 39. 40. 41. Templi* Diviſiones *& Subdiviſiones variæ, pag. 25. num. 1. pag. 31. num. 36. 37. 38. 39. pag. 32. num. 40. pag. 33. num. 48. 51. 52.* Mater *quodnam Templum dicatur, & unde æſtimetur? pag. 25. num. 2. 3. 4. pag. 33. num. 46. 47.* Filia *quodnam dicatur? pag. 25. num. 5. pag. 33. num. 46. 47.* Differentia *hæc Templorum oritur ex* unione *Eccleſiarum, unio hæc quid ſit?*

Pp *pag.*

Digitized by Google

pag. 25. num. 67. Quotuplex ſit? pag. 26. num. 8. 9. 10. 11. Temporalis unio quid ſit? p. 26. num. 11. Quid ad eam requiratur? ibid. num. 12. Perpetua unio quid ſit? pag. 27. num. 15. Ad hanc unionem juſtæ cauſæ requiruntur, & quænam illæ ſint? pag. 27. num. 16. 17. 18. 19. 20. Quorum conſenſus ad eam requiratur? pag. 28. num. 21. 22. 23. 24. 25. 26. Penes quos apud Proteſtantes & in Provinciis Elect. Sax. uniendi poteſtas ſit? pag. 28. num. 27. 28. Effectus hujus unionis quinam ſint? p. 28. num. 29. pag. 29. n. 30. 31. Separatio Eccleſiarum unitarum, quibus de cauſis fieri poſſit? pag. 29. num. 32. 33. Ad quos cauſarum cognitio in hoc negotio pertineat? ibid. num. 34. 35. Metropolitanum templum quid ſit? pag. 31. num. 37. Quid Cathedrale ſ. Epiſcopale? ibid. num. 38. Collegiatum? ibid. num. 39. Parochiale ſ. plebenatum? pag. 32. num. 40. In quibus Templis Clerici dignitatem vel perſonatum obtineant? pag. 32. num. 43. Ad parochiale Templum quid requiratur? p. 33. n. 45. Parochiale Baptiſmale Templum quid ſit? pag. 33. num. 48. Parochiale in ſpecie dictum quid ſit? ibid. n. 49. Apud nos Parochiale etiam eſt Baptiſmale, ibid. num. 50. Quid ſit Parochiale Templum cum dignitate, quid ſine dignitate, pag. 34. num. 51. Quid ſit Parochiale liberum, quid Patronatum? ibid. num. 52. Templum titulatum opponitur oratoriis, ibid. num. 53. Cathedralium Templorum Clerici Canonici Dom-Herrn appellantur, p. 35. num. 59. Scopus fundatorum eorundem, ibid. num. 60. Templorum neceſſitas, pag. 42. n. 1. Templis primis temporibus aliæ gentes uſæ ſunt, aliæ minus, ibid. num. 2. pag. 43. num. 3. 4. 5. 6. 7. 8. pag. 44. num. 10. Pro diverſitate Deorum à Gentilibus diverſimodè Templa exſtructa pag. 44. num. 9. ſub quibus Imperatoribus Chriſtiani Templa primum exſtruxerint? pag. 49. num. 34. Patres nonnulli in luxum ædificationis eorum invecti, ipſam exſtructionem non improbarunt, pag. 49. num. 36. pag. 50. num. 37. Circa Templa leges rectè feruntur, p. 57. num. 6. Cui circa Templa cura & poteſtas legiſlatoria competat? pag. 58. num. 9. 10. 11. 12. 13. pag. 59. 60. 61. 62. pag. 81. num. 125. pag. 82. num. 126. Templorum Protectio & Defenſio ad quos pertineat? pag. 82. num. 129. pag. 84. num. 135. Quomodo alias vocetur?

Digitized by Google

ibid. *Quotuplex ſit?* pag. 84. n. 139. 140. vid. ſupra Advocatia Eccleſiaſtica. *Quorum autoritate Templa ædificentur?* pag. 82. num. 127. 128. *Jura circa Templum ædificandum in quo conſiſtant?* pag. 89. num. 4. *Cauſæ ædificationis Templorum quænam ſint?* pag. 89. num. 5. 6. pag. 90. num. 7. 8. 9. 10. 11 12. *An cuilibet Templum ædificare licitum?* pag. 90. num. 13. 14. 15. pag. 91. num. 16. 17. *Quorum conſenſus ad ædificationem Templi requiratur?* pag. 91. num. 17. 18. pag. 93. num. 26. 27. 28. 29. 30. 31. pag. 94. num. 32. 33. *Qualis Epiſcopi conſenſus requiratur?* pag. 92. num. 22. 23. 24. 25. *Quid porro Epiſcopus circa ædificationem exequi debeat?* pag. 91. num. 19. 20. 21. *Templum citra conſenſum Epiſcopi ædificatum immunitate deſtituitur,* pag. 93. num. 30. *Quid de crucis ſigno, quo Pontificii in ædificatione utuntur habendum ſit?* pag. 94. num. 36. 37. *Lapidum primorum poſitio in ædificat. Templorum à quibus fiat?* pag. 94. num. 36. 37. *Unde ſumtus ad ædificationem Templi ſumendi?* pag. 95. num. 38. 39. 40. 41. *An differentia inter Parochianos quoad contributionem ſumtuum obſervanda?* pag. 95. num. 42. pag. 96. *An Nobiles & Forenſes excipiendi à contributione?* pag. num. 44. 45. 46. 47. 48. *Quomodo contributio inſtitui debeat?* pag. 97. num. 50. 51. 52. *An filiaſtæ excipiendi à contributione?* pag. 97. num. 53. pag. 98. num. 54. 55. 56. *Operas in ædific. quinam præſtare debeant, an etiam oppidani?* pag. 98. num. 57. 58. 59. 60. *Inſpectio in ædificatione Præfectis competit, primaria vero Superintendenti,* pag. 98. n. 61. 62. *Ad reparationem Templi totalem & partialem & ſubſelliorum refectionem unde ſumtus deſumendi?* pag. 99. num. 63. 64. 65. 66. 67. pag. 100. pag. 101. *An decimæ etiam ad hanc reparationem impendendæ ſint, & an Epiſcopus & Clerici, deficientibus ſumtibus aliis, contribuere teneantur?* pag. 100. num. 69. 70. 71. 72. 73. pag. 101. num. 74. *Quænam in Provinciis Saxonicis circa ædificationem & reparationem Templorum obſerventur?* pag. 101. num. 78. 79. pag. 102. num. 80. 81. 82. 83. *Veteres olim verſus Orientem Templa convertebant,* pag. 103. num. 88. *quæ de cauſa?* ibid. num. 89. *Res adiaphora eſt Templum ad certam plagam convertere,* pag. 104. num. 92. *Item de forma Crucis, in qua olim Templa conſtructa ſtatuendum,* pag. 104. num. 93. 94. *Templum quomodo olim diviſum?* pag.

pag. 104. *num.* 95. 96. 97. *pag.* 105. *num.* 98. *Hodie pro loci conditione Templa exſtruuntur, & pro re adiaphora habetur, qua forma fiant, pag.* 105. *num.* 102. *pag.* 106. *num.* 103. 104. Fundatio Templi *quid ſit? pag.* 106. *num.* 105. *Ejus effectus, ibid. num.* 106. *Locus Templi qualis eſſe debeat? pag.* 106. *num.* 107. *An novi operis nunciatio contra ſtructuram Templi locum habeat? pag.* 106. *num.* 108. *An pretii ſolutio ſemper fieri debeat pro tali loco? ibid. num.* 109. Dotatio *Templi à quo fieri debeat? pag.* 108. *num.* 111. 112. 113. 114. *Dotatio quid ſit? pag.* 108. *num.* 115. *In quibus dos poſſit conſiſtere? ibid. num.* 116. *Unde Jus Patronatus oriatur? pag.* 109. *num.* 117. *vid. ſupr.* Patron. *Ædificationem Templorum ſequitur Conſecratio, pag.* 114. *num.* 1. *An hæc ſit neceſſaria? ibid. num.* 2. *pag.* 123. *num.* 42. 43. 44. *Ritus Conſecrationis ex Gentiliſmo referuntur, ibid. num.* 3. 4. *Conſecratio Templorum in Nov. Teſtam. recepta ad imitationem Conſecrationis in Vet. Teſtam. uſitatæ, pag.* 115. *num.* 8. *Quando ea plene obtinuerit? ibid. num.* 5. *Primum in ritibus ſaltem piis conſiſtebat, poſtmodum ceremoniæ acceſſere ſuperſtitioſa, ibid. num.* 10. 11. *Ritus Conſecrationis apud Pontifices recenſentur; pag.* 116. *num.* 12. 13. *Conſecrationi apud eosd. adjungitur dedicatio ſanctis facta, pag.* 118. *num.* 15. 22. *Hæc apud Proteſtantes rejicitur, ibid. num.* 23. 24. 25. *Quomodo Conſecratio apud eos peragatur? pag.* 119. *num.* 19. *Apud Pontif. ei peculiaris vis tribuitur, pag.* 118. *num.* 14. *A quonam de Jure Canonico peragatur? pag.* 119. *num.* 20. *Apud Proteſtantes cujus autoritate fiat? ibid. num.* 21. *Effectus Conſecrationis, pag.* 120. *num.* 26. Iteratio Conſecrationis *non permittitur, pag.* 120. *num.* 27. 28. *pag.* 121. *num.* 29. *Quibus in caſibus Canoniſtæ eam admittant? pag.* 121. *num.* 30. 31. 32. *Quatenus apud Proteſtantes recepta? pag.* 124. *num.* 45. Reconciliatio *Templi quid ſit, quando juxta Canoniſtas locum habeat, & quomodo à Reconſecratione differat? pag.* 121. *num.* 33. *Quomodo fiat reconciliatio & quid de ea habendum? pag.* 123. *num.* 40. 41. *Quot modis ſecundum Canoniſtas polluatur Templum, pag.* 121. *n.* 34. *pag.* 122. *num.* 35. 36. 37. 38. *pag.* 123. *num.* 39. *An Secreta quædam efficacia Templis Sanctis dedicatis tribuenda ſit? pag.* 142. *n.* 3. *De* Concionibus, Cantilenis, precibus, *S.* Cœna, Bapti-

ptiſmo, Copulatione & Denunciatione publica Conjugum & Cenſura Eccleſiaſtica & Sepultura *in Templis peragendis, item de* Matricula *Templi vid. ſuis locis. Templa poſt Conſecrationem ſiunt divini Juris & inviolabilia, pag.* 192. *num.* 1. *Templi & Principis violati par olim extitit pœna. ibid. num.* 2. *Nec violari vel deſtrui poſſunt, niſi periculum ab eis metuendum ſit, pag.* 192. *num.* 3. 4. *pag.* 193. *num.* 14. *Gentes quoque Templa ab injuria munienda putarunt, pag.* 192. *num.* 5. 6. *Hominibus ob Templa parcebatur, ibid. num.* 7. *Profanatores Templorum nunquam impuniti relicti ſunt, ibid. num.* 8. *Apud Romanos in deſtructione Templorum erat recepta Evocatio Sacrorum pag.* 193. *num.* 9. *Sed hæc à Chriſtianis merito rejicitur, ibid. num.* 12. *Templa commercio hominum excempta ſunt, licet cum civitate in feudum transeant, pag.* 194. *num.* 16. 17. 18. *Quo tamen in caſu alienari poſſint? ibid. num.* 19. 20. *pag.* 195. *num.* 21. 22. 23. 24. 25. *Templa per negotia ſecularia profananda non ſunt, pag.* 195. *num.* 26. 27. *Olim in Templis Agapæ inſtituebantur, propter abuſum poſtmodum abrogatæ, pag.* 196. *num.* 28. 29. *An Judicia ſecularia in Templis à Jure Canonico rectè ſub anathematis pœna prohibita? ibid. num.* 30. 31. 32. *In templis Confabulationes ceſſare debent, pag.* 197. *Qua ratione eæ olim prohibitæ? ibid. num.* 34. *Rixæ in Templis prohibitæ, pag.* 198. *num.* 38. 39. *Somnus quoque ceſſare debet, pag.* 198. *num.* 40. *pag.* 109. *num.* 41. *Rectè peragi in Templis & fieri quæ dicantur? pag.* 200. *num.* 47. 48. *pag.* 201. *num.* 49. *Immunitas Templorum in quo præcipue conſiſtat? pag.* 201. *num.* 50. *Jus Aſylorum Templis competens à Jure Canonico latiſſime extenditur, ſed juxta juſtitiæ normam, præcipue apud Proteſtantes reſtringitur, pag.* 201. *num.* 52. 53. *pag.* 202. *num.* 54. 55. 56. 57. 58. 59. *pag.* 203. *num.* 60. 61. 62. *Templa à collectis & oneribus libera, pag.* 203. *num.* 63. 64. 65. *pag.* 204. *num.* 66. *Excipiendus tamen venit neceſſitatis & alii quidam caſus, pag.* 204. *num.* 68. 69. 70. 71. *pag.* 205. *num.* 72. 73. 74. *Bona ad Templa ſpectantia quotuplicia ſint? pag.* 112. *num.* 2. *Quænam ex his dicantur res ſacræ? pag.* 212. *num.* 3. 4. 5. *pag.* 213. *num.* 6. 7. 8. 9. 10. *vid.* Bona Eccleſiaſtica de Donationibus *Templis factis vid. ſupra* §. 1. *Templum etiam ex nudo pacto ſine traditione Dominium ac-*

acquirit, pag. 251. *num.* 15. 16, 17. *pag.* 252. *num.* 18. 19. 20. *An omnia bona Templo per ultimam voluntatem relinqui poſſint? pag.*252. *num.* 21. 22. *pag.* 253. *num.* 23. 24. 25. *vid. infra* Teſtamentum. *Templum etiam ex incerta inſtitutione hereditatem acquirit, pag.* 254. *num.* 31. *Templum ſuccedit Clericis ab inteſtato decedentibus, pag.* 256. *num.* 39. *Excluſo etiam fiſco, pag.* 256. *num.* 44. *pag.* 257. *num.* 45. Reditus *Templorum à quibus curari debeant? p.* 272. *num.* 125. 126. 127. 128. *pag.* 273. *num.* 129. *His optime proſpicitur per viſitationem Eccleſiaſticam, pag.* 276. *num.* 144. *Templa ſunt immortalia & habent manus mortuas, pag.* 273. *num.* 151. *Quid intelligatur per manum mortuam? ibid. num.* 152. *Amortizatio hac quid ſit? ibid. num.* 153. *Quotuplex ſit? ibid.* 154. *A quo Jus Amortizationis impetretur? ibid. num.* 155. *Ejus Effectus, ibid. n.* 156. *Templorum cauſæ ſunt ſummariæ, & ſpeciali gaudent foro, pag.* 279. *num.* 164. *pag.* 280. *n.* 165. 166. 167. 168. *Templorum Præfectis quid officii competat? p.* 272. *num.* 125. *pag.* 273. *num.* 129. 130. *Quali beneficio templum in mutuo gaudeat? pag.* 275. *num.* 140, 141. *Gaudet beneficio minorum, ibid. num.* 142. *Privilegia fiſco competentia pariter Eccleſiæ tribuuntur ibid. n.* 143.

Templarii *quinam fuerint? pag.* 50. *num.* 38. *Eorum origo, ibid. n.* 39. *Finis, ibid. num.* 40. 41. *Habitatio, amictus, ſuſtentatio, incrementa, degeneratio, interitus, pag.* 50. *num.* 42. *pag.* 51. *num.* 43. 44. 45.

Per Teſtamentum *omnia bona Eccleſiæ relinqui poſſunt, pag.* 252. *n.* 21. 22. *pag.* 253. *num.* 23. 24. 25. *Teſtamentum ad pias cauſas an & quot requirat teſtes? pag.* 253. *num.* 26. 27. *pag.* 254. *num.* 28. 29. 30. *pag.* 255. *num.* 37. *An mulieres in hoc Teſtamento ad Teſtimonium admittantur? pag.* 256. *num.* 38. *Teſtamentum ad pias cauſas etiam ſine heredis inſtitutione valet. pag.* 254. *num.* 29. 30. *In primæva Eccleſia receptum fuit, ut teſtatores Salvatorem heredem inſtituerent, pag.* 254. *num.* 32. *Poſtmodum teſtamenta execrationibus munita, ibid. num.* 33. 34. *vel confirmatione Epiſcopi adjecta itidem execratione, pag.* 255. *n.* 35. *Quid hodie in hac cauſa obtineat? ibid. n.* 36.

Tituli *in Jure Canonico quid ſint? Nemo ſine titulo de Jure Canonico or-*

Digitized by Google

ordinandus. Tituli non poſſunt alienari, p. 34. n. 54. 55. 56.

Tonitru *ingruente campanæ pulſantur, p. 151. n. 49. Origo hujus Conſvetudinis, ibid. n. 50.*

Turpini *fabula de Caroli M. anima, p. 18. n. 22.*

V.

Per Viſitationem *Eccleſiaſticam optime proſpicitur Templorum reditibus pag. 276. num. 144. Quare hæc viſitatio ita appelletur? ibid. Neceſſitas & utilitas ejus. ibid. n. 146. Quibus competat Jus viſitandi & quibus viſitatio committi ſoleat? ibid. num. 147. 148. 149.*

Z.

In Zingariorum *perſecutione campanæ pulſantur, pag. 150. num. 44. cur perſecutio eorum recepta? ibid. num. 45.*

FINIS.

Digitized by Google